res pœnæ infamiæ, scilicèt, & bonorum ponuntur *in l.* 1. *&* 2. *C. de secund. nupt. &* 6. *Part. tit.* 3. *l.* 5. *&* 4. *Part.* 12. *l. fi. & tit.* 13. *l.* 3. *concord. cum ista l. foro juzg. lib.* 3. *tit.* 2. *l.* sed cum in matrimonijs contrahendis, & in quibus animæ periculum vertitur, quoad utrumque forum Papa colit legem, & in his leges non dedignantur sacros canones imitari: *ut in auct. quomodo oportet Episcopos*, §. *ult. coll.* 1. *& in c. penult. & fi. extra eod. tit. & not. Jo. An. in glos. & in suis mercurialibus, in c. possessor, extra de reg. jur. lib.* 6. non habet locum ista lex, nec aliæ leges pœnales quæ infligunt pœnas mulieribus infrà tempus luctus nubentibus: *ut l.* 1. *&* 2. *C. de secund. nupt. & l. Ordinationis Regis Henr. II. Segoviæ, tit. de pœnis, quæ incipit: Toda muger viuda*, quæ corrigitur, & revocatur per Pragmaticam sanctionem ejusdem Regis Henrici Segoviæ, quæ nullam infligit pœnam, & concordat cum jure canonico: & est ratio secundum *Doct. in d. c. fi. de secund. nupt.* quia pœna quæ infligitur pro eo quòd mulier infrà tempus luctus nubit est mera, & pura pœna, ideo remittitur *arg. de spons. c. genma. cum concord.* sed pœna quæ infligitur pro eo quòd secundo nupsit, non est mera pœna, sed est provisio filiorum primi matrimonij: hoc ergo pœna non tollitur, nec per canones, *nec per alleg. Pragmat. de quibus pœnis in l. fœminæ, & in l. hac edictali, & in l. fi. C. de secund. nupt. & per Azo. in sum. C. de secund. nupt.* §. *sequitur videre, cum seq. qui notabilitèr has pœnas declarat, hoc tenet Innoc. Jo. An. Host. Henr. & Ant. in d. c. fi. & Goff. in sum. eod. tit. circa fi. & Jo. An. in c. cum secundum ll. extra de hæreticis, lib.* 6. *& ar.* 2. *q.* 4. *cap.* 1. §. *fi. in fi. & Cy. & Bald. in auct. si qua mulier, C. ad Tertul. & sic est notandum*, quòd licèt pœnæ istæ sint remissæ mulieri, secundo infrà tempus luctus nubenti, non tamen sunt remissæ pœnæ mulieri, quæ contra Sacramentum suscepta liberorum tutela legitima nubit secundo antequam tutorem eis petat: *C. ad Tert. l. omnem, & in auct. de nupt.* §. *sui autem tutelam*, & propter hoc nec filijs succedit ex testamento jure substitutionis, nec ab intestato si in pupillari ætate decedant: *ut ibi not.* Item, istæmet pœnæ ponuntur ei quæ peperit infrà tempus luctus, si dubitetur de sobole, an est primi vel secundi viri, idem si stupro sit cognita infrà tempus luctus: *ut in auct. de rest. & ea quæ parit*, §. *verum*, hæ enim pœnæ non tolluntur per canones, nec per legem ordinationis: *ut notat Azo. in sum. de secund. nupt.* §. *quas autem pœnas.* Unum nota, quòd si mulier etiam per verba de præsenti contrahat secundo, etiam si non sit cognita, nec ducta, postea verò petijt tutorem filijs, & reddit rationem tutelæ non excusatur à dictis pœnis: *ut l. nupt. ff. de re ju. not. Bald. in alleg. l. omnem, C. ad Tertul.* Ultimo nota, quòd lucra quæ vir lucratur ex forma statuti municipalis stantibus filijs, vel non stantibus per secundas nuptias, non perdit, quia non consequitur hoc ab uxore, sed legis providentia: *ut l. fi. & ibi Bald. C. de bonis mater.* de patre autem an efficitur suspectus filijs transeundo ad secundas nuptias: *vide quòd not. infrà lib.* 3. *tit. de la guarda de los huerfanos, l.* 3. & quòd suprà dicitur, quòd muliere ad secundas nuptias transeunte, idem intelligo de viro: *ut est text. in auct. de non eligendo* 2. *nubentes*, §. *quia verò, &* §. *colligentes, coll.* 1. *& in auct. de nupt.* §. *si verò solum, col.* 4. *&* §. *soluto igitur, cum seq. &* §. *si verò spectet*, & licèt perdat alter superstes transeundo ad secunda vota donationem propter nuptias, vel dotem, non tamen perdit hæreditatem filiorum: *ut alleg.* §. *colligentes, & vide auct. nec in unum, quòd ex dote, coll.* 8.

(*a*) NInguno. *Vide circa hanc l. quòd dixi suprà eod. tit. l.* 2. *quòd hic repeti potest.*

tad al padre, ò à la madre, si los hobiere; sino, al que la tiene en poder, è sea enemigo (*a*) de sus parientes.

(*a*) Sea enemigo. Unum tamen nota, quòd licèt inimicus parentum declaretur per sententiam, quòd si talis sit captus à familia non potest occidi per privatos, quia respublica est in possessione, & quia cum est captus per prætorem statim privatus perdit jus occidendi, quia publica auctoritas præfertur privatæ, *de hæred. instit. l. testamento domini, not. Bal. in l. libertas, ff. de statu homin.*

SUper rubrica ista de arris Dominus Vincent. aliqua ponit præmissa ad hujus materiam rubrica, & ad doctrinam hujus tituli, facit enim differentiam inter arras, & donationem propter nuptias & sponsalitiam largitatem. Nam propriè arra de jure communi vocatur pignus quòd datur sponsæ, & è contra, ut matrimonium contrahatur: *ut in l. arris, C. de spons. & 4. Part. tit.* 11. *l.* 1. & oportet quòd realiter tradatur, & in quantitate consistat, aliàs nihil agitur: *ut not. per Bar. in l. Titius ait, ff. de verb. obli.* & si non fiat matrimonium per unius sponsorum culpam, alter istas arras lucratur: *ut l. fi. C. de spons. cum distinctione ibi posita, & 4. Part. tit.* 11. *l.* 2. & de his arris hic non loquitur, quia istæ arræ possunt accidere sicut dos: *ut not. Bar. in d. l. Titia*, aliæ dicuntur impropriè arræ in Regno Castellæ, & verè est donatio propter nuptias, vel ante nuptias: *de quibus loquitur ista l. cum tribus sequentibus, licèt discrepat ista l.*1. *à jure commun.* Nam hic dantur istæ arræ matrimonio contracto: *ut patet in princ. hujus l. ibi: Todo home que casare*, de jure tamen communi dantur arræ, & post matrimonium, & si fiat talis donatio propter nuptias ante matrimonium, valet inter sponsos: *ut ff. de donat. inter vi. & uxo. & l. inter eos, & l. cum hic status*, §. *si quis sponsam*, & intellige quòd valet si matrimonium sequatur, si verò non sequatur, remanebit distinctio de osculo: *de quo infrà eod. l. penult.* Si autem fiat ista donatio matrimonio contracto, vel priùs facta augeatur de jure communi debet esse æqualitas dotis & donationis propter nuptias propter pactum de lucranda dote: *C. de pac. conven. auct. æqualitas, & l. ex morte, & in auct. de æquali. dot.* §. *hoc igitur de cætero, & 4. Part. tit.* 11. *l.* 2. aliàs autem donatio inter conjuges ex qua alter locupletior, & alter pauperior efficitur, non valet: *ut c. fi. extra de dona. inter vir. & uxor.* & ne mutuo amore invicem se spolient: *ut ff. eod. tit. l.* 1. 2. *&* 3. *licèt hoc fallit in* 9. *casibus notatis per Doct. signantèr per Henr. in d. c. fi.* Discrepat ergo, quia *in l.* 1. *hujus tit.* ista donatio non potest nisi in decima fieri, & usque ad illam valet donatio facta inter conjuges. Item, discrepat à jure communi, quia sicut dos ad mulierem, ita talis donatio reddit ad virum: *ut d. c. fi. extra de donat. inter vir. & uxor. & cap. nuper, eod. tit. & C. de donat. ante nupt. l.* 1. *& ult.* de jure tamen nostro aliter disponitur: *ut in ista l.* 1. *videmus.* Alia autem est sponsalitia largitas, quæ differt ab ista arra in tribus. Primò, quia ista arra datur expræssa, vel tacita conditione, si matrimonium contrahatur: *ut l. cum veterum, C. de donat. ante nupt. & l. si filiæ, eod. tit.* in sponsalitiæ verò largitate nulla est conditio: *ut in dict. l. penult. infrà eod.* Secundò, quia hanc donationem, vel arras lucratur mulier secundum distinctionem hujus legis primæ licèt secundum jus commune nil lucratur, ut suprà dixi, sed ibi non lucratur sponsalitiam donationis, nisi cum distinctione osculi quæ ibi fit: *& in l. si à sponso, C. de donat. ante nupt. & infrà ea. l.* 5. Tertiò, quia osculo interveniente lucratur sponsa medietatem sponsalitiæ largitatis, sed de his arris nihil lucratur, nisi eam carnaliter cognoverit: *infrà eod. tit. l. pen.*

ADDICION.

De la materia desta Ley, vey en la Ley 1. *y* 2. *tit. de las Dotes, è Donaciones*, 4. *Partida, tit.* 11. *La Ley del estilo, que es* 246. *dice, que caso que el marido no puede dar de arras mas del diezmo: pero que si ante que el casamiento se faga, el marido vendiere à su muger sus bienes, vale la tal venta como si otro estraño la ficiese.*

TITULO II.

DE LAS ARRAS QUE SE DEBEN DAR EN Casamiento.

Ley primera.

TOdo home que casáre, no pueda (*a*) dar mas arras à su muger, del diezmo (*b*) de quanto (*c*) hobiere: è si mas le diere, ò Pleyto sobre ello ficiere, no vala: (*d*) è si por ventura mas diere, los parientes mas propinquos del marido lo puedan demandar por él. E si la muger habiendo fijos de este marido, finàre, pueda dar por su alma la quarta parte (*e*) de las arras à quien quier: è las tres partes finquen à los fijos de aquel marido de quien los hobo: è si fijos no hobiere, faga de sus arras lo que quisiere, quier en vida, quier en muerte: è si ella muriere sin manda, è no hobiere fijos dél, finquen las arras al marido

(*a*) TODO HOME, NO PUEDA. Reffert hic Dominus Episcopus, quòd per hoc verbum est notandum, quòd non valet renunciatio, nec juramentum contra hanc legem factum: *ut not. Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fidejuss. & not. extra de foro compet. si diligent. melius notat Guil. de Monte Laud. in cle. unica de jurejur.* super parte juramenti, qui tenet, quòd juramentum interveniens non potest validare donationem inter conjuges à jure reprobatam: *hoc idem tenet Henr. in c. fi. extra de donat. inter vir. & uxor. in fi. distinctionis, l.* 1. *& vide quòd not. infrà ea. l.* 4.

(*b*) DEL DIEZMO. *Ortum habuit ista l. à l.* 1. *lib.* 3. *for. ju.* quæ per hæc & eadem verba disponit, quia illa est antiquior, & potest esse hujus dicti ratio, quia si certa summa non esset in jure taxata, ut hic conjuges mutuo amore se invicem spoliarent: *ut l.* 1. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* maximè vir qui non præsumitur avarus ut mulier: *ut not. in l. si à sponso, C. de donat. ante nupt. & not. Bern. in glos. cap. fi. de donat. inter vir. & uxor.* cum ibi allegatis per eum.

(*c*) DE QUANTO HOBIERE. Et in hoc considerantur debita, nam si testator jussit filiam maritari alicui, qui habebat in patrimonio mille, quòd si iste habebat possessiones valentes mille, tamen habet multa debita, quòd ista debita corrodunt ista mille, juris intellectu debent adaptari hujusmodi depositiones: *ut ff. de jure do. l.mulier bona, & not. de colla. l. ea demum, not. Bal. in l.* 1. *C. de fructibus, & litis expen.* ergo debitis deductis residuum remanet in quantitate bonorum.

(*d*) NO VALA. Est enim decreti appositio, quicquid enim fit contra legem prohibitivam ut hic, est ipso jure nullum: *ut not. in l. non dubium, C. de legi. & not. in c.* 1. *extra de rescript. lib.* 6. *de quo vide plenè Bar. in l. prætor ait, ff. de novi operis nuncia.*

(*e*) QUARTA PARTE. *Concord. foro juzg. lib.* 4. *tit.* 3. *l.* 2. Sed quæro incidenter, quid si vir relinquat uxori legatum, an uxor debeat illud computare in partem arrarum, vel donationis propter nuptias quæ sibi competit: *& text. videtur quòd sic in auct. prima, C. undè vir & uxor, in fi.* ibi dum dicitur, & computabitur legatum in talem portionem uxori, sed Bal. ibi facit casu specialem ex speciali legis dispositione, vel regularitèr contra: *ut C. de rei uxo. act. l.* 1. *§. sciendum, vide tamen quòd not. Bal. in alleg. auct. præterea.* Nota etiam incidentèr, quòd si maritus consumit bona spectantia ad uxorem ea patiente præsumitur quòd patiatur animo donandi: *C. de donat. inter vir. & uxor. l. de his.*

que gelas dió, (*a*) ò à sus herederos: è si la muger hobiere fijos de dos maridos, ò de mas, cada uno de los fijos hereden las arras que dió su padre: de guisa, que los fijos de un padre no partan en las arras que dió el padre de los otros: è si el padre, ò la madre quisiere dar arras por su fijo, no pueda dar mas del diezmo de lo que puede heredar (*b*) dellos.

Ley II. Que el que prometiere arras à la muger, no le puede dar mas del diezmo de lo que hobiere.

SI alguno fuere tan pobre (*c*) en el tiempo quando casáre, que no hobiere de qué dar arras, è prometiere (*d*) à la muger con quien casa que gelas dará de aquello que despues ganáre: Mandamos, que quando quier que demandáre à su marido que le entregue las arras que le prometió, que gelas dé: de guisa, que no le dé mas del diezmo de quanto hobiere al tiempo que gelas demandáre.

Ley III. Como el padre, ò madre deben guardar la dote à su fija.

QUando el que casáre diere arras à la manceba con quien casa, si ella no hobiere veinte años, el padre, ò la madre de la manceba haya poder de guardar (*e*) estas arras para su fija, porque no se puedan perder,

---

(*a*) Que gelas dió. *Hoc idem dicit text. in d. l. 2. foro juzg. lib. 4. tit. 3.*

(*b*) De lo que pueden heredar. *Idem foro juzg. lib. 3. tit. 1. lib. 6. & vide de materia arrarum forum municipale de Sepulveda, l. 3. le. 60. cum 4. legibus sequent.*

(*c*) SI alguno, pobre. An autem filij hæredes matris jam mortuæ possint patre eorum ad inopiam vergente, dotem maternam, vel arras repetere: *vide notabilitèr per Jo. An. in addit. Spec. tit. de donat. inter vir. & uxor. circa fi.* unum tamen nota circa hanc legem, quòd etiam si maritus juraret, solvere arras impotentia excusat, hinc est, quòd qui non potest solvere, non est perjurus: *ut extra de offic. deleg. c. pen.* & licèt sit perjurus quoad actum, non tamen est perjurus quoad reatum, quòd est notandum, nam inopia quandam exceptionem præstat: *ut not. ff. de Procur. l. Titius, not. Bal. in lib. feu. tit. quæ fuerat prima causa benefi. amit. c. porro si domino, ex quibus not.* quòd ille qui propter paupertatem non potest solvere, incidit in perjurium quoad actum, quòd est verum, si ei potest culpa imputari, secus si ei non potest culpa imputari; quia casu fortuito lapsus est facultatibus: *ar. ff. de ne. Ges. l. divortio*, sed illud scias, quòd si à principio sciebat se non esse solvendo, est in culpa: *ut ff. de prævi. cre. l. si creditor, & ff. de jure do. l. pen. not. Bal. in lib. feud. tit. si de feud. fuer. controver. inter dominum, & agn. cap. licèt.*

(*d*) E prometiere. *Simile est quòd not. text. in l. unica, §. cum autem, in fi. C. de rei uxor.* & in hoc casu sufficit sola simplex promissio sine aliqua alia cautione: *ut ibi not. glos. & ff. pro socio, l. verum, §. item videndum.* Item nota, quòd si pater promittit dotem filiæ, videtur promittere ut pater, non ut curator: *not. Bal. ff. de jure do. l. cum pater*, contrarium determinat *Bal. in l. uxorem, §. pater naturalis, ff. deleg. 3. & ipse Bar. in l. Nensenius, ff. de negot. ges.*

ADDICION.

Cerca desta Ley 3. è 4. vey la Ley 2. de la 4. Partida, titulo 11.

(*e*) QUando, de guardar. *Concor. foro juzg. lib. 3. tit. 1. l. 7.*

ni vender, ni enagenar: (a) è si padre, ò madre no hobiere, los hermanos de la manceba, ò los otros mas propinquos parientes hayan este poder: è quando hobiere la manceba edad de veinte años, entreguengelas: è si arras no le dió luego, è gelas prometió de dar, estas personas las puedan demandar asi como dicho es, y entretanto la manceba, y el marido vivan en los fructos comunalmente. (b)

Ley IV. Como el marido no puede enagenar las arras de su muger, aunque ella lo otorgue.

El marido de qualquier muger no pueda (c) mal me-

(a) Enagenar. *Vide quòd not. infrà l. proxima.*

(b) Comunalmente. Reffert hic Episcopus, quòd de jure maritus est dominus fructuum ad sustentanda onera matrimonij: *ut not. Azo. in sum. C. de donat. ante nupt. & 3. Part. tit. 11. l. en posesion*, de jure fori sunt fructus communes: *ut hic, & infrà tit. 1. l. 3.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 7. tit. de las Dotes, de la 4. Partida: la qual manda, que el marido meta à la muger en posesion de las arras, è la muger al marido de la dote: è la tenencia de las arras quede al marido, con tanto que no pueda venderlas, ni enagenarlas, salvo aprovecharse de los frutos dellas: sobre lo qual todo, vey la dicha Ley.

(c) El marido, no pueda. Et si fiat talis alienatio non valet: *ut ff. de fundo dot. l. Julian. & pro infecta debet haberi talis alienatio, ut cap. vides, 10. dist. & l. non dubium, C. de legi.* & est ratio, quia talis contractus est à jure damnatus: *ut in dicta l. Jul. & auc. sive à me, C. ad vell.* nec valet renunciatio contra hanc legem facta: *ut dixi suprà eod. tit. l. 1. in princ. Et hoc tenet Salicetus, in l. si quis pro redemptione, C. de donat.* & est ratio secundum eum, quia reipublicæ expedit ne re sua quis male utatur: *instit. de his qui sunt sui vel alieni juris, §. 1.* sed alienando has arras malè utitur re sua, & aliena, quia illas vult perdere: *ut ff. de donat. l. filiusfamil. ergo, &c.* Item, ne una via prohibitum, concedatur alia: *ff. de tutor. & curat. datis ab his, l. scire oportet, & ff. de condit. & demonstr. l. hæres meus, §. fi. hoc idem tenet Joan. An. in addit. super Spec. tit. de instr. edi. §. porro, & Bar. C. de donat. l. sancimus, §. si quis autem illa ratione*, quia legibus, quæ dictant certam formam in constituendis actis hominum, renunciari non potest: *ff. de pac. l. jus publicum, & de leg. 1. l. nemo potest*, propter necessitatem tamen famis maritus potest arras, sicut dotem alienare, & hoc est satis tolerabile propter sustentationem suæ uxoris, & liberorum, si non habet aliunde: *ut C. de jure do. l. ubi ar. C. de patr. qui fi. dis. l. 1. Joan. Fab. inst. qui alienare licèt, 1. col.* Crederem etiam, quòd si arræ datæ uxori consisterent in pondere, numero, vel mensura possent alienari, sicut dicimus de dote: *ut ff. de jur. do. l. res in dotem*, idem si sunt tales res quæ servando corrumpentur, quia non minus debet marito permitti, quam tutori, cui hoc permittitur: *C. de admi. tut. l. lex quæ*, imò si talia non alienaret esset in culpa: *ff. ad Trebel. l. mulier, §. sed enim, secundum Joan. Fab. ubi suprà*, gratia cujus nota, quòd res dotalis est in dominio, & administratione mariti. Item, res empta ex pecunia dotali est mariti, est tamen obligata pro dote, sicut cætera bona mariti: *ut l. fi. C. de servo pig. dato manu. & l. 1. eod. tit.* hinc est, quòd si vir est solvendo, potest rem dotalem inæstimatam alienare, etiam sine mulieris consensu, tamen pignus mulieri datum pro dote non potest sine ejus consensu alienari: *ut text. & glos. in dicta l. 1. C. de serv. pig. da. ma.* quædam tamen reliquiæ naturalis dominij remanent apud mulierem: *ut ibi not. Bal. alleg. glos. in l. Lucius, §. idem, ff. ad munic. quòd dic, ut*

in

in l. si æstimati, *cum l. seq. ff. solut. matrim.* sed ad hoc quòd res dotalis non possit alienari per virum, & soluto matrimonio possessio transferatur in mulierem consuluit *Bar. in alleg. l.* 1. quòd in promissione restituendi dotem opponatur præcarium, & tunc poterit mulier propria auctoritate possessionem ingredi, & res dotalis tunc efficitur inalienabilis: *C. quòd cum eod. l. si servus*, aliàs autem res immobilis dotalis de consensu mulieris potest alienari, idem in re mihi specialiter obligata pro dote, secus in rebus mobilibus: *ut legitur*, *& not. in auct. ut mobilia ante nuptias*, §. *ut multo potius*, *& C. de jure do. l. si prædium*, *& not. glos. C. de rei uxor. act. l. unica*, §. *& causa*, *quòd dic*, *ut ibi not. Bal. in alleg. l.* 1. *C. de servo pig. da. ma.* in dubio tamen revocatur circa hanc materiam, an præsumatur quòd res tradita viro, sit tradita in dotem, aut ut res parafrenalis: *dic ut not. ff. de jure do. l. quòd autem*, ibi videtur dici, quòd præsumitur dotalis, si apparet de certa quantitate, vel de re promissa, & hoc verum, si interveniat traditio: *sic intelligitur quòd not. in l. mulier bona*, *ff. de jure do. & in l.* quòd apud ex quo apparet, quòd cum nomina debitorum non traduntur, sed ceduntur, nunquam intelliguntur in dotem dari: *C. de pactis conven. l. fi. & C. de repu. l. fi. not. Bal. in lib. feud. tit. an maritus succedat uxori*, *circa fi. ibi not.* quòd res prohibita alienari potest dari in dotem, quia videtur necessaria alienatio, & quia est aliàs communis conjugum favor, & dotis ejus, quinimo etiam reipublicæ: *ut l.* 1. *ff. solut. matrim. C. communia deleg. auct. res quæ*, si autem non apparet certa quantitas, nec res promissa quicquid ultra traditum reperitur parafrenale præsumitur: *ut l. fi. C. de sentent. quæ sine certa quant.* illud autem quòd non traditur, sed uxor in sua possessione tenet, non præsumitur parafrenale, nec possidetur per virum, nec ullam administrationem consequitur, nec fructus lucratur: *ff. de donat. l. donat. in concubinam*, §. *spes*, è contra, autem vir tradendo uxori, non dicitur ei constituere parafrenalia: *ff. de leg.* 2. *l. Titia*, §. *Gajus*, sed an fructus dotales veniant jure actionis, & videtur quòd sic, quia augent dotem, & quia corpus dotis, scilicèt, corpus universale, quòd est quòd intellectuale: *ut l. non est*, *C. famil. hærc. per Cy. conjuncta glos. l. quòd dicitur de impensis in rebus dot. fac.* Item, promittendo mulier viro dotem, non intelligitur promisisse omnia bona in dotem, imò arbitrio boni viri, sed quòd si tradit omnia, vel aliter fuit dos aliqua constituta, aliqui dicunt quòd omnia sunt dotalia, quia ita præsumuntur cum viro convenisse, quòd tunc habet æquitatem si vir erat dignus tanta dote, aliter non: *tamen glos. in dicta l. fi. de sent. quæ sine certa quant.* dicit, quòd dictum illorum non probatur à lege: *& ideo Bal. ibi dicit*, quòd si in instrumento continetur quòd Berta contraxit matrimonium cum Titio, & dedit ei sua bona, intelligitur in dotem secundum *Nico. de Mata. in dicta l. quòd autem*, *ff. de jure do.* & sic traditio sine titulo, quæ non est mera, sed translativa dominij præsumitur titulo dotis, sed si simplex, & nuda traditio non præsumitur ex causa dotis, sed tanquam parafrenalis, nisi hoc colligeretur ex alijs conjecturis, sed pone, quòd vir accepit uxorem sine commemoratione dotis, petit ab ea quòd sibi faciat dotem constitui; quia non debet eam indotatam habere: *dicit Bal. ubi suprà*, quòd mulier potest bene hoc petere à patre suo: *ut not. ff. de act. & oblig. l. obligandum*, §. *sed an vir*, sed hoc non videtur verum secundum eum, quia matrimonium bene potest esse sine dote: *ut l. fi. C. de donat. ante nupt.* tamen dicit, quòd vir potest ea expellere, quia non plus debet sustinere onera matrimonij ex quo dotem non habet, & hoc si mulier est dives, quæ potest dotem dare, aliter non expelletur: *facit ad hoc quòd not. in auct. de non alien.* 2. *nubent.* §. *fi. in glos. col.* 1. Item nota, quòd si testator relinquit Bertæ decem pro ipsa maritanda, quòd licèt tempore testamenti erat nupta, debentur sibi: *ut not. ff. de condit. & demonstr. l. fi. & C. de instit. & substit. l. pen.* secus si esset relictum pro incerta puella maritanda, quia tunc non habent locum in jam nupta. Item nota, quòd si vir expellit uxorem sine causa, tenetur ei assignare dotem, quia cum non sustineat onera matrimonij, non debet habere fructus dotis: *ut l. pat. de doli except.* & quia dos est patrimonium proprium mulieris, & ex eo vivere debet: *ut l.* 3. §. *sed & videtur*, *ff. de minor. hæc not. Bal. in d. l. fi. C. de sent. quæ sine certa quant. pro.*

ter, (*a*) ni enagenar las arras que diere à su muger, maguer que ella lo otorgue: è otrosí, no las pueda mal meter, ni enagenar mientra que el marido quisiere, maguer que ella lo otorgáre, ni despues de su muerte, mientra que fijos vivos dél hobiere, (*b*) fueras ende la quarta parte, asi como manda la Ley.

Ley V. En qué manera puede haber lo que diere el esposo à la esposa.

SI el esposo (*c*) de alguna muger diere algunas donas (*d*) en paños, ò en otras cosas à su esposa, è muriere el esposo ante

(*a*) MAL METER. *Concord. 3. Part. tit. 11. l. en posesion, & auct. dos, C. de donat. ante nupt. & inst. qui ali. licèt in princ. & C. de rei uxor. act. l. unica, §. & cum lex Jul. secundum Episcop. hic.*

(*b*) FIJOS VIVOS HOBIERE. Dominus Episcopus hic dicit, quòd non valet juramentum contra hanc legem factum: *juxta not. per Bar. in l. si quis pro eo, ff. de fidejuss. & scripsi suprà eod. tit. l. 1. in princ. & not. Salic. in suprà alleg. l. si quis pro redemptione*, contrarium tamen determinatur de jure canonico *per text. in c. cum contingat, de jurejur. & c. licèt, eod. tit. lib. 6. & Bald. in auct. Sacramenta, C. de rescin. ven.* nisi tale juramentum esset vi, vel metu extortum, vel in alterius detrimentum: *ut dictis jur. & in cap. quamvis, de pactis, lib. 6.* tamen potest dici, quòd juramentum contra hanc legem præstitum esset in præjudicium filiorum, quòd patet hic dum dicitur: fijos vivos hobiere, &c. & ideo non præjudicat eis: *ut alleg. c. cum contingat, in fi.* potest etiam dici hac ratione quòd juramentum præstitum contra: *l. 1. in princ. suprà eod. tit.* præjudicet juranti, cum non sit in alterius detrimentum, nec sit super re turpi: *juxta not. in dict. c. quamvis, & in alijs jur. suprà alleg. & vide quòd circa hoc scripsi suprà eod. foro, lib. 1. tit. de los Pleytos que deben valer, l. 7. & quòd not. Jo. Fab. instit. qui alie. lib. super glos. quid si fiat, in fi.* ubi vide an liberi possunt vendicare rem alienatam à matre, non obstante ejus juramento, & an mater potest à tertio rem vendicare, etiamsi juret primo possidenti.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 3. tit. de las Dotes, que es 11. de la 4. Partida, la qual pone la causa desta Ley, è habla singularmente en el caso.

(*c*) SI EL ESPOSO. *Habuit ortum ista l. à l. si sponso, C. de donat. ante nupt. & à foro juzg. lib. 3. tit. 1. l. 5.* Et nota secundum Episcopum hic, quòd ista lex loquitur de sponsa de futuro, quia inter sponsos de futuro ante matrimonium contractum valet donatio: *ut l. in inter eos, & l. cum hic status, §. si quis sponsam, ff. de donat. inter vir. & uxor. & scripsi suprà super rub. fac. infrà eod. lib. 3. tit. de donat. l. 3. §. & si ante*, inter sponsos autem de præsenti non valet donatio, cum sint vir & uxor: *ut dixi suprà eod. lib. 3. tit. 1. super rub. & in dicta l. 3. infrà tit. de don. & 4. Part. tit. 1. l. desposorios, in fi. & quòd not. in l. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor. & vide quòd not. infrà tit. proxim. l. 1.*

(*d*) DONAS. Et sic est sponsalitiæ largitas, quæ non verè dicitur donatio propter nuptias: *ut notat Azo. in sum. eod. tit. §. sponsalitia*, & si matrimonium sequatur, confirmatur in totum ista donatio: *ut l. cum veterum, C. eod. tit. & not. in c. fi. extra de donat. inter vir. & uxor. & ibi per Henr.* si autem non sequatur matrimonium, & remansit per donatorem, & osculum non intervenit, revocatur in totum donatio propter conditionem, quæ tacitè inest, scilicèt, si matrimonium sequatur: *ut dixi super rubrica, & not. in dicta l. si à sponso*, & hic, si autem intervenit osculum, revocatur in medietatem: *ut ibi, & hic*, si autem non remansit per donatorem in totum, donationem recuperat per conditionem sine causa: *dicta l. cum veterum, licèt fallit in casu hujus*

l.

que haya que ver con ella, è la besó (*a*) ante que muriese, la esposa haya la meytad de las donas que dél tenia: è la otra meytad tornela à sus herederos, ò déla à quien él mandáre: è si la no besó, tornele todas sus donas: è si arras le dió ante que muriese, è no hubo que ver con ella, tornelas à herederos, ò à quien él mandáre: è si hobo que ver con ella, hayalas, asi como manda la Ley: è si ella diere (*b*) alguna cosa à su esposo, quier la besase, quier (*c*) no, si mas no hobo que ver con ella, tornelo à sus herederos, ò à ella: è si hobo que ver con ella, no torne (*d*) ninguna cosa de las donas que della hobo.

Ley VI. Como la muger que ficiere adulterio, ò se fuere del marido, pierde las arras.

SI alguna muger (*e*) ficiere

---

l. quando scilicèt, post osculum sponsam mori contingat, ut in dicta l. si à sponso, & not. Doct. in alleg. c. fi. de donat. inter vir. & uxor.

(*a*) E LA BESÓ. Gratia cujus nota, quòd osculum quandoque præstatur ad decipiendum, ut fuit reperire in proditore Juda osculo Christum tradente, & tale osculum omnino est prohibitum: imò dulciora reputantur vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici: *Prover.* 38. *& c. non omis.* 5. *q.* 5. *& c. non osculatur, ead. caus. & q.* nam qui corpore osculatur, & mente contrarius est, multum nequior fore censetur, quam evidens inimicus: 113. *dist. c. si inimicus, C. de donat. l. data, cum ibi notatis.* Quandoque præstatur ad obediendum, & reverendum, & istud aliquando est promissum, ut est videre in osculo quòd præstatur Summo Pontifici in pede: *C. de domes. & projec. l.* 1. *lib.* 12. *cum ibi notatis.* Quandoque verò præbetur ad designandum consensum in malum, putà adulterium, & fornicarium, & hoc de jure damnatur: *ut l. quòd ait, ff. de adult.* Quandoque ad ipsum designandum in bonum, putà conjugalem affectum, vel pacis inductivum, vel injuriæ remissivum, & tunc est permissum: *ut hic, & extra de spons. duo. c.* 1. 63. *dist. c. cum Adrianus, instit. de injurijs, §. ult.* Quandoque præbetur, nedum ad inducendum consensum præsumptum, sed omnia finita esse pacis osculum denotatur, & est commendabile: *de cons. dist.* 3. *cap. Episcopis, & dist.* 2. *cap. pacem, juxta verbum Prophet. Justitia & pax osculatæ sunt, &c.*

(*b*) E SI ELLA DIERE. Licèt hoc raro fit, cum fœminarum genus sit avarissimum: *ut dicta l. si à sponso.*

(*c*) QUIER NO. Et potest esse ratio differentiæ, quia sponsa dicitur dare, & non accipere osculum, & gratia viri, non mulieris intervenit: *ut not. glos. in dicta l. si à sponso.* Item, videtur in accipiendo osculum, quòd in nullo gravatur, imò ejus conditio est melior, cum ad propria redeat alacrior, mulier verò gravatur, quia incurrit ruborem: *ut not. Azo. in sum. tit. de donat. ante nupt. §. fi.*

(*d*) NO LE TORNE. Et hoc ideo, quia matrimonio secuto confirmatur talis donatio: *ut alleg. l. cum veterum, & dixi suprà, & vide circa hanc l. forum municipale de Sepulv. l.* 64.

ADDICION.

Qué bienes pierde la muger por facer adulterio, vey la Ley 23. *tit. de las Dotes, de la* 4. *Partida. Concuerda la Ley* 3. *tit. de los Adulterios, lib.* 8. *de las Ordenanzas Reales, è la Ley* 15. *tit. de los Adulterios, en la* 7. *Partida.*

(*e*) SI ALGUNA MUGER. Sive sit uxor, sive sponsa de præsenti: *ut infrà lib.* 4. *tit.* 7. *l.* 3. *& C. de adult. l. propter.* Et nota, quòd licèt mulier possit de adulterio accusari ad pœnam sanguinis infligendam: *ut in dictis juribus, & foro novo, tit. de adult. l.* 1. & perdit omnia bona sua, ut ibi, non tamen vir accusatur ad pœnam sanguinis de adulterio per uxorem: *ut l.* 1. *& ibi glos. & Bart.*

adulterio, (*a*) è probado le fuere, (*b*) pierda las arras (*c*) si el marido quisiere: (*d*) è otrosí, si la muger se fuere de casa de su ma-

Bart. C. de adult. 32. *q.* 1. §. *hoc mulieribus*, hinc est, quòd mulier in adulterio depræhensa diffamatur, & non vir: *ut ff. de ritu nupt. l. palam*, §. *qui in adulterio*, *not. Salic. in l. unica*, *C. de raptu virg.* licèt possit vir adulter per uxorem exceptione repelli: *ut infrà lib.* 4. *tit.* 7. *l.* 4. *& ibi not.* potest etiam uxor virum accusare coram Ecclesiastico Judice ad separationem thori: *ut c. tuæ*, *extra de Procur.* cum de jure canonicum vir & uxor non ad imparia judicantur: *ut c. præcepit*, *& c. christiana*, 32. *q.* 6. perdit etiam vir quòd habiturus est ex dote, vel donatione, propter adulterium per eum commissum, & uxor potest eum dimittere: *ut not. glos. in dicta l.* 1. *C. de adult. & C. de repud. l. consensu*, §. *causam.* Et in casu in quo uxor potest virum accusare, non debet dicere in libello, quòd vir suus adulterium commissit, sed quòd impudicè, & luxuriosè vivit: *ut not. Salic. in alleg. l.* 1. *C. de adult.*

(*a*) Adulterio. Quòd dicitur in nupta propriè, quasi transitus ad alterius thorum: *ut not. Accurs. super rubric. C. de adult.*

(*b*) E probado le fuere. Scilicèt, per visum, quia testes viderunt eos carnaliter commisceri: *ut c. præterea*, *extra de test.* vel si testes audiebant eos commiscere juxta tenuem parietem, & si fama publica consentiat, & alia adminicula suffragentur, omnia enim ista faciunt probationem: *ut ibi*, *& c. tertio loco*, *extra de præsumpt.* idem si inveniantur adulteri solus cum sola, & nudus cum nuda in eodem lecto jacentes, vel in locis secretis, & latebris: *ut in c. litteris*, *eod. tit. de præsumpt.* idem si adulteri inveniantur in rebus venereis, vel in camera soli, & osculantes, vel tangentes, ista sufficiunt ad probationem adulterij: *ut not. glos. & Bar. in l. capite quinto*, *ff. de adulterijs*, probatur etiam adulterium per solum colloquium, præmissa trina protestatione: *de qua* 8. *Part. tit.* 17. *l.* 13.

(*c*) Pierda las arras. *Ut foro juzg. lib.* 3. *tit.* 6. *l.* 1. *&* 2. perdit etiam quòd insimul acquisierunt, matrimonio durante: *ut infrà c. foro*, *lib.* 4. *tit. de las penas*, *l. si alguna.* Item, perdit dotem, & donationem: *auct. ut li. matri*, *& avi*, §. *quia verò plurimas coll.* 8. *C. de repud. l. consensu*, §. *causam*, 4. *Part. tit.* 11. *l.* 3. *&* 7. *Part. tit. de los Adulterios*, *l. pen.* hodie tamen perdit uxor adultera omnia bona sua, idem de sponsa de præsenti, & applicantur viro cum corpore adulteræ, ut ad libitum faciat: *ut foro novo*, *l. contienese*, *vide Bar. in l. ab hostibus*, *ff. solu. matrim.* Ex prædictis collige, quòd non minus uxor hæres instituta, vel legataria venit privanda ab hæreditate, vel legato, ut indigna, si post mortem mariti stuprum committat, licèt maritus clausulam non adjecerit, si castè, vel quamdiu vixerit, quia per hoc injuriam, vel tristitiam infert animæ mariti: *ut in auct. de nupt.* §. *quæ verò*, *sic concludit Salic. in l. fideicommiss. C. de fideicommiss.*

(*d*) Si quisiere. Reffert hic Vincentius, quòd si maritus tacuit, hæres non potuit hanc pœnam ab uxore adultera petere: *ut ff. solut. matrim. l. rei judicatæ*, *& ibi Bar.* est tamen notandum contra foro *jud. lib.* 3. *tit.* 6. *l.* 3. & sic ipse dimittit quæstionem dubiam. *Glos. tamen*, *& Ci. in l.* 1. §. *illo proculdubio*, *C. de rei uxor. act. in versu practionibus dicit*, quòd maritus etiam mortua uxore, contra hæredes bona repetentes potest objicere de adulterio: *Spec. tamen in tit. de donat. inter vir. & uxor.* §. *fi. vers. quid si mulier agit*, dicit Jo. quòd vir non lucratur bona uxoris adulteræ, nisi eam accuset, & se inscribat: *ut in auct. ut li. matri*, *& avi*, §. 1. *col.* 8. *Alberic. tamen tenet contrarium per l. fi. C. de adult. & videtur casus cum sua glos. ff. de adimen. leg. l. filio*, §. *Seja. Sed DD. in c. plerumque*, *extra de don. inter vir. & uxor. signantèr Henr.* Concordant dictas opiniones dicentes, quòd opinio Jo. sit vera quando maritus sciens adulterium commissum in vita sua, & de hoc quæstionem non fecit, quia per hoc tacitè offensam remisisse videtur: *& sic potest intelligi hæc l. opinio Spec. opinio verò Alberic.* intelligitur quando ma-

rido, (*a*) è se partiere dél por razon de facer adulterio, pierde las arras, maguer no le sea probado que cumplió la voluntad que quiso por algun embargo, pues que no fincó por ella de lo cumplir.

TITULO III.

DE LAS GANANCIAS DEL MARIDO, y la muger.

Ley primera.

TOda cosa que el marido (*b*) è la muger ganáren, ò com-

---

maritus erat ignorans, nam ignorans non consentit: *ff. de jurisd. omn. jud. l. si per errorem, & ff. de jur. & fac. igno. l. non iccirco, & not. in dicto cap. plerumque.*

(*a*) De casa, marido. Scilicèt, invito sine justa & probabili causa, & foris, scilicèt, pernoctaverit: *ut alleg. l. consensu, C. de repud. §. vir quoque*, quia tunc præsumitur causa adulterandi recessisse: *ut ibi not.* sed si fugit ad proprios parentes, vel ad alios suspitione carentes, forte propter metum viri, vel si vir eam è domo ejecerit, non habet locum ista pœna: *ut in auct. ut li. matri, & aviæ, §. quia verò plurima, col. 8. & not. glos. & Bart. in alleg. l. consensu, §. vir, super parte foris*, & vult hic tenere Dominus Episcopus, unum tamen nota, quòd si vir expellit à domo sua uxorem suam sine causa, debet perdere lucrum dotis: *ut l. ab hostibus, §. si vir, ff. solut. matrim. ut reffert. Bald. in l. unic. vers. sed si scimus, C. de rei uxor. act.* quòd est notandum, quæ autem actio competat viro ad repetendam uxorem: *vide Joan. An. in addit. Spec. tit. qui fi. sint le. 5. col.* Unum tamen nota circa hanc legem, quòd si maritus sine causa expulit uxorem, debet uxori dos restitui; quia est proprium mulieris patrimonium, & ex dote vivere debet: *C. de sent. quæ sine certa quant. pro. l. fi. in fi. ubi hoc not. Bal.* & adde secundum eum, quòd in tali casu debetur etiam uxori quarta bonorum viri. Idem si vir moriatur locuplex, relicta uxore inope, & relictis tribus liberis, vel paucioribus. Si autem essent plures, debet uxor habere virilem tantum: *not. Bal. in lib. feud. tit. de invest. de re alie. fac. c. 1. §. quamvis.* De hac quæstione *vide Ant. de Butr. in c. plerumque, de donat. inver vir. & uxor. & Bar. in l. rei jud. §. hæred. vers. morum, ff. solut. matrim.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 1. è 4. tit. de las Ganancias, lib. 5. de las Ordenanzas Reales: è la dicha Ley 4. declara cómo se han de partir los bienes que se han de donacion, ò oficios del Rey, ò de los bienes castrenses, è los frutos destos bienes cómo se han de repartir: è si el marido puede enagenar los bienes gananciales sin licencia de la muger: è si la muger, muerto el marido, viviere luxuriosamente, pierde las ganancias que hobo durante el matrimonio: en quanto la dicha Ley 4. arriba alegada, dice, que el marido puede vender los bienes gananciales sin licencia de la muger, vey la Ley 205. del Estilo. Item, cómo los bienes de los mercaderes se han de dividir en quanto à las ganancias. Vey la Ley del Estilo 206. vey la Ley 26. tit. 11. de la 4. Partida.

(*b*) TOda cosa que el marido. Nota, quòd non habet locum ista lex in sponsis etiam de præsenti, licèt non differat à conjugibus post copulæ carnalis consummationem, nisi in casibus quos scripsi *suprà eod. lib. 3. tit. 1. super rubrica*, licèt etiam appellatione uxoris contineatur sponsa ex benigna interpætatione: *ut l. non sine, C. de bonis quæ libe.* & hoc ideo, quia antequam sit ducta in domum, non possunt dici insimul lucrari, quòd patet per verbum de consuno hic positum, quòd ut aliquid operetur, exigitur simultanea habitatio: &

práren de consuno, (*a*) hayanlo

& est ratio, quia ante ductionem vir non sustinet onera matrimonij, nec lucra hinc inde percipiuntur: *ut not. ff. de condit. causa da. l. si donaturus, §. fi. contra hoc tamen est l. nihil interest, ff. rerum amota. & Bal. in l. fi. in fi. C. undè legi. & in l. 1. C. unde vir & uxor. & Bal. in dict. l. non sine, & est text. in l. itaque, ff. pro socio, & text. juncta glos. in l. dotis fructus, in princ. ff. de jure dotium, nec obstat l. cum hic status, §. si mulier, & §. fi. ff. de donat. inter vir. & uxor.* quia ibi loquitur in alio casu diverso à casu legis nostræ: *& vide quòd not. Bal. super hoc, in l. si uxorem, C. de condit. inser.* Et est hujus dicti ratio, quia in societate omnium bonorum quæ est inter virum & uxorem, omnia veniunt communicanda secundum Ol. habet enim societas universalis quandam prærogativam, videlicet, quòd dominium sine traditione transeat, quòd est notandum: *ut l. 1. §. 1. ff. de usucap. pro dote, ut reffert Bald. in lib. feud. rubrica de capitaneo 1.* Circa hujus legis materiam quæritur, quid si statuto cavetur, quòd uxore decedente sine liberis, maritus lucretur dimidiam dotis, an intelligatur de sponsa de præsenti, decedente matrimonio non consummato sine filijs, multi dixerunt quòd sic, fundantes se, conjuges appellantur, interveniente consensu de præsenti, quòd facit matrimonium: *26. q. 2. c. sufficit, cum multis alijs juri.* Item, non potest dici sponsus cum resistat ethimologia vocabuli, scilicèt, sponsi, quasi promissa à spondeo spondes: *ut not. per Doct. super rubrica, de spons.* sed ea quæ consensit per verba de præsenti non potest dici promissa sed uxor ergo, &c. sed in contrarium facit singularitèr: *c. ex publico, de con. conjug.* quòd videtur innuere, quòd matrimonium non consummatum per carnis copulam, non est firmum matrimonium, maximè in odiosis. Item, ex communi usu loquendi nisi sponsa sit cognita non admittit nomen sponsæ: *ut ibi text.* dum dicitur desponsata, & ubi in lege non exprimitur causa, debemus recurrere ad rationem naturalem legis, & ad ejus limites restringere, & ampliare legis dispositionem, juxta theoricam *Bart. in l. non dubium, C. de leg.* sed causa deferendi lucrum marito, non potuit esse alia nisi continua cohabitatio, & quòd sponsa esset inducta ad domum, quæ causa cessat in sponsa, & per consequens debet cessare statuti dispositio, sed si lucrum esset pariter utrique commune, ut in hac lege compræhenderetur, tunc sub verbis statuti sponsus, & sponsa de præsenti: *& sic intelligitur lex Deo nobis, C. de Episcopis, & Cler. quamquam Bal.* ibi minus latè intelligens illam legem dicit, procedere in terminis quæstionis propositæ: *sed contrarium sensit ipse in l. non sine, C. de bonis quæ libe. hæc not. & examinat Abb. de Cecilia in quodam consilio suprà eod. ut ibi reffert in alleg. c. ex publico, & vide Salic. in l. cum te. C. de donat. ante nupt. & in l. 1. C. de bonis mater. & in l. 1. C. undè vir & uxor, de hac materia vide latè, & notabilitèr Angelum de Aretio, instit. de act. §. fuerat, ver. quæro, de quæst. quotidiana,* quòd non includatur sponsa sub verbo uxoris in statuto tenet *Bal. C. de Episcopis, & Cler. l. Deo nobis, 2. col. ver. modo juxta hoc, & adde glos. in cle. unica de consang. & affinit.*

(*a*) De consuno. Concordat cum ista lex, consuetudo quæ in quibusdam partibus inolevit: *de qua in cap. constitutus, de in integ. restit. & c. 2. de donat. inter vir. & uxor.* & videtur mihi, quòd ista lex non sit contraria juri communi, quia licèt omnia bona præsumantur esse viri nisi contrarium probetur: *ut l. Quintus Mucius, ff. de donat. inter vir. & uxor. l. etiam, C. eod. tit.* non tamen iste textus, nec illa jura negant, quòd si communiter inter virum & uxorem sunt aliqua prædia empta, vel lucra habita, vel si sunt instituti hæredes pro æquis portionibus, vel qualitercumque eis bona communiter obvenerint constante matrimonio, eo soluto, æqualiter talia bona debeant dividere, & si hoc non constat, præsumuntur esse viri ad evitandam suspitionem turpis quæstus: *ut dicta l. Quintus Mucius,* sicut dicimus de Prælato Ecclesiæ: *ut C. de Episcop. & Cler. auct. licentia, extra de peculio cle. c. 1. & 2.* & unusquisque conjugum sibi tantum & non alteri acquirit: *C. si quis alteri, vel si.*

ambos por medio, (*a*) si fuere dona-

si. l. multum, *& hoc tenet Innoc. & Host. & alij DD. moderni in dicto c.* 2. *de donat. inter vir. & uxor.* Aliter tamen practicatur, quòd dicti DD. dicunt in Regno Castellæ, scilicèt, omnia dicuntur esse communia, nisi probet unusquisque conjugum quòd suum est: *ut styllo*, *l.* 203. *& hoc servatur.* Est tamen notandum, quòd bona sic constante matrimonio lucrata, potest vir ad libitum vendere, nisi hoc malitiosè faciat: *ut styllo*, *l.* 205. *cum seq.*

(*a*) Por medio. Nisi sint empta, vel permutata cum pecunia unius, & hoc constet: *ut infrà tit. proximo*, *l. si stando*, *& si sit dubium*, *servatur l. stylli suprà alleg. & quòd not. in l. cum propria*, *& ibi glos. super parte decenti*, *C. si quis alteri*, *vel sibi secundum Episcop. facit ista l.* ad quæstionem quotidianam practicabilem cum altero conjugum mortuo fit divisio bonorum inter mortui hæredes, & superstitem: uxor autem omnia bona dotalia, nec non & arras accipit secundum formam *l.* 1. *suprà tit. proxim.* vir autem, vel ejus hæredes bona quæ tempore matrimonij vir tradidit, quæ sunt durante matrimonio pro oneribus matrimonij consumpta, non viri culpa perdita, vult etiam deducere à bonis communibus, & quæ supersunt à capitali dividerentur secundum formam hujus legis, quia ad hoc possit vir facere, vel ejus hæredes, & tenui, salvo judicio meliori, quòd possit ea ratione, quia inter virum & uxorem est contracta societas universalis, quæ solo consensu inter simul habitantes contrahitur: *ut ff. de his qui deje. vel effu. l. perceptione.* Ratio est, quia ex quo simul non tantum diu, sed perpetuo vir & uxor habitaverunt, & omnia bona sua simul habuerunt, & communibus expensis, & sine compoto vixerunt, & negotia sua promiscuè egerunt, fuit societas evidenter probata: *ut not. Bal. in l.* 1. *C. qui test. facere poss. & l.* 1. *cum seq. ff. de his qui deje. vel effu.* & in obligationibus quæ consensu contrahuntur non est opus verbis: *ut latè not. Jo. Fab. instit. de societate*, §. 1. *super glos. ff. pro socio*, *l. coire*, & matrimonium se habet ad instar societatis: 27. *q.* 2. *cum societas*, *de spons. c.* 2. ob debitum enim carnis contrahitur societas inter virum & uxorem: *ut C. de crim. expil. hæred. l. adversus*, *facit ff. rerum amo l.* 1. non enim solum in lucro ut hic, sed tanquam socia uxor calamitates & infortunia viri participare debet: *ff. solut. matrim. l. si cum dotem*, §. *si maritus*, *& infrà lib.* 4. *tit. de las deudas*, *l.* 14. *cum ibi notatis.* Item, uxor socia est divinæ & humanæ domus viri: *ut alleg. l. adversus*, *C. de crim. expil. hæred.* cum autem matrimonio soluto dirimitur societas: *ut l. quòd eo tempore*, *ff. pro socio*, & societas non potuit coiri ut aliam damni, aliam lucri partem socius ferat, nec lucrum intelligitur nisi omni damno deducto, nec è contra: *ut l. Mucius*, *ff. pro socio*, quia hoc esset contra naturam societatis: *ut ibi not. in glos. cum suis concord.* dissoluto ergo matrimonio sicut mulier æs suum deducit, eadem ratione & vir, aliàs non esset lucrum nisi damnum deduceretur ut suprà, quòd ergo superest deducto ære alieno est lucrum quòd est dividendum: *ut hic*, *& C. de bonis quæ libe. l. fi.* §. *sin autem æs alienum*, *& l. omne æs*, *ff. pro socio*, iniquissimum enim esset genus societatis ex qua vir damnum & mulier lucrum expectarent: *ut l. si. non fuerint*, *ff. pro soc. & l. fi.* §. *penult. C. de colla. & hoc not. Jo. in glos. dict. c. societas*, 27. *q.* 2. sicut dicimus quòd non censentur fructus nisi quòd superest deductis expensis: *ut l. fundus*, *ff. solut. matrim.* talis tamen societas inter virum & uxorem contracta non valeret si donationis causa fieret: *ut l. cum hic status*, *ff. sed si inter vir. ff. de donat. inter vir. & uxor.* gratia cujus nota, quòd si in dissolvendo & perficienda societate debet dividi sors, tunc est societas sortis quæ non est in casu istius legis, quæ solum lucrum dividit, si autem ille qui posuit pecuniam pactus est salvo capitali, talis dicitur institor: *ut not. Bald. in l.* 1. *C. de fruct. & lit. expen.* nam in contractibus quatuor considerantur, scilicèt, natura attributa ex simplicis juris providentia, ut scilicèt, quòd capitali deducto dividatur lucrum.

Item,

Item, consuetudo quæ est similis naturæ, quæ dictat hoc quòd dictum est in societate. Item, pactum alterans naturam quòd hic non intervenit, & usus rei extra naturam: *ut l. 1. ff. si cer. peta.* duo ergo prima vocantur pacta naturalia, quibus stare debemus: tertium vocatur alteratio contractus à regula sua: quartum vocatur digressio ad alium contractum, de hoc etiam standum est consuetudini, nam quòd consuetudine cavetur pro expræsso habetur: *ff. de edil. edic. l. quòd si nolit, §. qui assidua, not. hæc Bal. in alleg. l. 1. C. de fruct. & lit. expen.* facit ad hoc, quia ubicumque alter sociorum ad aliquid condemnatur propter suum delictum, hoc non potest imputari societati, ut illius ratione debeat communiter teneri: *ut est pulcher text. quem commendat Florian. in l. si ex duabus, ff. de noxa. act.* Est tamen notandum circa ea quæ dicta sunt, quòd si dolo, vel culpa mariti damnum evenit bonis suis, ut si lusit ad taxillos cum ludere est lata culpa: *ut in auct. cum locum, & l. pactum, C. de coll. per Ci.* idem si meretricando consumpsit bona sua cum meretricari est dolus: *ff. mand. l. si verò, §. si adolescens, & Bal. in auct. ex testam. C. de colla.* de hoc damno nihil imputatur uxori: *ut l. cum duobus, §. damn. ff. pro socio,* eadem ergo est dispositio ubi natura negotij, & rationis identitas hoc exposcunt: *ut in c. translato, extra de constit.* nec obstat hoc quòd si vir consumit bona sua in sustentandis oneribus matrimonij ad quòd tenetur, non debet illa à communibus bonis deducere per ea quæ *not. DD. super rubr. C. de priv. do.* quòd verum, quia vir tenetur sustinere omnia onera matrimonij, non mulier, onera dico bursalia: *ut ff. de donat. inter vir. & uxor. l. si stipulata, ff. fam. hær. l. si maritus, extra de usuris, c. salubriter*, & si non subjit onera matrimonij, tenetur restituere fructus dotis, quia lucrum facere non debet: *ff. solut. matrim. l. ab hostibus, §. nec videtur bonæ fidei possessor, quòd pietatis officium non implevit, ar. in l. 1. ff. de his qui ut indig.* quia illud esset verum si de bonis communibus non possent capitalia uxoris & viri exire, quia tunc propter privilegium dotis mulier in suo capitali præfertur, sed si patet æs utriusque solvi primo est deducendum, & quòd superest tanquam lucrum est dividendum: *ut in jur. suprà alleg. & sic practicatur ista l.* Unum nota circa hanc materiam, quòd si durante matrimonio aliqua bona consolidantur, & redeunt ad dominium ex aliqua causa mulier debet habere partem in his consolidatis, quia censentur alia à rei proprietate: *ut not. Jo. Fab. instit. de lega. §. si cui, & probatur per l. Mævius, §. si fundo, ff. de leg. 2.*

De consuno. Quòd etiam habet locum in matrimonio putativo, & etiam in declarato nullo: *ut not. Doct. signantèr Abb. in cap. de donat. inter vir. & uxor. ut reffert Barbat. in c. ex litteris, de pign.* facit quia sicut vir lucratur fructus veri dotis propter onera matrimonij, ita in dote putativa: *ut in l. insulam, §. fructus, ff. solut. matrim.* sed hoc non procedit in lucro dotis, quòd si vir debet lucrari dotem mortua uxore forte ex statuto non habet locum in dote putativa: *ut est text. in l. 1. C. de cond. ob causam, & ibi Bal. & vide Jo. An. in c. 1. de donat. inter vir. & uxor.* & ibi dicit, quòd maritus putativus non gaudet privilegio ut conveniatur in quantum facere potest: *per illum text. singularem ad hoc, de quo latius per Barbat. in alleg. cap. ex litteris, circa fi.* Quia hic tractatur aliquid de materia societatis est notandum incidenter, quòd si sunt duo socij unius mercantiæ, unus vult ire venecias alius non vult, alius dicit ego volo periculo meo ire, & vadit altero invito, & fuit multa lucratus. An talis prohibens habeat partem Doct. & Bar. determinant quòd non: quia ille suscepit in se periculum, & sic commodum integrum est suum: *per l. quia poterat, ff. ad Treb. ubi not. Bar. in fi.* Item, nota ad supradicta, quòd non ex sola habitatione & conjunctione duo fratres simul habitantes præsumuntur socij nisi sit societas mensæ & victus, ut in marito & uxore: tacita autem societas colligitur ex actibus operosis hinc & inde; quia actus ostendunt voluntatem & consensum secundum actum qualitatem: *quòd dic ut not. per modernos, ff. de admi. tut. l. Titium & Mævium, §. altero, & per Bal. in l. si præsens, C. communia utriusque jud. not. Bal. in lib. feud. tit. de beneficio fratris, cap. 1. & vide Bar. in l. 1. §. si quis interdicto, ff. de iti. actuque priva.*

cion (*a*) de Rey, (*b*) ò de otri: è lo diere á ambos, hayanlo amos marido, è muger: è si lo diere al uno, hayalo solo aquel à quien lo diere.

(*a*) Donacion. Et hoc ideo quia hoc ob meritum & contemplatione ejus cui datur, evenit, non ergo communicabitur inter virum & uxorem: *ut l. nec adjecit, cum tribus legibus sequent. ff. pro socio*, nec oportet illud communicari, quia quisquis non propter societatem, sed propter suam partem acquisierit: *ut l. verum, §. si serv. in fi. ff. eod. tit.*

(*b*) De Rey. Et est ratio, quia omnis liberalitas imperalis acquiritur acquirentibus absque eo quòd aliquid alij conferatur: *ut l. cum multa, C. de bonis quæ libe.* Item, reffert hic Episcopus, quòd si maritus habeat feudum de camera quòd dum terra, vel aliud annuum per vitam communicantur fructus inter virum & uxorem matrimonio durante: *ut l. cum in fundo, ff. de jure do. & Bar. in l. si filio, ff. de do. ca. mor. concord. cum hac l. infrà eod. foro & lib. tit. de do. l.* 8. *& Styllo, l.* 207. *cum seq.* Quæritur si maritus venit ad matrimonium dives, & opulentus, uxor autem pauper & sine dote, vel è contra, an lucra constante matrimonio habita erunt communia? & videtur quòd sic per hanc *l. foro legum, lib.* 4. *tit.* 3. *de las Ganancias, ibi dum dicitur*: de *consuno, quæ nullam facit dist. & ibi ganáren, ò compráren, &c. & per l.* 3. *eod. tit.* facit ad hoc, quia cum societas contrahitur omnium bonorum sivè universorum, sivè negociationis alicujus, sivè vectigalium, &c. concipi potest aliàs societas etiam inter eos qui non sint æquis facultatibus, cum plerumque pauperior suppleat opera quantum ei per comparationem patrimonij deest: *ut est text. notabilis infrà l. si societas, ff. pro socio*, & quia matrimonium se habet ad instar societatis: *ut suprà est in hac l.* 27. *q.* 2. *c. societas, de spons. c.* 2. & si unus nil tradat ad matrimonium, potest tamen operari & conservare: *ut not. Bal. in alleg. l.* 1. *C. qui test. fac. possunt, & est text. in l.* 1. *C. pro socio*, pro contraria parte quam credo veriorem, facit quòd etiamsi societas expræssè fiat ut alter sociorum nil ponat in communione, nec pecuniam, nec operam, & pars lucri ad eum perveniat non est societas, sed donatio quæ inter virum & uxorem est nulla: *ut est glos. valde notabilis in alleg. l. si societates, & text. in cap. fi. de donat. inter vir. uxor.* ne etiam valeat ut donatio, cum non valet quòd actum est: *ut l.* 1. *§. eum qui, ff. de const. pe.* Item, quia societas talis coiri non potest, ut alter lucrum alter laborem & damnum sentiret, nam talem societatem leoninam solitum est appellari: *ut alleg. l. si non fuerint, ff. pro socio, cum l.* se si ergo alter conjugum nil patrimonij seu dotis ad matrimonium tradidit bona empta, sivè acquisita præsumuntur de jure esse acquisita de bonis bona tradentis: *ut est casus notabilis in cap.* 1. *de peculio cle.* licèt contra hanc præsumptionem admittatur probatio in contrarium: *ut ibi not. glos. singularis & text. in c. sunt monifestè*, 12. *q.* 1. *facit ad hoc glos. notabil. in alleg. c.* 2. *de donat. inter vir. & uxor.* ibi dum dicitur quòd intelligitur ille textus de his quæ communiter empta sunt de bonis proprijs uxoris & viri, & hoc constat, ex quo sequitur quòd si unus eorum bona propria non habet, non potest constare de bonis proprijs acquisita fuisse, ergo si constat maritum divitem & opulentum, & uxorem nihil tradidisse, non possunt dici permixtim lucra acquisita ex utriusque bonis: *ut est text. multum singularis in alleg. c. sint manifestè, & ibi glos.* & est horum ratio, quòd si uxor, non opera, non industria, non ex bonis suis quæstum licitum acquirit: sed est in strato sericeo quiescendo, & se ornando, & aliæ fœminæ ei serviunt, non dictat ratio ut lucrum habeat ex quæsitis, ex bonis mariti, labore & industria ejus, exponendo se magnis periculis, & infortunijs navigando, & ad loca remota cum mercibus pergendo. Facit ad hoc *l. si societatem mecum cojeritis, ff. pro socio, hoc idem vult firmare Innoc. in alleg. c.* 2. *de donat. inter virum & uxor.* dicens quòd non habet locum, quòd lucrum dividatur inter conjuges, nisi constet quòd utriusque intuitu aliqua quæsita sunt, aliàs omnia bona præsumuntur esse mariti *per alleg. l. Quintus Mucius*, nam in tali casu quisque sibi, non alteri quærit: *instit. per quas perso. nobis acqui. §. ex his*

his itaque, & Joan. An. in alleg. c. 2. not. in l. fœminæ, ff. de eden. & in l. miles, §. miles, ff. de adult. & quòd not. Bal. in l. cum oportet, C. de bo. quæ libe. adde quòd not. An. Bar. in alleg. cap. 1. de pecu. cle. ubi reffert quòd An. de Bu. & Pet. de Ancha. ibi tenent, quòd si mulier est dives, & capit virum pauperem, quòd tunc bona acquisita præsumuntur uxoris. *Facit glos. in cap. significante de pig. non ob. alleg. c. 1. Quint. nec etiam l. Stylli, l.* 203. *suprà alleg.* quia illa jura habent locum in præsumptione, ergo si aliter apparet veritas, cedit præsumptio veritati: *l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obli.* imò si præsumptio esset violentior quòd aliunde quam ex bonis mariti habuit bona, staretur præsumptioni vehementiori: *cap. afferte, de præsumpt.* facit ad hoc quòd filiusfamilias est pauper, & potest esse dives, & filiusfamilias est negligens, & nescit operari, quòd non potest præsumi quòd aliunde quæsierit quam ex bonis patris: *facit gl. in dicta l. cum oportet, & in allegat. l. Quintus, quòd tenet Ludov. Rom. consil.* 338. ubi concludit, quòd si contrahens societatem erat pauper, nec in alio officio se exercuit nisi in illa societate, nec aliàs poterat apparere undè quæsierat multa bona quæ habebat, est præsumendum, quòd de bonis societatis quæsiverit, ideo veniunt communicanda pro *alleg. c. 1. de peculio cle.* Item, cum dos sit mulieris patrimonium ad onera matrimonij sustentanda, potest licitè maritus expellere, uxorem si dos sibi promissa non solvitur: & est ratio, quia aliàs non posset maritus onera matrimonij sustinere, vel sustentare: *ut c. salubriter, de usuris, & l. si cum dotem, §. si autem, ff. solut. matrim. & c. per vestras, de donat. inter vir. & uxor. ubi not. Abb. de Cecilia*, nam ex quo non habet vir undè summat emolumentum, poterit hæc onera recusare: *ut alleg. c. per vestras*, si ergo mulieri indotatæ non cogitur vir alimenta præstare, à fortiori, nec dictamine rationis debet lucra constante matrimonio habita secum communicare, quia satis est ut dumtaxat sustineat vir onera matrimonij, & retineat uxorem pauperem sine dote, & hoc per maximè procedit, si tempore contractus matrimonij mulier se jactavit divitem cum non erat; quia tunc, licèt matrimonium sit inseparabile, sed quia societas fraudandi causa cognita, & ipso jure nulla, quia bona fides contraria est fraudi: *l. ea verò, §. fi. ff. pro socio*, dolus enim in tali casu dedit causam contractui: *ut ibi glos. singularis non obstat l. isti.* quia debet intelligi sanè, & civilitèr prout jura disponunt, quia non possunt permixtim lucra facere, nisi uterque habeat facultatem lucrandi per suprà allegata pauper autem, & maximè negligens, & non operosus habilitatem, seu facultatem non habet lucrandi, nec per consequens lucrum participandi: nec obstat *alleg. l. si societates*, ubi debet ponderari: ibi dum dicitur plerumque pauperior supplet opera quam ei per comparationem patrimonij deest, &c. ergo si non compensatur, nec suppletur, quòd operatur, cum viri patrimonio cessat participatio lucri divitis ad pauperem. Et hoc tenerem indubitanter: *& vide glos. c. constitutus, de in integ. restit. & hoc tenet Bal. in recollectis, in l. dos data, ff. de donat. inter vir. & uxor. facit l. insulam, §. usuras, ff. solut. matr. & de doli except. l. doli except.* & ad suprà dicta facit, quia fœminæ decipienti non subvenit Vellejanum: *ut l. fœminis, C. ad Vell.* nam deceptis, & non decipientibus jura subveniunt: *ut ibi glos. & l. 2. §. verba, ff. ad Vell.* ibi si non callidè fœminæ sint versatæ, & hoc ad instar minoris decipientis, qui beneficio restitutionis non juvatur: *ut l. 2. C. si minor se. ma. di.* probatur dolus ex perspicuis conjecturis: *ut cap. 2. de renun. lib. 6. & l. dolum, C. de dolo, & l. quotiens, C. de proba. & Jo. An. in novella in regula scienti, de re. ju. lib. 6.* Item nota, quòd ex quo mulier non sustinuit onera dotis, non debet ex matrimonio lucrari: *ar. l. in insulam, §. usuras, ff. solut. matrim. ut reffert Bal. in recollect. in l. dos data, C. de donat. ante nupt. & de conclusione supradicta est text. in auct. de non eligendo 2. nubentes, §. illud quoque coll. 1. ibi quæ propter*, quæ nil omnino dedit, nil omnino percipiat: *& auct. sed quæ nihil, C. de pactis conven.* & hoc credo de jure, tamen si consuetudo est in contrarium, illa servanda est per jura vulgaria.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. tit. de las Ganancias, lib. 5. è de las Ordenanzas Reales:

Ley II. Como lo que ganáre el marido por herencia, ò en otra manera semejante, es suyo proprio.

SI el marido (*a*) alguna cosa ganáre de herencia de padre, ò de otro propinquo, (*b*) ò donacion, ò de señor, ò de pariente, (*c*) ò de amigo, ò en hueste en que vaya por su (*d*) soldada de Rey, ò de otro, hayalo todo quanto ganáre por suyo: è si fuere en hueste sin soldada, à costa de sí, è de su muger, quanto ganáre de esta guisa sea del marido, è de la muger. Ca asi como la costa es comunal, (*e*) asi lo que ganaren sea comunal de amos: y esto susodicho sea de las ganancias de los maridos: y eso mesmo mandamos de las mugeres.

---

les: è la Ley 4. del dicho tit. declara esta Ley, è aquella, è todas las Leyes de este tit. è vey la Ley del Estilo, que es 205. è 206. è 207. que habla en los bienes que se ganan entre marido è muger.

(*a*) SI EL MARIDO. Quòd non sine causa obvenit, fortè ob meritum: *ut l. nec adjecit, ff. pro socio, & mand. l. item quia, §. fi. & C. de codicil. l. fi. §. pen.* idem si causa remunerandi sit marito aliquid datum, vel legatum: *ut l. idemque, §. fi. ff. mand.* hæc talia non veniunt communicanda: *ut dicta l. nec adjecit*: & est ratio, quia donatio remunerativa non confertur: *ut auct. ex testam. & ibi Bal. C. de coll.* merita enim non perfunctoria, sed digna munere inspicienda sunt: *ff. de manu. vindi. l. illud si cer. pe. l. si tibi*, nam labor sicut pretium rei esse videtur: *ff. de annu. le. l. Sejo.*

(*b*) PROPINQUO. Et hoc ideo quia solo lucranti hoc debetur: *ut l. & quia, ff. pro socio, & foro juzg. lib. 4. tit. 2. leg. 17.*

(*c*) O DE PARIENTE. Præsumitur enim inter conjunctas personas potius ex naturali affectu quam ex alia causa fieri donatio: *ff. de donat. l. 2. §. fi. mand. l. creditor, §. 1.* præsumptio enim latissima est propter naturalem affectum: *ut ff. de libe. le. l. Aurelius, §. Titius.*

(*d*) POR SUYO. Et est ratio, quia hujus lucri causa finalis est vir, & proxima & immediata causa spectatur: *ar. ff. de vulg. & pu. subst. l. sed si plures, §. in arrogato, & C. de usu. l. fi. in fi.*

(*e*) ES COMUNAL. Et sic nota, quòd sicut damnum expensarum est commune, ita & lucrum, & è contra: *ut l. cum duobus, §. quidam sagariam, in fi. ff. pro socio, & l. merces, §. vis major, ff. locat. ista l. facit ad cautelæ remedium,* quòd ponit *Ricardus mag. in l. Quintus Mucius, ff. de donat. inter vir. & uxor. & Ci. & Bald. in l. cum oportet, C. de bonis quæ libe.* Qui dicunt, quòd si uxor vult emere prædium, ita quòd non acquiratur viro, licèt re vera sit pecuuia viri, faciat sibi dari pecuniam ab alio suo consanguineo, saltim ficticiè, & de illa pecunia emat prædium, licèt ista fraus probationis de jure poli propter peccatum non est facienda, cum nemo cum alterius injuria locupletari debet: *ut C. locupletari, de reg. jur. lib. 6. cum suis concord.* Item facit lex ista, quia si Doctor Medicus, seu Advocatus de suo officio aliquid acquirunt, non debent id communicare cum uxore, quia intelliguntur militare: *ut C. de inoffic. test. l. fi. & de Advo. diver. l. fori*, & sic est castrense peculium, ut ibi, quòd intelligit Spec. de his qui percipiunt salarium de publico, ut est Advocatus fisci, vel pauperum: *ut ipse not. in tit. de actore*, §. 1. ejus tamen dictum non servatur *per Bald. in alleg. l. cum oportet in Advocato*: ratio est, quia Advocatus ratione publici officij videtur militare: *ut C. de Advoc. diver. ju. l. Advocati*, & ideo etiam si non percipiant salarium de publico, non confert ratione officij per eum quæsita: *ut not. Bal. ubi suprà, & 6. Part. tit. 15. l. 5.* crederem etiam salvo judicio meliori, quòd in casibus in quibus pater non habet usumfructum in bonis filij qui notantur *in glos. notabili auct. idem est, C. de bonis quæ libe.* alteri conjugum

gum nihil acquiratur, cum sit fortior ratio patris quam conjugum, &c. Quidam dicunt quòd consuetudo Regni debet attendi in his lucris inter DD. & uxores suas: *nam Doct. in lib.* 1. *C. quæ sit lon. consuet.* dicunt, quòd si est in aliqua patria consuetudo, quòd domini collectizant subditos suos ad filias maritandas, vel cum vadunt ultra mare ad recuperandam terram sanctam, vel cum fuerint novi milites, quòd talis consuetudo, cum sit generalis, & præscripta, facit jus, quia consuetudo est jus disponens, nec obstant leges Partitæ, nec fori, quia per non usum sublatæ. Nam sicut tollitur servitus non utendo, sic & consuetudo, nec tollitur: *l. ff. quemadm. servi. am. l. si locus*, *& l. si partem*, §. 1. *& secund. Petr. & Ci.* quando non usus habet implicitum usum contrarium: *l. tunc tollit*, *l. ut in casu isto*, nam omnes uxores DD. in toto Regno de melioratis durante matrimonio, partem integralem habuerunt, quæ consuetudo debet attendi, &c. Item, si Doctor habet officium Regis ad vitam, ut quia auditor, vel consiliarius, cum quitatione propter annuos redditus, potest dici & possessor immobilium secundum ea quæ ponunt *Doct. in l. sciendum*, *ff. qui satisda. cogun. & Ci. in l. hac ædictali*, §. *his illud adjungimus*, *secundis nupt. ubi Ci. dicit*, quòd annona civilis reputatur res immobilis, & qui habent redditum annuum tanquam possessor immobilium relevatur à cautione de judicio sisti: *in auct. de non alie. circa princ. & Jo.* tam Doctor dicit, quòd cum vir ambulat in Curia, & sustentatur de annona, & tritico domus, & propter ista aliqua in Curia lucratur per donationem, vel alio modo, quòd talia sunt dividenda: *ut 2. tit. de las Ganancias*, *& c. foro legum*, *& idem Jo. dicit*, quòd illa pecunia quæ datur auditori in pensionem, est dividenda inter virum & uxorem, quia illi redditus, quos habet ex illo officio, judicantur fructus, & titulus audientiæ, vel alius titulus, cujusque officij judicatur ut proprietas quæ solius Doctoris est. Item dicit ipse, quòd in casu quo Rex facit donationem, vel mercedem ex causa, vel propter servitia quæ facit durante matrimonio, quòd talis donatio, vel pensio est dividenda inter virum & uxorem: quia non est propriè donatio, cum propter ingratitudinem revocari non possit: *de hoc Jo. Fab. instit. de act.* §. *præterea*, & sicut est irrevocabilis donatio quæ fit à patre filio benemerito, & illam non tenetur conferre secundum DD. *in l. emancipati*, *C. de coll.* in casu quo datur causa remunerandi, & propter merita præjudicat alijs filijs, nec revocari potest: *Bart. in proœmio*, *ff. & Bal. in l. si donat. C. de coll. & in l. quòd si forte*, *ff. de castrensi peculio. Item not. in l. in ædibus*, §. *ex rebus*, *ff. de do.* quòd illud quòd ex rebus donatis recipitur est propriè fructus, & non computatur *in tit. donat. ut ibi glos. notabilis*, *idem l. hoc jure*, §. *Labeo. eod. tit. dicit text.* quòd extra causam donationis sunt mercedes officiorum, ut si qualibet in opera, vel gratia mea usus fueris, &c. *idem in l. Acquil. Regul. eod. tit.* Item, illa dicitur propriè donatio quæ fit sola liberalitate: sed donatio quæ fit ob causam, est impropria donatio ex qua transfertur dominium: *ut l.* 1. *ff. eod. tit.* nec indiget insinuatione: *ut C. de donat. ante nupt. l. fi. & C. de jure do. l. fi.* non ergo potest dici donatio id quòd Doctor ex audientia, vel ex alio officio annuatim quærit, ut habeat locum *l.* 2. *dicti fori*, *tit. de las Ganancias*, sed erit inter virum & uxorem communicabile. Idem dicit *Vincent. in l.* 1. *eod. tit.* quòd terra, vel aliquid annuum ad vitam judicatur fructus: *pro quo facit l. cum in fundo*, *ff. de jure do. & Bart. in l. si filio*, *ff. de do. causa mor. cui concor. l.* 8. *de donat. eo foro*, *& Styllo*, *l.* 203. *cum seq. facit ad hoc quòd notat Bald. in proœmio*, *lib. feud.* 3. *fol.* dicens, quòd omnis res, ex qua fructus percipiuntur, computatur inter immobilia, & quando quis percipit fructus, vel redditus annuos, isti censentur fructus, quia nascuntur quolibet anno: *ut not. in l. divort. ff. sol. matrim.* & licèt officium audientiæ, vel consilij semper remanet ipsi viro cui fuit data: *de quo loquitur l.* 7. *&* 8. *in* 4. *Part. tit. de patria potestate*, sed pensiones dictorum officiorum sunt communicabiles, quia fructus, &c. Idem nota Bal. ubi suprà dicens, quòd quando datur in feudum præstatio civilis pro quolibet anno, illa censetur, & debet computari inter immobilia: *ut C. de Sacrosanct. Eccles. l. jubemus nulli*, *& auct.* de non alie. §. 1. *idem not. Bal. in lib. feud. tit. de pace & ejus vio. & in tit. hic finitur*, *l. deinde consuetudines Regni incipiunt*, *c. his consequenter*, *& in tit. an agnatus*, *vel* fi-

Ley III. Que como quier que haya mas el marido que la muger, los frutos son de consuno.

MAguer que el marido haya mas que la muger, ò la muger que el marido, quier en heredad, quier en mueble, los frutos sean comunales (*a*) de ambos à

filius defuncti, *& in tit. quis dicatur dux marchio.* ubi loquitur de soldada, & dicit ibi, quòd salarium quòd datur de camera Regis non dicitur soldada, quia talis præstatio non dicitur gratuita: *ut l. Acquil. Regul. & l. si pater*, *ff. de do.* Item dicit, quòd potestates & alij officiales dicuntur esse conducti, & videntur facere contractum innominatum cum domino facio ut des: *facit l. cum oportet*, *C. de bonis quæ libe.* quòd licèt de feudo dato filiofamiliæ non quæratur commoditas patri illius cum usufructus acquiritur patri, à fortiori uxori: *idem Jaco. de Bel. & Ci. in l. fi. C. de usufruct.* Item, inter virum & uxorem est contracta societas omnium bonorum, & lucrorum: *Bal. in l. cum oportet*, *C. de bonis quæ libe.* nam quando vir & uxor communiter tractant, vel negotiantur, præsumitur contracta societas damni, & lucri, propter naturalem æquitatem charitatis, & societas non debet claudicare: *ut l. si fratres*, *de success. feud. hoc not. Ci. & Ri. ff. pro socio*, *l. cum duobus*, §. *si fratres*, *& ibi Bar.* dicens, quòd in casu quo ambo negotiantur, & consueverunt lucra ponere in communi, dicitur tunc contracta societas. Item, *Bal. in l. 4. C. communia utriusque jud.* dicit, quòd etiamsi nullus negotiaretur, potest ex actibus apparere socialis affectus, sicut est inter nobiles qui non faciunt quæstuarias mercantias, cum quæcumque salaria quascumque dotes acquirunt, & conferunt in communi, nemo enim potest negare hos esse sociales actus ex quibus præsupponitur intentio & voluntas: *ut dicunt Ja. Ol. & Ray.* undè dicit ipse ad qualitatem actuum recurrendum est, quòd talis præsumitur mens, qualis ex actibus colligi potest: *ar. ff. de acqui. hæred. l. si duo fratres*, undè propter longum silentium, & propter communionem factam hinc inde, videbitur societas contracta: *per l. si quis diuturno*, *ff. si serv. ven.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 3. tit. de las Ganancias, lib. 5. de las Ordenanzas Reales: vey la Ley 25. tit. 11. de la 4. Partida, que pone tres cosas que se requieren para que el marido puede ganar los frutos de la dote: è la Ley 26. del dicho tit. pone cómo los frutos de la dote se han de partir: la Ley 28. del dicho tit. pone, si los frutos de la dote que recibe el esposo ante de las bodas, si los ha de restituir à la muger.

(*a*) MAGUER, COMUNALES. *Ut suprà tit. proxim. l. 3. in fi. & quòd ibi not. Episcop.* & circa fructus dotis nota, quòd si sunt percepti ante nuptias convertuntur in dotem: *ut l. dotis fructus*, §. 1. *ff. de jure doti*, si verò matrimonio durante sunt percepti, sunt mariti ad onera matrimonij sustentanda: *ut in dicta l. dotis fructus*, *in princ. & l. plerumque*, *eod. tit. & C. de jure dot. l. pro oneribus*, *& ff. fam. hær. l. si maritus*, si autem soluto matrimonio in anno quo solvitur sunt fructus percepti pro rata temporis facit superstes fructus suos: *ut C. de rei uxor. act. l. unica*, §. *sed & novissimè*, *& ibi glos. notabilis*, post annum autem indistinctè sunt mulieris: *ff. solut. matrim. l. si mora & ff. solut. matrim. l. de divisione.* Tria enim exiguntur ad hoc ut maritus lucretur fructus: primum, quòd sit contractum matrimonium: secundum, quòd sit tradita possessio: tertium, quòd sustineat onera matrimonij: cæterum si quid istorum defuerit, non lucrabitur: *ut in jurib. suprà alleg. & probatur ff. de doli except. l. pater*, *& dicta l. de divisione*, *& not. in alleg. l. dotis fructus*, hodie tamen, ut in hac lege continetur, omnes fructus sunt communes *per text. in l. 1. suprà eod. tit.* nam aliàs non essent lucra communia si fructus non essent communes, nec esset vera societas inter virum & uxorem contracta: *ut dixi suprà ead. l. 1.* remanet tamen distinctio suprà posita de jure com-

dos: (*a*) è la heredad, è las otras cosas donde vienen los frutos, hayalos el marido, ò la muger cuyos eran, ò sus herederos.

TITULO IV.

DE LAS LABORES, E PARTICIONES.

Ley primera.

SI algun (*b*) home pusiere viña (*c*) en tierra agena, quier defendiendogelo el señor, (*d*) quier no, pierda la viña el que la puso, è sea del señor de la heredad: y esto mesmo mandamos que sea si pusiere arboles, (*e*) ò ficiere otra labor: è si algunas cosas destas ficiere en tierra, ò en heredad que

---

communi quando fructus percipiuntur ante nuptias, & si percipiuntur soluto matrimonio, servatur distinctio: *l.* 10. *infrà tit. proxim. concord. cum hac l. foro juzg. lib.* 4. *tit.* 2. *l.* 17.

(*a*) De ambos a dos. Per hanc legem tollitur dubitatio: *de qua per glos. & Bar. & Bal. in l. cum à matre, C. de bonis mat. & glos. & Doct. in l. ubi, C. de jure do.* qui tenebant, quòd fructus parafrenalium non serviebant viro nisi tantum quoad usum, & quòd tenebatur vir restituere hæredibus uxoris fructus quatenus excedunt usum, hodie autem illud non tenetur per hanc legem: *vide circa hanc l. quòd scripsi in fi. hujus lib. & adde hic* 1. *q.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 42. *de la* 3. *Partida, tit.* 28. *è vey la Ley* 43. *è* 44. *del dicho tit. que hablan en el mesmo caso: si alguno labra à buena fé, labra su oro, ò plata con plata agena, ò escribe libro en pergamino ageno, ò pinta Imagen en tabla agena, è face edificio de piedra agena: vey la Ley* 34. *con otras tres Leyes siguientes en el dicho tit.*

(*b*) Si algun. *Concord. cum ista l. foro juzg. lib.* 10. *tit.* 1. *l.* 6. *&* 7.

(*c*) Pusiere viña. Idem de quocumque ædificio, quòd in alterius solo ædificaverit: *ut instit. de rerum divi.* §. *& ex diverso, & C. de ædifi. priv. l. si is contra quem, & C. de rei vend. l.* 2. *in princ. & ff. de acqui. re. do. l. adeo,* §. *ex diverso*: & est ratio, quia talis ædificans in alieno videtur donare: *ut ff. de re. ju. l. donari*, & quicquid plantatur, seritur, vel ædificatur solo cedit: *ut* §. *qua ratione instit. de re. div. & l. qua ratione, ff. de acqui. re. do.*

(*d*) El señor. Et fructus etiam consumptos cogitur restituere domino soli, si scienter ædificavit: *ut* §. *ei verò, inst. de re. div. &* 3. *Part. tit.* 28. *l.* 43. *cum seq.* est tamen notandum, quòd etiam malefidei possessor potest deducere ante restitutionem rei & fructuum omnes expensas factas in cultura fundi: *ut l. fundi, ff. fam. hær.* Item, potest deducere expensas factas in custodia fundi: *ut l. fundi, ff. fam. hær.* Item, potest deducere expensas factas in custodia fundi, cum talis custodia fiat ad conservationem fructuum quos restituit: *ut not. Bal. in l.* 1. *C. de fruct. & lit. expens. licèt Bart. contra in l. cum quæreretur,* §. *prædijs, ff. deleg.* 2. *sed ipse Bart. dicit in hoc contra casum, l. à domino,* §. *fi. ff. de peti. hæred.* Item nota, quòd malefidei possessor qui scienter ædificat in re aliena tenetur ad fructus perceptos, & quos percipere potuit: *ut l. fructus, & l. ex diverso, ff. de rei vend. & C. eod. tit. l. domum, & cap. gravis, extra de restit. spol.* quòd est verum nisi loquamur de fructibus quos potuisset percipere ex fundo propter meliorationes à se factas: *ut est casus singularis in l. certum,* §. *ubi, ff. de rei vend. quòd est notandum.*

(*e*) Si pusiere arboles. Cedit solo, tunc demum si radices egerit: *ut* §. *si Titius, instit. de rerum divisione*, & si mala fide fecerit, etiamsi radices non egit, cedit solo: *ut d.* §. *ex diverso*, potest ergo dici, quòd de jure lex ista habet

haya de consuno (*a*) con otros que no sea partida: ò si fuere partida è no lo supieren, dele otro tanto de tierra, è tan buena como la que han de consuno: è si no lo diere, y parta aquella tierra, y la labor, è cada uno dé su parte de la costa. (*b*) E si alguno vendiere, ò cambiare, ò diere tierra agena à otro, que no supiere que es agena, è aquel recibiere, ò pusiere viña en ella, ò arboles, ò ficiere otra labor, y el dueño lo supiere, è lo no contradixere, (*c*) ò fuere en otro lugar que él no supiere, è lo no contradixere, haya la tierra, è lo que en ella fizo, éste que la recibió, (*d*) è aquel que la enagenó, peche la tierra doblada à su dueño.

Ley II. En qué manera deben partir los herederos la heredad que heredáren.

SI algunos herederos, ò compañeros, hobieren alguna cosa de consuno que se no pueda partir (*e*) entre ellos sin daño, asi como siervo, ò bestia, ò forno, ò

---

bet locum cum scienter plantatur in alieno: *ut d.* §. *ex diverso*, *in fi. vel etiam ignoranter*, si arbor, vel vinea radices egit, ut dixi lex tamen Regni, 3. *Part. tit.* 28. *l.* 44. *dicit*, quòd tunc cedunt solo arbores per alium mala fide plantatæ, si radices egerint, cui legi standum est.

(*a*) De consuno. Quia non socij negotia gero, sed propriam rem tueor, & nascitur ex hoc actio communi dividundo propter impensum in re communi: *ut ff. communi divid. l. si quis*, potest tamen ædificans, vel plantans prohiberi per socium ne ædificet: *ut l. Sabinus*, *ff. eod. tit.* quia in re communi est potior conditio prohibentis: *ut ibi*, *& extra de reg. jur. cap. in re communi*, *lib.* 6. *licèt fallit in casibus ibi notatis*, *& in glos. singulari dict. l. Sabinus.*

(*b*) Su parte de la costa. Est notandum ad hoc, quòd faciens expensas utiles in re aliena potest retinere rem, donec expensæ à domino solvantur: *ut in l. si in archa cum seq. ff.* de *condit. ind.* & istud jus retinendi propter expensas transit in singularem successorem: *ut est casus in l. hoc judicium*, §. *impendium*, *vers. sed & his*, *ff. de eo qui certo loco.*

(*c*) No contradixere. Est tamen notandum, quòd contradictor debet esse justus, & talis qui justa ratione facit se adversarium: *ut l.* 1. *C. de inge. manu. & ibi Bald.*

(*d*) Recibió. *Concord. secund. Episcop. l. adeo*, §. *pe. in fi. ff. de acquir. re. domi. &* 3. *Part. tit.* 28. *l.* 41. *& vide circa hanc l. quòd not. Bal. in auct. excipitur*, *C. de bonis quæ libe.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 10. *tit.* 15. *de la* 6. *Partida, que dispone, que si la heredad comun se puede partir, è por ello no se menoscaba, que la puede partir: pero si partiendose mucho se menoscabase, que en tal caso debe mandar que el uno la haya, è pague al otro, ò otros en dineros: è la dicha Ley dispone la forma que el Juez ha de tener en partir los bienes ò heredades comunes: è vey la Ley* 2. *del dicho tit. que es singular Ley en el caso.*

(*e*) Si algunos, no se pueda partir. Quando ergo divisio est difficilis, & penè impossibilis, vel commodè fieri non valet: *habet locum ista l. concord. l. si famil. hær. & l. ad officium*, §. *cum autem*, *C. communi divid. à qua l. habuit ortum ista l. & à l. Neratius*, §. *cum de usufruct. ff. communi div. &* 6. *Part. tit.* 16. *l.* 10. Item, nota circa materiam hujus legis, quòd qui quotam partem in bonis defuncti prætendit habere non de singulis rebus, sed facta omni divisione per sortes continget: *ut l.* 2. *C. quando*, *& quibus quarta pars*, quòd contra pessimos, & malevolos cohæredes, qui propter unius minimam portionem,

Molino, (*a*) ò Lugar, no puedan (*b*) constreñir los unos à los otros que partan: (*c*) mas avenganse de venderlo (*d*) à alguno de sí, ò à otro, ò sortearla entre sí con apreciamiento (*e*) de otras cosas si las hobieren, ò de dinero: è si en esta guisa no se pudieren avenir, ar-

nem, & alterius maximam ex invidia petunt hæreditatem per partitas dividere, quòd non licèt, debet igitur ex universitate fieri divisio: *ut ibi not. glos.*

(*a*) O Molino. Negligi namque solet quòd communiter possidetur, nam & communio materia seditionis esse solet: *ut ff. deleg.* 2. *l. cum pater*, §. *dulcissimis*, *C. quando*, *& quib. quarta pars de l.* 2. *lib.* 10. melior ergo esset hujus talis rei indivisibilis venditio, ut hic continetur.

(*b*) No puedan. Et est ratio, quia nemo invitus compellitur ad communionem: *ff. de condit. inde. l. si non sortem*, §. *si centum*, & actio communi dividundo non datur nisi sint socij in re, licèt aliàs res sit communis: *not. glos. ff. de pec. l. ancillas*, §. *fi. & inter socios potest actio communi dividundo dari*, *ff. communi dividundo*, *l. pro socio*, §. *fi.* & ibi habes ad quid detur communi dividundo, & ad quid actio pro socio, & in quo differunt. Unum tamen nota, quòd licèt habentes rem communem in qualibet particula censeantur habere partem, non tamen sic est in pretio reducto in re communi, quia recipi dimidiam pretij rerum venditarum, censeor recepisse mediam partem pretij censeor recepisse meam partem solum: *ff. pro socio*, *l. si Titius.*

(*c*) Que partan. Et sic nota, quòd id quòd commune est, proprium non est: *ut not. ff. de reg. jur. l. id quòd nostrum*, meum tamen rectè dicitur quando ad dispositionem partis meæ illud quòd cum alio habeo commune: *ut l. illud*, *ff. de ritu nupt. & l. duo fratres*, *ff. de acqui. hæred.* ex quo nota incidenter, quòd si lego, vel vendo fundum communem totum confinando, videor solum partem meam legare, vel vendere: *ut ff. deleg.* 1. *l. si domus*, §. *fi.* & latior demonstratio non ampliat legatum quòd jus præsumit esse limitatum: *quòd not. ut Bal. in l.* 1. *C. qui testam. fac. poss. & de vendit. est text. in l. qui tabernas*, *C. de contrahen. empt.* quòd est verum in venditione, si emptor sciebat rem communem, secus si ignorabat, quia non debet decipi, ideo debetur evictio: *ff. de evict. l.* 1. In dubio autem ex quantitate pretij præsumo scientiam, vel ignorantiam, & an venerit totum vel pars: *ar. ejus quòd not. ff. de superfi. l.* 1. *de rebus dub. & quòd ibi not.* quòd in legatis est ponderandum hoc pro nomen meum: *ut in l. serv. electione*, §. *fi. ff. deleg.* 1. *juncta alleg. l. si domus*, §. *fi. cum ibi not. in glos. fi.* si tamen legans dicat rem esse communem, vel sciat esse alienam, totam videtur legare: *ut not. Di. in d. l. serv. elect. & Bal. in l. cum alienam*, *C. de leg. & in l. unum ex familia*, §. *si rem tuam*, *ff. deleg.* 2. *& l. sticho rei legatæ*, *C. de usur. & instit. de lega.* §. *non solum.* Sed si testator ignorat rem esse communem solum partem suam dicitur legare, ut suprà dixi: & est ratio, quia nemo præsumitur plus velle quam possit secundùm jus quòd habet: *ut l. marito*, *ff. pro socio*, *& l. duo fratres*, *ff. de acqui. hæred.* & in generali dispositione testatoris non continetur nisi res propria testatoris: *ut ff. de au. & ar. le. l. Quint.* §. *argento*, *& deleg.* 3. *l. suos servos*, *& vide quòd not. infrà tit. de las Mandas*, *l.* 3. Item nota incidenter, quòd si duo sunt domini unius rei communis, & alter eorum pignorat alteri partem suam, per hanc pignoris obligationem non impeditur petitio divisionis: *ut est casus in l. si quis putans*, §. *item Julian. ff. communi divid.*

(*d*) De lo vender. Nota ad hoc, quòd invito te socio meo, non possum partem meam quam in communi tecum possideo alteri locare, licèt possim vendere, vel legare, ut dixi suprà, sed quando est contentio debemus ad divisionem venire: *ut not. glos. C. de Sacrosanct. Eccles. l. jubemus*, *in princ.* & sic propter immensas contentiones res dividitur: *ut ff. de serv. urba. præd. l. in re communi*, & si non potest commodè fieri divisio, fiat ut hic dicitur: *& in jur. suprà in princ. alleg. & vide Bal. in d. l.* 1. *C. qui testam. fac. poss.*

(*e*) Con apreciamiento. *Concord. l. cum amplius*, §. *fi. ff. deleg.* 1. Nota, quòd

riendenla, è partanla entre sí.

Ley III. En qué manera deben partir el marido è la muger los frutos de la viña de uno dellos.

QUando el marido è la muger ponen viña en tierra que sea de qualquier de ellos, è muriere el uno de ellos, cuya fuere la tierra tome el terradgo, segun ponen otras viñas en aquel lugar; y el vino partalo (*a*) con los fijos del muerto, ò con sus herederos, si fijos no hubiere: y esto mesmo sea de otras labores qualesquier que se ficieren en el solar del uno dellos.

Ley IV. Como el que quisiere facer Molino en su heredad, lo debe facer sin daño de otro.

SI algun home quisiere facer (*b*)

---

quòd licèt divisio prædiorum habeat vicem emptionis: *ut l.* 1. *C. communia utriusque jud. & divisio est similis permutationi, ff. deleg.* 2. *l. cum pater*, §. *hæreditatem*, & permutatio est similis emptioni: *ut C. de rerum permut. l.* 2. *& ff. de contrahen. empt. l.* 1. ergo à primò ad ultimum divisio est emptio: *ut argumentat glos. in dict. l.* 1. *C. communia utriusque jud.* ista autem divisio de qua in textu non est propria emptio, sed obtinet vicem emptionis: *ut ibi not. Doct.* ad firmitatem contractus, nec ista æstimatio de qua hic facit ad emptionem, sed ut facilius possit fieri divisio: *ut singularitèr not. per Host. & Jo. An. in c. cum gratia, extra de commod.* nec de natura contractus divisionis exterminatur res ea exterminatione de qua facit emptionem: *ut in casu l. quotiens, C. de jure do.* ex quibus infero, quòd ex tali exterminatione de qua hic non debetur vectigal, seu alcavala cum non sit propriè emptio, sed ut facilius res dividatur inter cohæredes, maximè quia lex quaterni, cum est odiosa, non extenditur ultra casus in ea expræssos, juxta regulam odia: *de re. jur. lib.* 6. *cum suis concord.* est tamen alia lex quaterni nova, quæ etiam loquitur de permutatione, & de æstimatione, quam vide.

ADDICION.

Vey la Ley 26. de la 3. Partida, tit. 11. cómo se han de partir los frutos entre el marido, è los herederos de la muger, ò por el contrario.

(*a*) QUANDO, PARTALO EL. Et hoc propter societatem quæ inter eos est de jure per matrimonium contracta: *ut suprà eod. l.* 1. *& ibi dixi*, de jure tamen antiquo fit distinctio: *de qua in* §. *propter retentionem, instit. de act. & ibi glos. & Joan. Fab.* nec hodie per legem istam habet locum illa distinctio de impensis factis in corpore mulieris: *C. de neg. ges. l. quòd in uxorem*: nec de expensis quæ fiunt litigando super re dotali defendenda, vel recuperanda: *de qua Spec. tit. de donat. inter vir. & uxor.* §. *foratis, ver. illud quæritur, & ibi Joan. An. in addi.* nec in expensis factis in augmentanda, vel reficienda re dotali: *ut in dict.* §. *propter retentionem, C. de rei uxor. act. l. unica*, §. *sed nec. cum seq.* omnia enim lucra, & damna sunt hodie communia, & soluto matrimonio partiuntur: *ut suprà eo. l.*1. *cum ibi notatis, & infrà tit. de las Deudas, l.* 14. & quòd in lege ista dicitur non reperitur alibi de jure, sed secundum ipsum, hic de consuetudine in quibusdam partibus aliter observatur, scilicèt, quòd is cujus est solum habeat tres partes, alter autem conjugum habeat quartam partem soli cum ædificio: aliter tamen statuitur *infrà eod. tit. l.* 9. quæ loquitur in rebus quæ commodè non posunt dividi: *ut suprà eod. l.* 2. An socius utens de communi committat furtum: *vide Bar. in l. merito, ff. pro so.*

ADDICION.

Vey la Ley 3. tit. 28. de la 3. Partida, que limita esta Ley: quando alguno hace Molino, ò Canal en los Rios que andan Navios, ò à las riberas dellos, que en tal caso no los puedan hacer, è si estuviese edificado se deshaga.

(*b*) SI ALGUN, QUISIERE FACER. Et sic nota, quòd ædificatur in pri-

Molino (a) en su heredad, fagalo de guisa que no faga daño à otro alguno.

Ley V. Qué es lo que se debe guardar quando dos tienen una pared de consuno, è uno quisiere edificar.

SI dos homes hobieren alguna cosa de consuno, y el uno

privato, & ad privatam utilitatem, & in hoc casu cavetur de loco, & de vitio operis: *ut l. si finita*, §. *notandum*, *ff. de damn. infec.* secus enim si ædificaretur in flumine publico, & ad utilitatem privatam, quia tunc de vitio operis tantum satisdatur: *ut d. l. si finita*, §. 1. *& l. fluminum*, *in princ. eod. tit.* & idem intelligo quòd potest quis ædificare in publico, dum tamen sine incommodo cujusquam fiat: *ut dicta l. fluminum*, *& hic.*

(a) Molino. Nota quòd per istam legem determinatur quæstio pilley quæ est 8. in ordine, & incipit: Rolandinus construxit, qui concludit, omisso casu, & argumentis, quòd non potest fieri novum molendinum si noceat alteri molendino antea ædificato, nam ab ædificando poterit prohiberi per nunciationem novi operis, vel per confessoriam: *ut ibi latius per eum*, *& inst. de act.* §. 2. & sic nota, quòd domini riparum possunt construere molendina in proprijs ripis, quòd est verum, nisi divertendo, aquam, vel alveum, impedirent usum navigationis, vel piscationis, fortè si ibi est solitum piscari, vel retia siccari: *ar. notatorum inst. de re. div.* §. *est autem*, *in glos. not. hoc Bal. super rub. ff. de re. div.* gratia cujus nota, quòd in aquis fluminum publicorum non possunt molendinum cluse seu domum, vel alia ædificia construi, nec circa ipsa sine publica auctoritate, & ideo nec pontem privatam alicui facere, licèt ex utraque ripa possideat: *ut ff. de flumin. l. fi. not. inst. de re. div.* §. *littorum quoque usus*, flumina non navigabilia non sunt populi, sed imperij: *ut not. in l. quo minus*, *ff. de flum.* ideo non potest concedi licentia per populum ut ibi ædificetur molendinum, nec aliud ædificium, si per illud impeditur navigatio: *ut not. Bal. super rubr. dict. de re. div.* est tamen notandum, quòd alveus, & locus aquæ, & flumen sunt de territorio illius populi, quia sunt intra territorium: *ar. ff. de flum. l.* 1. §. *si insula*, *in fi.* sed hoc procedit quantum ad jurisdictionem, non quantum ad proprietatem, nam ista sunt diversa: *ut not. inst. de re. div.* §. 1. Item nota, quòd proprium flumen est eatenus quatenus in suo ingreditur, quòd non semper fluit, ut sunt gurgites, & quædam fossata quæ causam continuam non habent, quæ enim sæpè arescunt publica non sunt: *ut not. ff. de re. div. l. nemo*, & cum publicum flumen est principis, ut suprà liquet, nemo potest privata auctoritate ædificare clusam, molendinum, vel aliquid aliud, nec ut sibi prosit, nec ut alij obsit, quia lex prohibet: *de pactis*, *l. jurisgentium*, §. *item si paciscatur*, *& ff. de flum. l.* 1. *& ne quid in loco publico*, *l.* 1. Item nota, quòd id quòd fit in publico ante factum, quilibet potest prohibere, sed post factum non potest destruere, quia qui fecit est in possessione postquam fecit, undè oportet tunc recurri ad interdicta prout formata sunt à prætore, tàm in agendo, quàm in excipiendo: *ff. de flum. l.* 1. §. *Labeo.* Flumen enim publicum est omne flumen quòd perpetuo currit: *ut l.* 1. §. *flumen*, *ff. de flum.* & tunc ei qui habet molendinum legitimè alius non potest aquam impediendo lucrum auferre, etiamsi faciat ut sibi prosit: *ut l.* 2. §. *merito*, *ff. ne quid in loco publico*, nam qui plus æquo sibi vult prodesse, dicitur injuriam alteri facere propter excessum modi. Unum tamen nota, quòd quis non potest præscribere jus habendi molendinum in flumine publico, quia jura publica omnium populorum non possunt præscribi: *ff. de usucap. l. fi.* quòd est verum longo tempore, sed si non stat memoria loco privilegij habetur: *ff. de aqua quot. l. hoc jure*, §. *ductus aquæ imò triginti anni sufficiunt secundum Jo. ut not. inst. de re. div.* §. 1. *in vers.* Item, possunt præscribere quòd nullus possit habere molendinum nisi ego, & posteri mei:

mei: *ut ff. de diver. & temp. præscript. l. si quisquam*, & hoc verum contra certos quos prohibuit, & ipsi acquieverunt prohibitioni: *C. de serv. & aqua. l. 2.* quia jura prohibitoria non possunt aliter præscribi nisi primò præcedat prohibitio, aliter ego non possum præscibere hanc servitutem, quia, scilicèt, in prædijs vicinis non possit ædificari molendinum in præjudicium molendini mei, & sic est servitus prædialis sicut servitus altius non tollendi, vel non ædificandi ista, cum præscriptio videtur posse infringi tempore publicæ necessitatis: *ar. C. de serv. l. fi. in fi. hæc not. Bald. in l. lapilli, ff. de re. div.* Item, est notandum circa hanc materiam *ex glos. l. si quis ex argentarijs, §. igitur, ff. de eden. cum dictis Bald.* quòd habens molendinum inferius potest primum prohibere à coarctatione aquæ quæ est aqua communis utriusque molendini, & communiter utrique debet prodesse. Undè superior in præjudicium inferioris non potest coarctare naturalem cursum aquæ, quòd est verum in flumine publico: *ar. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. merito, suprà alleg.* Si autem molendina sunt in flumine privato, si quidem iste qui restagnat aquam, alteri officit, & sibi non consuluit, potest prohiberi, quia iste nihil agit nisi ut officiat: *ut ff. de aqua plu. ar. l. 2. §. idem varus, & ar. ff. de rei vend. l. in fundo*, si autem pro hac sibi prospicit, hoc sibi licèt si nullam debet servitutem aquæ, quia ordinata charitas incipit à seipso: *ut C. de serv. & aqua, l. si manifestè, & ibi per Cy. & hic per Guil. in d. §. exigitur, & vide quòd not. Bart. in l. quo minus, ff. de flum.* Quid enim si tres habent molendinum communem, & duo, invito tertio, locant pro triginta cordibus, tertius vult pro parte sua, puta quindecim, quæritur quid juris? Et respondet *Bal. in lib. feud. rubr. si de investitura controv. fuerit, cap. 1. §. si quis de manso*, quòd tertius non cogitur consentire pretio convento per duos, sed æquo pretio: *ut l. per fundum, ff. de serv. rust. prædio*, & si nollet ipse locare, sed molere, posset pro parte sua istud facere, non tamen impediendo alios in locando partem eorum: *ut not. C. de Sacrosanct. Eccles. l. jubemus nulli, & ibi glos.* Sed pone quòd dominus habet quoddam territorium, in cujus principio est quoddam molendinum, quòd concedit mihi in feudum, & iste dominus in inferiori parte vult facere molendinum me invito: quæritur utrum possit, & videtur quòd sic possit, licèt teneatur mihi ad interesse, quia jure dominij facit, nec enim jure servitutis potest hoc facere, quia res sua nemini servit: *ad hoc facit l. 1. in fi. ff. de novi oper. nunc.* ista quæstio non est dubia si habens molendinum superius haberet ipsum jure proprio, quia jure præocupationis quæsito superiorem impedire non potest: *ut not. Bal. in d. §. si quis de manso.* Item, est notandum, quòd si duo habent molendina juxta flumen navigabile, & Princeps ad eorum molendina concessit aquam, quòd aqua potest dividi, ita tamen si sufficiat unicuique: *ar. ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo, & ff. de varijs, & extraord. cogn. l. de usu aquæ*, si autem aqua non sufficit nisi uni molendino, quòd prius constructum est tempore, potius est in jure: *ut not. Cy. C. de serv. l. manifestè*, nota quòd qui habet primum esse, habet primum frui, & in ductu aquarum non solum inspicimus initium aquæ, sed loca unde decurrit, & alveos, & meatus unde transit, & vetustissimum aquæ ductum, & meliorem cursum, & ejus qualitatem de usu aquæ vetustiori judicare debemus: *& adde quòd not. ff. de verb. obli. l. sub una, §. si quis viam, & not. Bal. in alleg. §. si quis de manso*, circa quòd nota, quòd aqua per seipsam defluens non potest inducere præscriptionem, nec consuetudinem. quia non est animata, & per rem inanimatam nihil nobis acquiritur: oportet ergo in præscriptione aliquem usum intervenisse, quo principiato sufficit aquam per seipsam fluere: *ut ff. quemadm. ser. amit. l. qui fundum.* In consuetudine sufficit quòd habuerit initium multis venientibus, nam postea perficitur solo temporis cursu: *ut ff. communia prædio, l. si venditor, §. si constat, & quòd not. Dy. ff. de verb. obl. l. cum servus*, & nota aquam publicam non posse fieri privatam: *ut C. de aquæ ductu, l. diligenti*, concludo ergo, quòd si Princeps concedit alicui privilegium construendi molendinum, intelligitur sine injuria alterius: *ut hæc not. Bal. in alleg. §. si quis de manso.* Si autem simul sit pluribus jus quæsitum, putà pluribus hæredibus, ille cui obvenit molendinum al-

licèt, quæ ætas est apta ad testandum in viro: *ut l. C. quando provo non est necesse*, *& qui testa. fa. pos. l. frater*, *& ff. de testa. l. qua ætate*, *& C. de testa. mili. l. fi. & institut. qui non est permi. fa. testa. §. præterea*, & hoc ideo, quia impubes caret animi judicio: ut ibi, & caret discretione: *ut l. cum prætor. §. non autem*, *ff. de judicijs*, & talis impubes, etiam cum auctoritate tutoris testari non valet, etiam ad pias causas, licèt sic doli capax: *ut all. l. fi. C. de testa. mili.* non enim valet auctoritas quæ in id tempus dirigitur, cum tutor non erit, id est, post mortem pupilli: nam demum post mortem incipit ultimæ voluntatis status: *ut not. ff. de hære. insti. l. illa institutio in gl.* nec etiam requiritur in adulto curatoris auctoritas ad testandum: *ut ff. de le. 2. l. cum pater*, *§. curatorem*, *& not. in l. Aurelius*, *§. 1. ff. de libe. causa.* Item nota, quòd impubes non propriè decedit intestatus, sed intestabilis: *ut not. gl. de jure deli. l. cum antiquioribus*, *& C. qui testa. face. pos. l. 2. not. Ci. in l. 1. C. quando impera. inter pu. & vi. & gui. in l. 1. in prin. ff. de leg. tuto.* Quid enim si pubes fuit dolo inductus ad testandum: *vide quòd not. Bal. in d. l. si frater.* Item an filiusfamilias potest de consensu patris testari, vel causa mortis donare: *vide doct. signantèr Bal. in l. Senium*, *C. qui testa. fa. poss.*

(*a*) En su memoria. Ut valet à verò judicio propter infirmitatem segregati: *ut dixi supra eo. tit. lib. l.* 1. Quis tenetur probare quem non esse compotem mentis: *vide glo. in c. fi.* 17. *q.* 1. Quis non potest testari: *vide plenè per Bal. in l. habeat*, *C. de Sacrosanct. Eccl.* ubi vide an is qui non potest testari, potest ad pias causas relinquere.

(*b*) O en su seso. Vel intellectu, & sic nota, quòd nomen sensus pro intellectu sumitur: *not. in l. 1. §. 1. ff. si quadru. pau. fe. di. & sic accipitur*, *ff. solu. matri. l. si cum dotem*, *§. si maritum*, quòd sic loquitur ista lex de his qui casu, vel imbecillitate carent sensu: *ut not. gl. in d. l. 1. §. 1. ff. si quadru. pau. fe. di.* vel quia est fatuus, vel stultus: nam fatuus dicitur à for faris, quia imperitiam suam ostendit fando quicquid latet in animo, vel respondendo ad interrogata: undè legitur Isaias 32. »stultus enim fatua loqui»tur, & cor ejus fatiet iniquitatem, vel »dicitur fatuus:« quia nec ipse fatur, nec quod alij dicunt intelligit, vel dicitur quasi insalsus, id est, sine sale, vel condimento discretionis secundum *Augu. & Archi. in c. legimus* 93. *dist. in prin.* Differt enim fatuus à stulto, quia stultus est qui statim ultionem expetit, nec deliberat: *ut not. Archi. in c. de Constantinopolitana* 22. *di.* si quis tamen fuerit fatuus, vel furiosus per dilucida intervalla potest sana mente durante, testamentum inchoare, & perficere: *ut in l. furiosum*, *C. qui testa. fa. pos.* & ex quibus indicijs præsumatur sanæ mentis fuisse tempore testamenti, vide ibi latè per Bal. testis autem inductus ad probandum, de privatione sensus, vel intellectus debet reddere rationem causæ: *ut not. C. de testi. l. testium in gl. & Bar. in l. multum*, *ff. de acqui. hære. & quòd not. in l. nec codicillos*, *C. de codicillis*, & quòd supra dixi intellige verum, si fuerit recuperata mens perfectissima: *ut not. Azo. in summa*, *C. de cura. furiosi. in fi.* & vide quod dixi circa hoc supra *li.* 1. *tit.* 11. *l.* 7. *& li.* 2. *tit.* 8. *l.* 9. *circa medium*, alias enim non valeret testamentum, ut hic: qualitèr probatur furor: *vide per Bar. & per Florianum in l. si servus*, *§. injuriam*, *ff. ad. l. Acqui. & not. insti. qui non est permis. fa. testa. §. furiosi.* Est tamen incidentèr notandum, quòd si consentio testatori leganti rem meam: talis consensus mandatum inducit: *ut l. 1. & 2. ff. manda.* cum aliàs testator præcisè relicturus non fuisset, nisi consensisset: ideo puta quòd hæres testatoris teneatur ad legatum: *ut l. si duobus*, *§. 1. delega. 1.* sed habebit actionem mandati contra consentientem, quam poterit petere legatario: *ut l. quidam cum filium de hær. insi. notat Bal. in all. l. cum quis decedens.*

(*c*) Siervos. *Ut institu. qui non est permis. fa. test. §. fi. & eo. tit. l. obsides*, *& ff. de lib. ho. exhi. l. 2. & inst. de jure perso. §. servi.*

(*d*) Juzgados a muerte. Est enim ratio, quia condemnatus ad mortem statim effi-

deban perder (*a*) lo que han, ò los que fueren Hereges, (*b*) ò homes de religion, (*c*) ò Clerigos, (*d*) de las cosas que tienen de sus Iglesias, que no fagan mandas, è si las ficieren, no valan.

---

efficitur infamis: *ut l. ejus, qui ff. de testa. & l. qui ultimo ff. de pœnis*, & quòd intelligo cum damnatus est præsens, & convictus: quia efficitur servus pœnæ supplicij, ut ibi nota itaque fit executio infallibilitèr: *ut not. in auct. sed hodie, C. de dona. inter vi. & uxo. & all. l. qui ultimo.* Sed si damnatur in mortem in absentia ex forma statuti non efficitur infamis antequam sit depræhensus, & in laqueum ejectus liber est: *ut not. Bal. plenè, & notabilitèr in l. 1. C. de hæredi. insti. & not. in cle. pastoralis de re judi.* & isto casu licèt non valet testamentum quoad municipales favores, quibus banniti gaudere non debent tanquam hostes suæ civitatis: *ut l. amissus, §. quæ deficiunt, ff. de capti.* valet tamen testamentum quoad jura civilia: *ut not. Bart. & Bald. in l. habeat, C. de Sacrosanct. Eccl. & Pe. de Ancha. in cle. 1. de pœn. & remis.* condemnatus enim pro contumacia non est infamis: *ut not. in l. 1. C. de modo multam*, nec ficta confessio vi statuti reddit quem intestabilem: *ut concludit Bal. in dicta l. 1. C. de hære. inst. & scripsi supra li. 2. tit. 3. l. 4.*

(*a*) Deban perder lo que han. Et sic nota quòd etiamsi præsens, & convictus condemnetur, dum tamen non perdat bona potest de jure isto testari, ut hic à contrario sensu, quòd est notandum, & alibi non vidi, & sic practicatur in hoc regno.

(*b*) Hereges. *Ut not. in c. excommunicamus, §. credentes extra de hæreticis, & in l. Manichæos, C. de hæreticis.* Nec etiam possunt hæredes institui, ut ibi. Nota etiam circa hoc quòd si hæreticus revertatur ad fidem, & Ecclesiæ sit reconciliatus, quòd testamentum in hæresi factum est nullum, quia licèt de æquitate cessante causa nullitatis, cessat nullitas: *ut ff. de hæred. instit. l. si is qui solvendo*, tamen ista ratio habet locum in nullitatibus consummandis, non in consummatis: *ut notabilitèr notat Bal. in l. si pater, C. de instit. & substi. ob. 12. quod not. ad multa.*

(*c*) De religion. *Ut in auct. de monachis, §. id quoque, & §. aliud coll. 1. quòd dic ut in autem de sanctissi. epist. §. si qua mulier, & 6. Part. tit. 1. l. 17.* & est ratio, quia monachus est mortuus mundo, licèt Deo vivit: *ut 17. q. 1. c. placuit*, secundò, & ingressu monasterij, se & sua dedicavit Deo: *18. q. fi. quia ingredientibus, & c. 2. extra de testa. & C. de Sacrosanct. Eccl. auct. ingressi 12. q. 1. c. nolo, & c. cum dicatis, & not.* incidentèr quòd si mortuus resuscitaretur ut Lazarus, etiam adita hæreditate per hæredes recuperat jura sua: *ut auct. de nup. not. Joa. An. in c. fraternitatis extra de frigi. & male. & not. ff. de legi. l. nam ad ea. de hoc vide plenius per Hen. in c. relatum eo. tit.*

(*d*) O Clerigos. Et sic nota quòd licèt Clericus sæcularis de rebus suis proprijs, vel intuitu personæ acquisitis, possit liberè testari, ut hic à contrario sensu: *& in c. quia jus. & in c. relatum 2. §. cæterum, extra eo. tit.* non tamen potest testari de rebus Ecclesiæ, nec de his quæ occasione Ecclesiæ acquisivit, ut hic, *& in c. requisisti, & all. c. quia nos eo. tit. & in c. unusquisque cum seq. extra de pecu. cleri.* præsumitur enim Clericum Ecclesiæ intuitu acquisivisse, nisi contrarium probetur: *12. q. 3. c. 1. & ff. de dona. inter vi. & uxo. l. Quintus Mucius.* Contra hanc tamen præsumptionem admittitur probatio in contrarium: *ut c. sint manifestè 12. q. 1. & q. 4. c. 1. et 2. de qua materia vide plenè per Domin. de Sanct. Gem. in c. præsenti de offi. ordi. l. 6. de hoc vide plenius per Hen. in c. relatum eo. tit.* Est ergo notandum, quòd quandoque quis prohibetur testari propter defectum suæ potestatis, ut servus, monachus, & obses, quandoque propter mentis defectum: ut impubes, furiosus, & mente captus, & prodigus, quandoque propter defectum sensualitatis, ut cæcus, surdus, mutus, & impubes, quandoque ratione pœnalitatis: ut condemnatus ad mortem, deportatus, & damnatus de crimine, quo efficitur intestabilis, vel de crimine de quo post mortem potest accusatio inchoari, quandoque

que

Ley VII. Como puede dar alguno à otro, poder para que faga por él su testamento.

SI alguno no quisiere, ò no pudiere ordenar por sí la manda que ficiere de sus cosas, è diere su poder à otri, que el que la (*a*) ordene, è dé, è la dé (*b*) en aquellos lugares onde él tuviere por bien, puedalo facer: è lo que él ordenáre, ò diere, vala, asi como si la ordenase aquel que dió el poder.

---

que ratione dubietatis: ut quia testans dubitat de statu suo: *ut l. de statu, ff. de testa. hos casus ponit glos. & Bar. in l. si quæramus, ff. de testa. & glos. insti. qui non est permis. fa. test.* §. *fi. & in summa qui testa. fa. non pos. per totum*, adde etiam quòd non valet testamentum usurarij manifesti, nisi in casu *c. quanquàm extra de usura*: reconvalescit tamen tale testamentum per subsequentem cautionem præstitam de restituendo usuras, quod dic: *ut not. Bald. in l. ulti. C. de bo. poss. contra tabu. concor. cum hac l.* 6. *Part. tit.* 1. *l.* 13. *cum duabus ll. sequentibus.*

(*a*) SI ALGUNO QUE LA ORDENE. Nota secundum Episcopum quòd ista lex sequitur canonistarum opinionem, *in c. cum tibi extra de testa.* ubi valet captatoria dispositio quoad libertatem, & quoad pias causas: *ut not. per gl. & Bar. in l.* 1. *ff. deleg.* 2. *& Bar. in l. captatorias, ff. de testa. mili.* & hoc ideo quia in talibus non succedit hæres ab intestato, nec falcidia deducitur: *ut l. si quis ad declinandam, C. de epis. & cle. Bald. tamen in all. l. captatorias reprobat dictum Bar.* ibi, dicendo, quòd aut datur potestas essentiæ, & non valet dispositio: ut si dico, committo Titio quòd faciat mihi testamentum ad pias causas, nam impossibile est, quòd voluntas Titij sit voluntas mea, sicut nec anima Titij est anima mea, aut datur potestas distributionis, aut electionis, & valet, & sic intelliguntur jura suprà allegata, & in hoc residet Bal. ubi supra. Et sic secundum eum lex ista restringitur ad commissionem distributoriam, vel declaratoriam: *ut ff. de re. du. l. utrum*, §. *cum quidam, & C. de epis. & cle. l. nulli.* Non tamen habet locum in voluntate dispositoria: nemo enim potest per alium testari, nec committere alij supræmum suum judicium componendum, sed distribuendum, vel declarandum sic: *ut ff. de hæredi. insti. l. illa institutio, & ff. de dote præle. l. Theopompus, & ideo in d. c. cum tibi*, & hic non videtur commissum an, sed cui, & qualitèr, quòd est notandum. Nota tamen circa hoc, quòd si committo voluntatem meam hæredi: *ut ff. de condi. insti. l. verba hæc.* Si vero committo alterius voluntati expræssè, non valet: ut si dico instituo hæredem quem Titius voluerit: *ut dicta l. illa institutio, &* 6. *Parti. tit.* 3. *l.* 11. tacitè autem hoc potest fieri, ut si dicatur instituo te hæredem si Titius ascenderit capitolium: *ff. de hæredi. insti. l. illæ autem institutiones, & l. si quis Sempronius*, & eodem modo distinguitur in legatis, *ff. dele.* 1. *l. captatorie*, fallit tamen hoc favore pauperum, quia pauperes etiam si incerti sint hæredes instituuntur: *ut in dictis ll. si quis ad declinandam, & in l. nulli licere, & not. glo. in c. si pater eo. tit. li.* 6. ex quibus dictis pondera hic hoc verbum: que la ordene: quòd reffertur ad solam ordinationem, distributionem, vel declarationem voluntatis, vel dispositionis testatoris: non tamen ad meram dispositionem rerum suarum, vel ad hæredis institutionem, ut suprà dixi. Quid enim facturus sapiens ad cujus ordinationem testamenti factio committitur, & quam potestatem habet, & an notarius debeat scribere omnia quæ sapiens ordinaverit: *vide notabilitèr Bal. in dicta l. captatorias.*

(*b*) E LA DE. Per ista verba committitur distributio, & executio: *de quo vide Host. in dicto c. cum tibi, & Spec. tit. de instr. edi.* §. *nunc verò per totum, facit ad hanc l. quòd not. Pileus medic. sua q.* 115. *quæ incipit: Domina Berta, & quòd not. suprà ead. l.* 1.

ADDICION.

Vey la Ley 4. *tit. de los Testamentos, lib.* 5. *de las*

Ley VIII. Quales personas no pueden ser cabezaleros de testamentos.

MAndamos, que ningun siervo, ni religioso, (*a*) ni muger, (*b*) ni home que no sea de edad, (*c*) ni loco, (*d*) ni Herege, ni Moro, ni Judio, ni mudo, ni sordo (*e*) por natura, ni home que sea dado por alevoso, ò por traydor, ni de que sea juzgado à muerte, ni home que sea echado de tierra, que no puedan ser cabezaleros (*f*) en ninguna manda.

---

las Ordenanzas Reales, que manda, que el que fuere Cabezalero sea obligado de publicar el Testamento ante el Alcalde de dentro de un mes, è si no lo ficiere, pierde todo lo que habia de haber por virtud del dicho titulo.

(*a*) MANDAMOS, NI RELIGIOSO. Est enim ratio, quia non potest esse executor testamenti, quia nemo Deo militans, &c. *extra ne Cler. vel Mon. c.* 1. *in fi.* in legatis tamen ad pios usus, & in forefactis emendandis, & generaliter in omnibus pro anima relictis possunt esse executores, tàm Religiosi Prælati, quàm alij Abbates, & habentes Prioratus, & administrationes, & in relictis miserabilium, & conjunctarum personarum, & non in alijs: *C. de Episc. & Cler. l. generaliter, quæ est* 16. *q.* 1. *& Spec. tit. de instr. edi.* §. *nunc verò, ver. quid de præpositis*: lex ergo ista loquitur de Religioso non habente administrationem, qui sine sui Superioris licentia petita etiam, & obtenta non potest etiam quoad pias causas illud officium suscipere: *ut c. fi. de test. lib.* 6. *& quòd not. in cap. pen. circa princ. extra de procu. in cle.*

(*b*) NI MUGER. Et hoc ideo, quia non habet personam standi in judicio: *ff. de procu. l. nec fœmina, C. de procur. l. aliena, ff. de reg. jur. lib.* 2. quicquid tamen cavetur de jure, de consuetudine autem quæ est optima legum interpres, tales personæ possunt executionis officium exercere: *ut not. Spec. in d.* §. *nunc verò, ver. quicquid autem, & not. glos. in alleg. c. fi. eod. tit. lib.* 6.

(*c*) QUE NO SEA DE EDAD. Scilicèt, vigintiquinque annorum: ratio est, quia indignum est quòd alterius fiat administrator qui suus defensor legitimus, & rerum propriarum moderator non est, vel esse nescit: *ut C. de leg. tut. l. fi. instit. de excus. tut.* §. *minores, extra de ætate, & qual. c. indecorum, & not. infrà eod. lib.* 3. *tit.* 8. *l.* 1. de consuetudine tamen servatur contrarium, & toleratur: *ut suprà dixi.*

(*d*) LOCO. Qui probatur ex verbis factis, vel indicijs: *ut scripsi suprà eod. tit. l.* 5. *cum ibi alleg. & suprà lib.* 1. *tit.* 11. *l.* 7.

(*e*) NI MUDO, NI SORDO. An hij possunt testari: *vide peregrin. testam.* 3. *q.* 5. *& quòd ibi scripsi, et vide Azo. in sum. C. de Sacrosanct. Eccles. auct. si qua mulier, et C. de Episc. et Cler. auct. licentia, et auct. Præsbyteros.* An autem mutus, vel surdus potest stipulari, vel contrahere: *vide notabiliter per Bar. in l.* 1. §. 1. *ff. de ver. obli.* quòd habet verum si sit mutus, vel surdus à natura, secus si accidentaliter propter aliquam infirmitatem: *not. latè Bal. in lib. feud. tit. Episc. vel Abbat. vel dominum plebis, c.* 1. §. *mutus.*

(*f*) CABEZALEROS. Tales enim non tenentur inventarium facere, nec rationem reddere: *ut in auct. de san. Episc.* §. *si quis, & not. Jo. An. in novella, in alleg. c. fi. extra de test. lib.* 6. *& de offic. & potestat. istorum executorum vide ad plenum Spec. in d.* §. *nunc verò.* Et circa materiam hujus legis nota, quòd executio testamenti, etiam quoad non relicta ad pias causas, expectat ad Episcopum, dum tamen Episcopus ex officio procedat per viam executionis, non tamen libello oblato per viam actionis ad petitionem partis, quia tunc agendum est coram forensi Judice hæredis: *hæc est conclusio Jo. An. in novella, in cap. Joan. de test. in fi. idem ibi Host.* & ratio secundum eum, quià pium est quicquid diffinit testator, & ejus voluntas dicitur pia, & sic pium est illam servari: *C. de Sacrosanct. Eccles. l.* 1. 13. *q.* 2. *c. ultim.* & merito, quia magna est pietas fideliter implere illius votum, qui

se

Ley IX. Como deben ser rogados los testigos en el testamento.

Quando alguno quisiere facer su manda, las testimonias que quisieren que sean en ella, fagalas rogar, ò las ruegue: ca si no fueren rogadas, (*a*) ò combidadas, no deben ser pesquisadas de la manda: è maguer en la manda alguna cosa sea mandada à alguno, no lo puedan desechar (*b*) del testimonio en las otras que à él no pertenescen; pero el heredero (*c*) no pueda ser testimonia en la manda de que es heredero.

---

se nec jurare, nec amplius loqui potest: *ut alleg. l.* 1. *& per alia jura, & rationes quæ Host. & Jo. An. not. in alleg. cap. Joan. in fi.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. *tit.* 1. *de la* 6. *Partida. Concuerda la Ley* 4. *del dicho tit. è la Ley* 7. *del dicho tit. en quanto esta Ley manda, que aquel à quien alguna cosa es dexada en el testamento, pueda ser testigo. Concuerda la Ley* 11. *de la* 6. *Partida, tit.* 1. *è vey la Ley* 9. *&* 10. *del dicho tit. que ponen quales no pueden ser testigos en el testamento.*

(*a*) Quando, rogadas. Non enim præsumitur testes fuisse rogatos, nisi hoc probetur, nisi ista sit extrinseca solemnitas: *ut asserit Ci. in l. hac consultissima, C. de testa. & Bar. in l. sciendum, ff. de ver. obli. & hanc partem tenet. Spec. tit. de testi.* §. 1. *ver. item quòd non fuit rogatus, cum seq. licèt alij contrarium teneant in dict. leg. hac consultissima, & hoc idem ibi tenet Bald.* est tamen notandum, quòd si in testamento dicatur talibus testibus adhibitis, & vocatis, licèt non dicatur rogatis, quòd sufficit, ex eo quòd per hæc verba non dicuntur fortuiti, vel transeuntes: *ut de testi. auct. rogati, & ff. de testa. l. hæredes palam, §. in testamentis*, idem si testis se subscripsit testatore præsente, præsumitur rogatus: *ut l. qui patitur, ff. manda. & C. de testa. l. Domitius.* Et nota quòd sufficit, quòd dicatur rogatus, licèt notarius non apponat à quo: *ut in l. stipul. ista, §. si quis ita, ff. de ver. obli. & hoc quòd suprà dixi tenet Bar. in d. l. sciendum, & idem tenet Bal. in d. l. hac consultissima*, quando testis passus est se adscribi per notarium, si autem sunt testes non subscripti, nec descripti, non præsumitur quòd sunt rogati: *ar. C. de usuris l.* 1. unum tamen videtur Bald. dicere, quòd si in testamento contineatur, præsentibus talibus testibus, &c. tunc quòd natura istorum verborum, &c. est ampliativa, vel roborativa, ex interpretatione hujus locutionis testes patet esse rogatos: *arg. ff. de lib. & posthum. l. Gallus*, §. 1. quòd est benè notandum.

(*b*) No le puedan desechar. *Ut in l. dictantibus, C. de testa.* & sic nota quòd licèt quoad legatum proprium non possit esse testis, potest tamen quoad cætera in testamento contenta: *ut hic, & insti. eo. §. legatarijs, & C. de testi. l. omnibus.* Et hoc intellige de legatario singulari, vel particulari, secus dico de fideicommissario universali, qui in effectu est hæres: *ut l. ex facto, ff. ad Trebellia. & l. si necesse, §. fi. ff. de bo. liber.*

(*c*) Pero el heredero. *Concordat lege qui testamento, ff. de test.* & est ratio, quare hæres non potest esse testis, nec ejus consanguinei usque ad quartum gradum: *ut* 6. *Parti. tit.* 1. *l.* 12. quia est ejus causa principalitèr, & necessario, quòd secus est in legatario, & fideicommissario singulari, quia ad eum non pertinet causa nisi per obliquum, & contingentèr: *ut not. Bal. in d. l. dictantibus, & all. l. part.* quòd facit ad quæstionem, quòd unus fidejussor potest esse testis pro alio confidejussore pro consequendo beneficio excusationis, quòd vide ibi per eum, & quæ dicatur res propria ibi notabilitèr per eumdem.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 213. *del estilo, que*

Ley X. Como ninguno puede mandar à estraños mas de la quinta parte de su facienda.

NIngun home que hubiere fijos, (*a*) ò nietos, (*b*) ò dende ayuso, que hayan de heredar, (*c*)

que dispone, que el padre puede mejorar à su hijo en el tercio de sus bienes, è señalarle la tal mejoria en una cosa señalada. Item, la Ley del estilo, que es 214. dice, declarando esta Ley, que primero se saque el quinto de los bienes, que el tercio: vey la Ley de la 7. Partida, tit. 1. que pone como el padre ha de ordenar el testamento entre sus fijos, y nietos: vey la Ley 17. del dicho tit. vey la Ley 21. de la 6. Partida, tit. 3.

(*a*) NINGUN HOME, FIJOS. Intellige secundum Episcopum jam natos, secus enim de posthumis in quibus aliud observatur: *ut infrà eo. li. 3. tit. de dona. l. 3. §. fi. & quod ibi not.*

(*b*) O NIETOS. Si enim nepotes non expræssisset, filiorum appellatione non continerentur ex natura, & propria locutione, nam illi verè & propriè dicuntur filij qui primò existunt in ordine nascentium ex me, & uxore mea. Nam si essent idem, quare haberent diversa vocabula: *ut C. de codicil. l. si idem.* Ex quadam tamen benigna interpretatione filij continetur nepos: *ut not. Bar. in l. liberorum, ff. de ver. sig.* fatetur tamen quòd beneficium filij porrigitur ad nepotem: *ut C. qui po. in pig. ha. l. assiduis, & not. in l. dabimus de privi. credi. licèt Ja. Butri.* teneat contrarium, quòd dic ut notat latissimè: *Bal. in l. maximum, C. de lib. præte. & not. gl. in c. 2. extra de ver. sig.* illud tamen est notandum, quòd ubicumque lex derogat juri alterius, nomine filij non continetur nepos, & nomine matris non continetur avia: *ut singularitèr not. Bal. in l. quicquid, C. de bonis mater in fi.* & licèt in casu favorabili liberorum appellatione omnes descendentes compræhenduntur, non tamen filiorum appellatione compræhenduntur naturales, non legitimi, nisi quoad parentum reverentiam: *ut not. glos. notabilis in c. unico extra de baptis. in clementina.*

(*b*) O NIETOS. Qui quidem patre non stante, proprio jure succedunt avo: *facit. l. si pater, ff. de inoffi. testa.* & nepos in tali casu venit hæres ex persona propria: *ar. C. de contra tabu. l. non tantum, §. si mancipatus, & de bonis liber. l. si ex patronis in fi. in l. hæreditas, C. de peti. hære. instit. & per l.* 12. tabularum succedit nepos loco patris sui in ipsa suitate: *per l. in suis, ff. de libe. & posthu.* de quo vide ad plenum *Bal. in l. si pater. op. vide, C. de instit. & subst.* appellatione ergo filij quoad successionem, & in favorabilibus compræhenditur nepos, ut ibi nota secus tamen in odiosis: *ut not. in c. ubicumque extra de pœnis, lib. 6. in c. statutum, de hæreticis eo. lib. & instituta qui dota. possunt, §. fi. & Bar. in l. Gallus, §. instituens, ff. de lib. & posthu. & not. ff. so. mat. l. si dotali, & Bart. in l. sed & milites, ff. de excu. tu.*

(*c*) QUE HAYAN DE HEREDAR. Ut sunt liberi qui legitima ad minus privari non possunt de jure: *ut in l. parentibus, C. de inoffi. test. & in auct. novissima eo. tit.* in qua legitima nulla potest apponi conditio, nec gravamen: *ut l. omnimodo cum l. seq. C. de inoffi. testa. & 6. Parti. tit. 4. l. 11. & tit. 1. l. 17.* Unum tamen nota quòd per legem municipalem potest auferri, vel minui legitima quæ debetur filio in bonis patris: *ut concludit Di. & Jo. An. in mercur. in c. indultum de reg. jur. li. 6. hoc tenet. Ci. notabilitèr in l. sancimus, C. de nup. Bal. tamen in l. 1. ff. de justi. & jure tenet,* quòd per statutum non potest legitima tolli, & est ratio secundum eum, quia legitima succedit loco alimentorum, & si de jure naturali, & si tollerentur, induceretur via ad necandum filium: *ut l. necare, ff. de liber. agnos.* dicit tamen, quòd hoc jus velut personale non transmittitur ad hæredes. Legitima autem matri debita, benè potest tolli, quia jure positivo debetur, *sed dic circa hoc ut infrà tit. 1. l. 1.* Et circa hoc nota quòd dictam legitimam non debet habere filius in proprietate tantum, sed in proprietate cum usufructu, & hanc opinionem tenent communitèr omnes Doctores: *& not. in all. auct. novissima, & in l. omnium, ff. de usufr. & probatur* ex-

no pueda (*a*) mandar, ni dar à su muerte mas de la quinta par-

---

expræssè in auct. de trie. et semis. §. *prohibemus*, *colla.* 3. *ut reffert Bar. in l. sticho*, *in fi. ff. de usufr. et habita.* An autem si sunt quinque filij, quorum unus est exhæredatus, utrum alij habebunt legitimam tanquam si essent quatuor, non computato exhæredato, an exhæredatus computabitur qui non facit partem: *not. Bar. in l.* 1. *de contra tab. ponit remissionem in l. planè*, §. *si conjunct. ff. dele.* 1. Item nota, quòd si princeps concessit mihi potestatem testandi diminuta legitima, quòd hoc privilegium filio meo non conceditur, nec in hoc servatur æqualitas: *ut vult tex. in l. fi. C. de fru. et lit. expen. ex eo quòd tale privilegium est personale, et decissivum non ob. l.* 1. *quòd quisque juris*, quia istud privilegium non est iniquum, quòd scilicèt legitima minuatur, quia licèt legitima fit de jure naturali loco alimentorum, tamen ejus meta non est de jure naturali, sed de jure arbitrario legislatoris: *ut ff. de legi. l. ne omnium*, *et not. hoc Bar. in all. l. fi. C. de fru. et litis expen.* Et hæc quæ dicta sunt habent locum in descendentibus, transversales autem non dicuntur præteriri, nec exhæredari, quia de necessitate non debent institui, unde in extraneis inepta est exhæredatio: *ut ff. de ver. obl. l.* quidam cum filium, quia ubi non est habitus non cadit privatio: *ut ff. de condi. et de l. Titio usufructus.* Et loquitur de his qui testamentum possunt dicere nullum ratione præteritionis, ut si sunt sui hæredes: *ut l. Gallus*, §. *in omnibus*, *ff. de lib. et posthu.* idem si prætereatur emancipatus sine causa, vel cum causa quæ non sit numerata in jure, exhæredetur, quia reddit testamentum nullum, sicut vera præteritio: *ut not. in auct. ex causa*, *et ibi plenè per Bal. C. de lib. præteri.*

(*a*) No PUEDA. Et nota, quòd licèt filius non possit gravari in legitima portione, modo, conditione, quantitate, vel usufructu: *ut c. Rayn. de test. & l. quoniam in prioribus*, *& l. sancimus*, *& auct. novissima*, potest tamen gravari substitutione quando providetur ei qui aliàs decederet intestatus, cum non possit facere testamentum: *C. de inoffic. test. l. ex tribus*, *& de impu. & alijs subst. l. humanitatis. Plus etiam dicit Gui. de Mon. Laud. in cle. Pastoral. de re jud.* quòd portio debita jure naturæ filijs, si aliàs pœnitus egeant, non potest propter delictum patris, quamvis gravissimum esset auferri, ex quo jure naturæ eis debetur: *ut alleg. c. Rayn.* Undè est argumentum quòd filij condemnationem patris, si furtivè, dolosè, seu per vim suam partem abscondant, vel asportent, non tenentur ad restitutionem principi faciendam, nam ex quo sibi jure retinere possunt ergo justè: *ut c. jus dict. aut. de verb. sign. secundum Gui. de Mon. Laud. in alleg. cle. Pastoralis.* Licèt ibi teneat contrarium *Gen. Henr. tamen tenet opin. Gui.* imò quòd plus est, si pater vendidit omnia bona sua, semper potest filius agere ad bonorum subsidium, nisi tali necessitate sit facta venditio, in qua nedum suam substantiam, sed etiam filium vendere potuisset: *C. de patri. qui fi. distraxe. l. ult. quòd intelligit Henr. & Ho. in alleg. c. Rayn.* quando venditio fuit, vel præsumitur fraudulenta: *ff. de his quæ in frau. cre. l. omnes*, §. *Lucius.* An successio debeatur filiæ de jure naturali: *vide c. jus naturale*, *& ibi glos.* 1. *dist.* Item, an legitima debetur instinctu naturæ: *not. plenè Jac. de Bel. in auct. de hæred. & falci.* §. 1. *coll.* 1. Item, an jus agnationis, vel jus sanguinis potest tolli, vel disrumpi: *vide l. jura sanguinis*, *ff. de regularis juris*, *& l. juris*, *& l. jus agnationis*, *& ibi ff. de pactis*, in quibus autem consistit jus primogenituræ, & an potest renunciari: *vide c. quam periculosum*, *& ibi glos.* 7. *q.* 1. *& vide infrà tit. proxim. l.* 12. *vide quòd not. suprà lib.* 1. *tit. de la guarda de los fijos del Rey*, *l. unica.* Adde ad hanc legem, quòd si avus in fraudem filiorum, vel nepotum vellet legare, seu leget uni nepoti, vel duobus cum sint plures hæredes, vivo eorum patre, ultra quintam bonorum, vel ultra tertiam meliorationis, hoc non potest, quia tale legatum capit vim à persona patris, & ejus respectu, & contemplatione est sibi relictum: *hoc tenet conclusivè Bar. in l. cum filio*, *de stipu. ser. l. pen.* ratio est, quia pater vivus habet à se, licèt per mediam personam filij, quòd

quòd est notandum.

O DENDE AYUSO. Quòd autem repræsentatio non extendatur ultra personam nepotum : *ut not. Jo. Fab. inst. de hæred. quæ ab intest. defe.* §. 2. *vers. nunquid filius*, ut superius allegatur, facit quia æqualitas in successionibus ab intestato debet servari, ut ille cui succeditur, succedentibus sibi possit succedere, & è contra : *C. de legi. hære. l. lege* 12. *tabu. not. Jo. de Bello. in auct. qui mo. na. effi. sui* §. 1. sed proavus non potest succedere pronepoti, stante ejus patre, seu avo, per jura vulgaria, ergo &c. Præterea lex non debet offendere naturam : *ut all. l. lege* 12. *tab.* sed cum ab intestato debeatur hæreditas de jure naturali filijs primi gradus, ergo non ulterioribus, major patet, quia hæreditas ascendentis debetur descendenti propinquiori, quem nemo antecedit: *ut l.* 1. §. *hæreditas*, *ff. de suis*, *et legi. hære.* & is est ultimus, quem nemo sequitur: *ut ibi* §. *se.* nam id quòd dicitur, quòd ulteriores cum filijs succedant, est de jure artificiali, sive positivo, non de jure naturali primævæ intentionis: *Facit l. sed si in conditione*, §. *nepotes*, *ff. de hær. insti. not. Bal. in all. l. lege* 12. *tab.* Item, statutum faciens mentionem de nepote, non intelligitur de pronepote, nisi sit casus favorabilis, & nemini noceat : *ut ff. de parricidijs*, *l. sciendum*, *reffert Bal. in l. si mater*, *C. de succe. edi.* nam quando lex derogat juri alterius, nomine filij non continetur nepos, & nomine matris non continetur avia : *ut l. quicquid*, *et ibi Bal. C. de bo. mater*, sed constat quòd si contineretur pronepos in lege, derogaretur juri filij, qui est in primo gradu, & debet gaudere prioritate, & prærogativa gradus, & est positus ut suus in prærogativa successionis, & per consequens privilegiatus: *ut l. si quis cum similibus*, §. *fi. de vul. substi. et l. Gallus in prin. de lib. et posthu. not. Bal. in. l. antequam*, *C. communia de succes.* & quia pronepos est tertij gradus : *ut ff. de gradi. l.* 1. ergo præfertur filius. Præterea appellatio filij non porrigitur ad nepotes: *ut l. libertorum*, §. *nepotes*, *ff. de ver. sig. et ff. de testa. tu. l. quid si nepotes.* Sed appositio nepotis ponitur ut respondens distincta, & separata à filio, qui est in primo gradu: *ut l. jurisconsultus*, *ff. de gradi. et l. si filium ad Macedo. ergo &c.* Item, quando testator instituit filium certum, & nominatum, appellatio filij ad ulteriorem non porrigitur : *not. Bar. in l. libertorum de ver. sig. q.* 1. *et not. quòd in l. si quis ita*, *in prin. de testa. tu. et melius in alle. l. Gallus*, §. *instituens*, *& sic intelligitur l. justa*, *et l. filij de ver. sig.* Ex quo sequitur, quòd appellatione filij pronepos non includitur, ergo nec venit ad hæreditatem proavi ab intestato, cum lege regni solum de filijs, & nepotibus loquatur : *ut* 3. *Parti. tit.* 13. *l.* 3. maximè quia si filius in successionibus præferatur lege, extenditur ad nepotes dumtaxat, non ex propria significatione, sed ex interprætatione extensiva : *ut alle. l. justa*, *& not. Bar. in d. l. libertorum.* Præterea, donec superest aliqua persona ex primò gradu, seu secundò in recta linea ad succedendum, quæ possit venire per jus accrescendi, nunquam patet tertiò gradui locus: *ut l. nemini usus in fi. C. de legi. hære. & ibi Bal.* Ex quo sequitur, quòd licèt repræsentatio extendatur ad nepotem, non tamen ad pronepotem qui est in tertiò gradu, quia non servaretur prioritas, nec gradus prærogativa in successionibus : *ut suprà.* Pro contraria parte facit textus expræssus *insti. de hære. quæ ab intest. defe.* §. *cum filius*: ibi, pari ratione, & si nepos, neptisque sit ex filio, & ex nepote, pronepos, pro neptisve simul vocantur, quia in parentis sui locum succedunt : *ut* §. *fi.* nam omnes liberi appellantur, licèt post trinepotem impropriè : *ut alleg. l. jurisconsultus*, *ff. de grad. & dict. l. libertorum*, succedunt enim agnati, & cognati in infinitum, quia non attenditur in quo gradu quis sit, dum modo de attinentia fiat fides: *ut not. Host. in summa*, *tit. de succes. ab intest.* §. *sed nunquid per hoc corrigitur*, *&* §. *viso.* Item, videtur *text. in l. in successione*, *C. de suis*, *& leg. hæred.* ibi succedunt nepotes, & ulteriores æqualiter, &c. *not. Bar. in l.* 1. §. *sed si quis*, *ff. de suis*, *& leg. hæred.* potest esse ratio, quia sicut nepos succedit in locum patris sui, & incipit tenere ex persona patris sui primum gradum, licèt in veritate sit in secundò gradu, eadem ratione pronepos sumit privilegium patris sui, licèt ex persona sui non competat. Nam eo casu quo appellatione filij continetur nepos, eo casu appellatione nepotis continetur pronepos : *ut concludit Bar. in alleg. l. liber-*

to-

te (*a*) de sus bienes; pero si quisiere mejorar à al-

torum, 10. *col.* & *in alleg. l. Gallus*, §. *instituens*: & est alia ratio, quia licèt non veniat pronepos jure suitatis, venit tamen jure agnitionis, quia de liberis, & descendit in pronepotem qualitas proavi, cum sit ejus propago: *not. in l. si aviæ*, *C. de succ. edic.* Non obstat *opin. Jo. Fab. ubi suprà*, *quia ipse Fab. in fi. dict. tit. inst. de hæred. quæ ab intest. defe.* tenet, quòd quando agitur de hæreditate patrui non extenditur repræsentatio post fratrum filios: *ut in auct. cessante*, & *autent. post fratres*, *C. de leg. hæred.* & *in hoc casu loquitur* §. *illius auct. de hæred. quæ ab intest.* & *Spec. ubi suprà.* Nec obstat prærogativa, nec prioritas gradus: *quia d. l. Partitæ hoc solvit*, *ibi dum dicitur*: *è no empece al nieto*, &c. *et vide quæ scripsi* §. *l. suprà proxim. et suprà tit. proxim. l.* 9.

(*a*) De la quinta parte. Quæ ante omnia debet à bonis separari: *ut lib. declarationum*, *l.* 214. Nota, quòd ista lex est liberis nimis favorabilis, hoc ideo, quia de jure pater poterit relinquere filijs legitimam, quæ est si sunt quatuor, & infrà tertiam bonorum, si autem sunt quinque, & ultra, medietas bonorum quæ eis deferebatur ab intestato: *ut in alleg. auct. novissima*, *et in auct. de triente*, *et semisse*, §. *hoc nos*, *coll.* 6. *et* 6. *Part. tit.* 1. *l.* 17. in qua legitima veniunt omnia quæ perfecta sunt ab eo cujus fuit hæreditas, & computantur in ipsa: *ut C. de inoffic. test. l. quoniam novella*, & *l. si quando*, §. & *generaliter*, & *de coll. l. pen.* & *in allegat. l. Part.* hodie autem per hanc legem non possunt filij gravari nisi in quinta tantum omnium bonorum defuncti, & si testator plus relinquat, filij possunt ad supplementum agere, nec valet quòd in plus relinquit per verbum: no pueda: hic contentum, quòd inducit necessitatem: *ut not. per glos.* & *Di. in c. benefitium*, *de reg. jur. lib.* 6. & *not. in l. illud*, *C. de coll.* an pater potest gravare filium in legitima debita jure naturæ, modo, vel conditione, seu substitutione: *vide Henr. in c. Rayn. extra de test.* 7. *dist.* Quid si legetur alicui aliquas re ad vitam, & post vitam redeat ad hæredes qualiter computabitur quinta pars bonorum? & credo quòd debeat fieri æstimatio illius usus tantum in quo consistit illa donatio: *ut not. in alleg. l. in ædibus*, *ff. de donat. ar. eorum quæ not. Bar. in l.* 1. §. 1. *ff. de commod.* & *Bar. super rubr. de commod.* Item, quid si est diversa lex, vel consuetudo in diversis Provincijs, ubi sunt bona morientis circa istas successiones, & meliorationes: *vide in tit. de las Herencias*, *l.* 1. Item nota, quòd si quinta, vel alia quota pars bonorum defuncti alicui legetur, non habet necesse legatarius in omnibus rebus vendicare portionem, sed quam hæres ei dederit, vel Judex æstimaverit: *ut est text. in l. potest*, *ff. de leg.* 1. Item est notandum, quòd filius, cui aliquid est relictum, agit ad supplementum, non autem venit per quærellam, vel contra tabulas, si autem nil est ei relictum, tunc ibi non cadit actio ad supplementum, ideo exhæredatus habet quærellam, præteritus contra tabulas: *ut est text. in l. omnimodo*, *C. de inoffic. test.* Item nota, quòd retentis terminis juris communis succedit aliud dubium. Quid si testator relinquat quinque filios hæredes, quorum omnium legitima est semis de jure communi, & de jure Partitarum: pone ergo quòd quatuor repudiat, nunquid legitima unius erit semis, vel triens, nam certum est, quòd qui non admittitur ad partem, non facit partem, sed ista quæstio quærit an ampliet partem per jus accrescendi: *istam q. movet Di. in l. planè*, §. *si conjuncti*, *ff. de leg.* 1. & tenet, quòd jus totius numeri obtineat unus per jus accrescendi, quòd verum est in casu repudiationis, secus si vivo testatore aliquis fuisset mortuus naturaliter, & hoc est certum, vel spiritualiter, ut fratrer minor, vel per damnationem, ut deportatus, nam isti non computantur in numero liberorum, qui attenditur tempore mortis parentis, si verò post mortem parentis contigisset accresceret, sicut per repudiationem, quòd est notatu dignum, licèt Bart. aliter dixerit, scilicèt, quòd inter fratres in legitima non habeat locum jus accrescendi, quia sunt conjuncti conjunctione legali, & non in universo, sed in aliquo, sed malè dicit, quia legitima habet commo-

guno (*a*) de los fijos, ò de los nie- tos, puedalos mejorar en la ter-

moda juris accrescendi: *ut in auct. ut cum de app. cog.* §. *cæterum*, *coll.* 8. dum tamen portio sit caduca in tutum, secus si non sit caduca, sed modificata, ut in filia quæ debet stare contenta dote, nam si minus legitima habeat alij non accrescit, quia dimittitur ad partem, licèt cum quædam diminutione legis municipalis, & ista sunt aurea verba subtilia: *ut reffert Bald. in l.* 1. *C. de cadu. tol.* §. 1. *in princip.* 3. *coll.* Item, quid si legetur ususfructus, vel alimenta annua, qualiter computatur, seu æstimatur ista quinta: *vide optimum text. qui non est alibi in l. hæreditatum*, *ff. ad l. Falc.* Item, qualiter debeant appreciari, sivè æstimari aliæ res mobiles, vel immobiles: *vide Florian. in l. si servum*, *ff. ad l. Acqui. & Bar. in l. pretia*, *ff. ad l. Falc.* Item nota, quòd statutum disponens de legitima illam augmentando ut hic, extenditur ad omnia jura de legitima loquentia, nam ista lex recipit interpretationem extensivam passivè: *ar. in l.* 1. §. *Falcidia*, *ff. ad l. Falc.* nam si jus municipale inducit aliquod munus personale, vel reale, omnia jura loquentia munere personali, vel reali simpliciter locum habebunt in eo: *ut l.* 1. *ff. de mune. & ho.* similiter si statutum confirmat, vel validat testamentum, quòd de jure communi erat invalidum lex Falcidia, Trebellianica, & omnes leges testamentariæ in tali testamento habebunt locum: *ut in alleg. l.* 1. §. *Falc. ff. ad l. Acquil. not. Bar. in l. omnes populi ff. de just. et jur.* 3. *q.* idem si statutum prohibet testari minorem viginti annis intelligitur etiam prohibitus codicillari ex extensione legis: *ut not. Bar. in l.* 2. *ff. deleg.* 1. *not. Jo. Cald. in suis consilijs*, *tit. de const. cons.* 12. Ex his nota, quòd cum legitima filiorum sit hodie augmentata per hanc legem, quòd si testator legat ad pias causas medietatem bonorum suorum, non venit dispensanda in totum illa dimidia, sed debet primò excipi, & distrahi legitima, quæ est tota hæreditas excepta quinta cum ista lex recipiat interpretationem extensivam, etiam passivè, ut ita dixerim, & sic debetur medietas dumtaxat quintæ, & non omnium bonorum per jura suprà allegata: *ita concludit Jo. Cald. in dictis suis consilijs*, *tit. de const. consilio* 15. Item, *quærit Bal. in alleg. l. maximum vitium*, *C. de liber. præte. quid si. l.* municipali cavetur quòd pater teneatur filijs relinquere quintam partem bonorum suorum? Item, posteriori statuto cavetur, quòd testamentum in quo non relinquitur filijs integra legitima, sit ipso jure nullum, an dicta quinta dicatur integra legitima, an verò intelligatur secundum jus commune, & videtur quòd secundum jus commune, quia verba statuti debent intelligi propriè, sed non dicitur legitima propriè nisi secundum jus commune: *ut l.* 2. *et* 3. *de peti. hæred. ergo &c. contrarium tamen concludit Bal. ubi suprà*, quia statutum potuit reducere legitimam ad quintam: *ut C. de nupt. l. sancimus*, *per Ci. undè in illo municipio in tali casu non viget jus commune.* Item, quia posterius statutum trahitur ad prius: *ff. de leg. l. sed et posteriores*, *& ita de facto ipse Bal. consuluit*, nec putat esse necesse quòd relinquatur jure institutionis, nam istud statutum habet se ad jus commune derogativè, ideo non recipit interpretationem à jure communi, sed simpliciter debet intelligi ut jacet, quia verbis statuti nihil addere, vel detrahere debemus: *C. de just. codi. co. l.* 1. §. *repetita*, *et c. Rayn. de tes.* ubi sufficit statutariam portionem relinquere quoque relicti titulo.

(*a*) Mejorar a alguno. Idem intelligo si plures velit meliorare quòd potest: *ut not. Bar. in l. unum ex fam. ff. deleg.* 2. intellige etiam sivè dicat testator quòd dat meliorando secundum Episcopum hic. An autem ista melioratio sit institutio, vel prælegatum: videtur quòd sit institutio *per not. per Bal. in l. quotiens*, *C. de hæred. inst. & per auct. novissima*, *C. de inoffic. test.* ex quo verbum relinquo adjicitur quotæ secus si adjiciatur certæ rei: *ut in auct. ut cum de app. cog.* §. *illud quoque*, & confirmatur hoc *Bald.* quia verbum relinquo, est generale ad omnem titulum: *ut l. generali*, *C. de Sacrosanct. Eccles.* igitur simpliciter prolatum debet intelligi in spem illius tituli, in qua magis ser-

cia (*a*) parte de sus bienes, sin la quinta sobredicha, que puedan

servatur intentio defuncti, ut res potius valeat quam pereat: *ar. in l. quotiens, ff. de rebus du. & per alias rationes per Bal. ibid. allegat. tamen Ja. de Aret. Pet. & Ja. de Rav. & Bartholom. de Salic. in alleg. auct. novissima, & in alleg. l. quotiens, C. de hæred. inst. & ibi Salic. q.* 10. *tenent quòd sit necesse, tit. institutionis relinquit etiam legitimam alleg. erit prælegatum per text. alleg. in auct. ut cum de app. cog. §. illud quoque*, nam genus prolatum ex quo certæ speciei expræssio est necessaria, nunquam reffertur nisi ad illam speciem quam depræhendit in materia rudi verborum: *ut concludit Salic. ubi suprà.* Et ego idem teneo defendendo dictæ legis practicam rationibus *alleg. per Salic. in alleg. auct. novissima per sequentia.* Primò, quia si jus condens voluerat jure institutionis dictam meliorationem facere, id expræsserat, nec inertes nos dimiserat: *ut l. qui ita, ff. de dote præle.* Secundò, quia non aliter, à significatione verborum recedi oportet quam cum manifestum est aliud sensisse testatorem: *ut l. non aliter, ff. deleg.* 3. & dicta significatione verborum, scilicèt, magis usitata: *ut l. Labeo, ff. de suppel. legat.* nam regionis consuetudo est servanda: *ut ff. de fundo instruc. l. cum delanionis, §. asinam, in fi. et not. glos. in d. l. non aliter*, & licèt verbum habeat plures significationes, recurritur ad consuetudinem: *not. in l. ambiguo, & ibi glos. ff. de rebus dubijs.* Tertiò, quia verba ista legati sunt directa, nec aliquod ministerium debent directè interprætari, valeant jure prælegati secundum naturam contractus, etiamsi simpliciter sint prolata: *ut not. Bal. in auct. ingressi, C. de Sacrosanct. Eccles.* & trahuntur ad id quòd potest valere ut ibi. Quartò, quia ista lex est situata *in tit. deleg. & non in tit. de las herencias*, & per jurisprudentiam vocabula fuerunt distincta: *ideo per se habemus tit. de hæred. inst. & per se tit. deleg.* nam ab ordine rubricarum valet: *ar. not. ff. de test. mi. l. si quis sub conditione, not. Abb. de Cecil. super rubr. de jur. c. & super rubr. ne sede vacant. & cum ista l. sit situata in tit. deleg.* videtur de prælegato intelligenda, & non institutione. Quintò, quia quota bonorum non facit quem hæredem, nisi ad exclusionem quærellæ tantum: *ut l. non amplius, §. fi. ff. deleg.* 1. *& l. si quis servum, §. fi. deleg.* 2. Item, si vera esset opinio contraria sequæretur absurdum: ponamus quòd testator duos dimisserat filios, relinquens unum eorum in tertia bonorum melioravit, iste melioratus jure institutionis tertiam tantum haberet, alter duas partes caperet hæreditatis, & sic plus consequæretur quem testator minus habere voluit, & is quem minus diligit, & cui minorem affectionem ostendit, quam filius fortè obediens patri, quem plus diligit, quia plus alteri relinquit: *ut in simili not. Salic. in alleg. l. quotiens*, & talis non esset melioratio, sed potius deterioratio, seu diminutio: *& ar. ab absurdo valet de jur. ut not. Abb. in c. solitæ, de major. & obed.* idem quando sequitur aliqua inhumanitas: *ut l. furti, §. pacta, ff. de his qui not. infa.* debet enim dispositio intelligi ut nulla sequatur inhumanitas, nullaque absurditas, & pro illis evitandis restringenda est omnis dispositio generalis: *ut not. Abb. in alleg. c. solitæ*, ubi concludit, quòd disponentis mentem colligimus ex qualitate personarum. Sextò, communiter post legata in testamentis fit hæredum institutio, & cum iste legatarius est universaliter institutus cum alijs cohæredibus in cæteris bonis testatoris, voluntas ejus manifestissimè refragatur melioratum legatarium in quota bonorum, & non institutum: *ut vult Salic. in d. l. quotiens, quòd etiam probatur per not. per Salic. in l. quoniam indignum, C. de te.* ubi tenet notabiliter, quòd si hic verbum relinquo adjicitur certæ speciei, seu quantitati non trahitur ad titulum institutionis: *ut l. cogi, §. & generaliter, ff. ad Trebel. & in alleg. §. aliud quoque, vide glos. in l. his verbis, ff. de hæred. instit.* & sic communiter observatur, & valet argumento à communiter accidentibus: *ut not. Abb. de Cecil. in c.* 1. *de Cler. non resid. & glos. & Ci. in l. neque natales, C. de probat. de hoc vide Ja. de Bel. in auct. de hæred. & Falc. §. hinc nobis, coll.* 1.

(*a*) En la tercia. Quòd potest facere etiam in una de re bonis suis: *ut lib.* 1. *declarationum, l.* 233.

dar por su alma, (*a*) ò en otra parte do quisiere, è no à ellos. (*b*)

(*a*) POR SU ALMA. Valet enim ista lex quæ restringit potestatem testatoris, ut non possit legare pro anima ultra quantitatem hic expræssam, & causa movens probatur jure divino, & canonico, scilicèt existentia liberorum quibus adeo est magis hæreditas relinquenda quam alijs: *ut Aug. probat* 17. *q.* 4. *c. fi. & not. in l. si quis ad declinandam, C. de Episc. & Cler.* hæc enim bona jure civili regulantur quo sublato nemo potest dicere hoc est meum: 8. *dist.* quo jure potest ergo statutum restringere potestatem dominorum disponendi de suis rebus, nec mirum, quia potest ex causa dominium augere, & auferre: *not. Innoc. in cap. quæ in Ecclesiarum, de const. & quòd not. in l.* 1. *ff. de const. princ. & qui potestati resistit, &c.* 11. *q.* 4. *qui resistit, & jure canonico invenitur legem custodiri,* 10. *dist. per totum, & de novi oper. nunc. c.* 1. ex quibus infert Fred. de senis in quadam sua disputatione, quòd quicquid vult lex humana condita ab eo qui habet potestatem condere, hæc lex manifestam, non continens iniquitatem, obliget ne dum in foro judiciali, sed etiam in foro animæ, & quia istud statutum non continet manifestam iniquitatem, sed tendit ad provisionem filiorum, qui sunt in talibus bonis præferendi: *ut in juribus suprà alleg. ergo, &c. hæc approbat Gaspar de Cal. in suis consilijs, consil.* 20. *tit. de const.* licèt aliqui teneant contrarium, dicendo, quòd potestas relinquendi pro anima debet esse libera: *ut C. de Sacrosanct. Eccles. l.* 1. & quòd sicut civitas non potest statuere in præjudicium culminis imperialis: *ar. in l.* 1. *ff. de nov. oper. nunc.* sic nec Rex, seu Princeps in præjudicium eorum quæ concernunt pietatem, nam illa haberent locum non stantibus liberis, quibus magis debentur bona parentum, quam alijs: *per l. nam, & si parentibus, ff. de inoffic. test.* Quid si testator ultra summam quintæ pro anima sua testetur, an possit? *Pet. de An. ut reffert Jo. Cal. in suis consilijs, tit. const. consil.* 20. tenet, quòd non posset, nam causa movens hoc statutum, seu legem probatur jure divino, & canonico, scilicèt, existentia liberorum, istis enim magis quam Deo est parentum hæreditas relinquenda, nam qui contrarium vult, alium quærat quam Augustinum: *ut* 17. *q.*4. *c.fi. & not. C.de Episc. & Cler. l. si quis ad declinandam,* hæc enim quota jure civili regulatur, quo sublato, nemo potest dicere hoc est meum: 8. *dist.* quo jure potest ergo statutum restringere potestatem dominorum disponendi de suis rebus, ne mirum, quia potest ex causa dominium auferre: *ut not. Innoc. in c. quæ in Ecclesiarum, de const. & quòd not. in l.* 1. *ff. de constit. princ.* & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit: 11. *q.* 3. *qui resistit, ex quibus infert Fred. de se.* in quadam sua disputatione, quòd quicquid vult lex humana condita ab eo qui habet potestatem condendi legem, dum tamen non contineat iniquitatem, obliget, ne dum in foro judiciali, sed etiam in foro conscientiæ, & cum istud statutum seu lex non contineat iniquitatem, imò tendit ad provisionem filiorum qui sunt in talibus bonis cæteris præferendi: *ut d. c. fi.* 17. *q.* 4. *ergo &c.* In contrarium videtur, quòd potestas relinquendi pro anima est libera, undè restringi non potest: *ut l.* 1. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Item, relicta pro anima videtur esse relicta ad pias causas secundum jus canonicum, non secundum jus civile: *de test. cum omnes, & c. relatum.* Item, per legem seu statutum non potest arctari acquisitio rerum privatarum fienda Ecclesijs, & alijs pijs locis, quia potestatem liberam quam Imperator habebat dedit Catholicis ad relinquendum Ecclesijs: *ut alleg. l.* 1. maximè quia hoc concernit salutem animarum quæ bonis temporalibus est præferenda. *C. de Sacrosanct. Eccl. l.sancimus,* sicut civitas non potest statuere in præjudicium culminis imperialis: *ar. ff. de not. ope. nu. l.* 1. quæ autem pietatem, seu animam concernunt legi debent lege Dei: *de rest. spo. cap. litteras* 11. *q.*4. *cap. Julianus not. hoc Pet. de Ancha. ut reffert Joan. Cal. in suis consilijs, tit. de const. consilio* 20. *licèt* hoc non placet *Gaspari de Cal. ut ibi.*

(*b*) E NO A ELLOS. Et sic nota, quòd licèt fratres cohæredes possunt gravari

Ley XI. Quales personas no pueden haber manda que les sea fecha.

DEfendemos que ninguno no pueda mandar de sus cosas à ningun Herege, (*a*) ni à home (*b*) de religion, despues que ficiere promision, fuera si lo mandáre à su Orden, ò à su Monas-

ri in tertiam bonorum quæ eis deferebantur ab intestato, dum tamen illa tertia detur fratri suo, & non alij, ut hic, non tamen possunt in quinta nec amplius gravari inter seipsos, licèt illa quinta extraneis, vel pro anima possit relinqui, alij tamen dicunt, quòd ista verba non excludunt filios à perceptione hujus quintæ, sed secundum mentem condentis idem est dicere quòd testator potest pro anima, vel alibi quinta dare, licèt non filijs, si ipse testator nolit, & hic intellectus practicatur in causa celaria, nulla tamen injuria fit per testatorem alijs filijs si non extraneis, sed uni filio, vel pluribus quintam relinquat, sed causa dubitationis tollendæ hoc fuit appositum, an scilicèt, quintam, vel ejus supplementum possit extraneis, licèt non filijs relinquere, & respondetur quòd sic, & ea quæ dubitationis tollendæ causa ponuntur jus commune non lædunt: *ut l. qui mutuam, in princ. ff. man. cum concord. glos.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 17. tit. 8. de la 6. Partida, la qual declara à quién ha de venir la hacienda quando alguno en su Testamento mandase su hacienda à Moro, ò à Judio, ò Herege. Concuerda la Ley 7. de la 6. Partida, titulo 7.

(*a*) DEFENDEMOS, HEREGE. Qui capere non potest ex alicujus ultima voluntate: *ut l. fi. C. de hæred.* nec ex testamento, vel ab intestato: *ut in c. si quis Episcop. & ibi glos. & Doct. extra de hæred.*

(*b*) NI A HOME DE RELIGION. De fratribus minoribus non est dubium, quòd jure institutionis non potest ei relinqui hæreditas: *ut in clem. exhib. de paradiso, & ibi Bar. in minoricis, & Petr. de Ancha. q.* 1. & in hoc casu succedunt defuncto venientes ab intestato: *ut ff. de his qui pro non scrip. haben. l. si in metallum, & C. de hæred. inst. l.* 1. *& de cadu. tol. l. unica, §.* 1. *in princ.* nec etiam jure institutionis causa adjecta, ut in eorum necessitatibus convertatur, quia non sunt capaces hujus relicti: *ut in d. cle. & hoc tenet Bal. in auct. ingressi, C. de Sacrosanct. Eccl. licèt Bar. in d. cle.* teneat contrarium, nec etiam Monasterium fratrum Minorum potest institui hæres, sicut nec ipsi fratres universali: *secund. Bal. ubi suprà licèt Bart.* in dictis Minoricis teneat contrarium: qui concor. cum hac lege ubi dum dicitur: à su Monasterio: quæ loquitur generaliter de quocumque Monasterio, in relictis autem singularibus, si pecunia relinquatur eis, valet legatum, expendi tamen debet in eorum necessitatibus, ut eleemosynam: *ut Nicolaus Papa tenet in cap. exit. §. cæterum, & §. ad hoc,* dum tamen fuerit quantitas moderata, non excessiva: *ut cle. exhib. §. cupientes.* Si autem reliquantur eis immobilia: *vide quòd not. per Pet. de Ancha. & Bar. & Bal. in d. cle. in 2. q. principali.* Ab intestato autem nec ipsi fratres Minores, nec ordo possunt succedere, nec tertiam jure naturæ debitam petere, cum successionum hujusmodi nullatenus sunt capaces: *ut dicti Doctores not. in d. cle. exhib. §. cupientes.* De fratribus autem prædicatoribus cum profitentur regulam Beati Augustini canonicorum regularium non sunt incapaces: *ut not. in cap. sanè, de regula per Jo. An.* Sed hodie habent privilegium succedendi, & acquirunt Monasterio, & idem de alijs quibuscumque monachis, & religiosis, dum tamen non sint mendicantes, adquirunt Monasterio, & loco eorum succedit Monasterium: *ut C. de Episc. & Cle. l. Deo nobis in auct. de Sanct. Episc. §. nullam, & Archi.* 16. *q.* 1. *c. monachi, & per Doc. signanter per Hen. in c. in præsentia, extra de proba. 2. di. in fi.* & circa hoc nota quòd non valet lex, vel statutum quo disponitur, quòd pater filiæ ingressæ in Monasterium non possit relinquere nisi certam summam, quia tale statutum est religioni contrarium: *ut alle. l.*

l. Deo nobis, *& not. Bald. in l.* 2. *C. ut in poss. lega.* Item nota, quòd potest esse ratio quare monachus professus non potest parentibus succedere ab intestato, nec ex testamento, quia pauperes sua paupertate sordescunt: *C. ad l. Julia. ma. l. quisquis.* Ex personis enim talium non conservatur dignitas agnatis, nec ex eis proles speratur. Item, est alia ratio, quia successio solet esse reciproca, ut quemadmodum quis succedit, ita ei succedatur: *ff. de inoffi. test. l. nam & si parentibus*, quæ reciprocatio non potest dari in terminis hujus legis nam monacho non potest succedi, non est ergo æquum quòd ipse succedat. Contra textum tamen istum determinatur de jure, quòd monachus etiam professus, dum tamen non sit mendicans succedat sicut laycus, quia jura sanguinis dispositione juris non mutantur: *ff. de pac. l. jura sanguinis de re. ju. l. jura sanguinis.* Monachus enim statum non mutat, sed in melius commutat, nec per ascensionem ad dignitatem amittitur civitas, nec agnatio, vel aliud juris impedimentum obstare potest: *ff. de sena. l. pen. ff. ad munici. l. filij.* In materia namque successionum dispositio juris est indifferens inter Clericos, & Laycos, & Religiosos, qui possunt habere proprium in communi: *C. de Episc. & Cler. l. Deo nobis*: magna enim est ratio quæ pro religione facit, quæ nunquam in ambiguis legum dispositionibus solet omitti: *ff. de rel. & sumpt. fu. l. sunt personæ*, *in fi.* & quia non minus sunt meriti, & favorabiles, & reipublicæ utiles, & Deo servientes quam sæculo: *ff. de just. & jure*, *l.* 1. §. *jus publicum.* Et in favorabilibus dispositionibus non minus censendum est cui dignitati, & generi acquiritur per divitias, & per propagationem prolis, quia ista ratio est quædam suasio quæ legem non limitat: *ut l. si cum exceptione*, §. *post agnum*, *ad fi. & ibi glo. ff. quòd metus causa.* Et in materia successionum non invenitur jus commune hoc modo limitatum: *ff. de lib. & posth. l.* quòd dicitur propter has, & alias notabiles rationes probant Doct. Monachum non mendicantem posse succedere parentibus, & alijs: *ut reffert Lapus eleganter sua alle. c.* 1. *potest ergo intelligi text. istius l. in mendicantib.* Et circa hanc legem est notandum, quòd si statutum disponat, quòd Monachus non succedat stantibus alijs filijs, vel quòd monialis non succedat stantibus masculis, si tempore statuti erat jam ingressa Monasterium, tunc non valet, quia disponit in tempus quo filia non erat subdita jurisdictioni statuentis, sed si statutum dicat, quòd filia ingrediens religionem non succedat, tunc valet, quia excludit filiam antequam sit exempta à jurisdictione statuentis, nec tale statutum dicitur contra libertatem Ecclesiæ: *est conclusio Bal. in l. Deo nobis*, *C. de Episc. & Cler. circa fi.* Faciunt ista ad quæstionem per me disputatam. Quidam Sacerdos in Dei Ecclesia beneficiatus, sanctitatis proposito abjecto, quandam in Sacerdotio spuriam genuit filiam, quæ pubes facta, se Deo consecrans ordinem almi Confessoris Christi B. S. Francisci est professa, quæ post multos annos à Christi inimico seducta; honestatis habenis laxatis, & Monachali modestia, sexusque verecundia impudenter abjectis, in Dei gravamen offensam religionis, opprobrium, & scandalum plurimorum claustrum exhibit, factaque irregularitatis apostata, sacrilega, contagionem in arbitrium conscientiæ propriæ desperatione producta, de illicitis complexibus nephandos filios procreavit, tandem pater suus in extremis positus eulogium ordinans, inter alia filiam ut prædicitur, monialem hæredem universalem instituit, quæ hæreditati paternæ se immiscens, bonorum detentionem adipiscendo turpiter in sæculo vivit, post modum verò testatoris hæredes ab intestato bona illa in judicio Ecclesiastico petunt contra monialem hæredem universalem jam dictam, petitione hæreditatis agendo, quæ inter alia excipiendo de patris institutione objicit. Item, dicit ei non obest spuriositas, seu illegitimitas, quia à domino rege dicit ex certa scientia legitimationem habuisse. Nunc quæritur. Primò, an prænominatus Clericus jure institutionis potuit filiæ suæ spuriæ bona sua relinquere. Secundò, an dicta monialis habitum minorum professa, sit capax hæreditatis paternæ titulo universali. Tertiò, an licèt ipsa monacha per se non sit capax, illa hæreditas acquiratur Monasterio, vel ab intestato venientibus. Quartò, an regis legitimatio prosit dictæ moniali ad succedendum universaliter in bonis paternis. Et omissis argumentis, oppositionibus, & quæstionibus bre-

brevitatis causa sub correctione videntium, an, scilicèt, Clericus administrationem habens, vel non, possit testari ad præsens non tango: *remitto tamen ad notata in cap. si quis, de pecul. cle. & latè, & notabilitèr per Domin. de Sanct. Gemin. in cap. præsenti, de offic. ordi. lib.* 6. Posito tamen quòd is Clericus testari possit, dico ad primum, quòd filia istius Sacerdotis hæres per patrem institui non potuit. Primò, ea ratione, quia spurius ex testamento, vel ab intestato patri succedere non potest: *ut ex text. in auct. qui mo. nat. effi. sui*, §. *fi. coll.* 7. *& neque uxor. coll.* 1. *& in auct. qui mo. nat. effi. leg.* §. *pen. coll:* 6. eo enim quòd talem spurium pater honestè demonstrare, seu nominare non valent, quia tanquam nepharius ex damnato coitu natus non est nominandus, alendus, nec ad successionem vocandus: *ut in jur. suprà alleg. & C. nat. lib. auct. licèt patr. in fi.* quod autem filius Sacerdotis sit spurius, & de damnato coitu natus: *not. glos. in cap. nisi cum pridem, de renunc. & cap. consuluit, de servis non ord. direct.* ergo nec per obliquum non potuit ei pater relinquere: *facit, C. de incestis nup. l. si quis incest. & de natu. lib. l.* 1. *& ff. de prob. l. qui testamentum.* Non enim potest habere hæreditatis consortium, qui non habet originis privilegium: talis namque filia non est matrimonij testis, sed adulterij, & talis spuria filia pudor, non honor est patris. Nam adulterorum filij abominabiles sunt Deo, in nullo ergo patri succedunt: *ut in cap. dicat aliquis* 32. *q.* 4. omnis ergo paternæ substantiæ beneficio est indigna: *ut auct. ex complex. C. de incestis, & inutil. nup.* in talibus itaque Clericis quibus castitatis observatio præcipuum debitum est nominare spurios, satis injuriosum satisque acerbum, & nostris temporibus indignum esse videtur: *ar. auct. si qua illustris, C. ad Orfic. ubi glos. & Bald.* ponunt circa hoc ineffabilem conclusionem, scilicèt, quòd ubicumque parentes possunt accusari de adulterio, stupro, vel incestu, tales spurij tanquam nefarii non possunt patri succedere: *ut in alleg. auct. qui mo. nat. effi. sui*, §. *fi. coll.* 7. cum autem Sacerdos propter peccatum fornicationis quantumcumque simplicis accusari possit, quòd patet, quia talis est suspensus ipso jure: *ut not. glos. in cap. cum non liceat, de præscrip.* & violat votum tacitum, vel expræssum, quòd per receptionem sacri ordinis solemnizavit: *ut not. Ab. & Joan. An. in cap. quia circa, de biga.* & probatur manifestè: *per cap. unicum, de vot. lib.* 6. Item, committit sacrilegium: *ut not. Arch. in cap. eos* 32. *dist. & est text.* 28. *dist. cap. de his, ibi*: ut sacrilegij rei, &c. Imò talis simplex fornicatio est majus peccatum in Sacerdote quam homicidium: *ut notabilitèr fundat quidam Doctor famosis. Joan. Gundis. in quadam sua repetitione, quam fecit super cap. fi. de big.* per aliquas evidentes rationes, & jura, quæ causa brevitatis omitto: *& dixi aliquid, suprà eod. lib.* 3. *super rubrica despons.* potest etiam talis fornicarius Sacerdos accusari, ut interdicatur ei officium, & à dignitatis gradu excludatur: *ut cap. eos, & cap. erubescant*, 32. *dist.* & à dicendis, vel legendis horis expellatur, & ab Ecclesia partem non suscipiat, nec ejus Missa audiatur: *ut cap. præter hoc ead. dist.* potest etiam excommunicari: *ut cap. Clericos, de cohab. Cler. & mu.* & à beneficio perpetuo removeri: *ut cap. si ad extirpand. eod. tit.* & ab officio, & beneficio perpetuo spoliari: *eod. tit. cap. si autem.* Quòd autem de hoc possit Clericus accusari est expræssum: *in cap. tua nos, eod. tit.* fortificatur hoc per ordinationem Regis Joan. I. Soriæ pet. 10. quæ hoc disponit. Item, committit adulterium, nam pejores sunt adulteris qui continentiæ propositum violant: *ut cap.* 1. *& cap. proposito* 27. *q.* 1. proles namque ex tali polutione nata non solum hæreditatem nunquam accipiet, sed etiam in servitute ejusdem Ecclesiæ, de cujus Sacerdotis, vel Ministri ignominia natus est jure peremni manebit: *ut est expræssum in cap. cum multe*, 15. *q. fi.* sequitur ergo ex regula jam dicta, quòd cum iste Sacerdos de tali coitu potest accusari, quòd ejus filia spuria ex testamento, vel ab intestato patri succedere non potest, & sic videtur primum dubium, licèt leviter decissum. Ad secundum dico, quòd cum jam dicta monacha, seu religiosa egressa est de terra sua, seu de cognatione sua, & ut sic quæ vocatur religiosa quasi à sæculo segregata, vel sola cum dicitur monacha: *ut cap.*

cap. si cupis 16. *q.* 1. & sic mortua mundo, licèt Deo vivat: *ut cap. placuit* 2. *ead. causa, & q.* non potest proprium habere, nec ad eam bona transeunt, quia ad hoc capax non est: *fac. ff. de vers. ob. l. multum, ff. deleg.* 1. *l.apud Julian. in fi. cum l.seq. C. de hæred. inst. l.* 1. *not. Spec. tit. de sta. mo.* §. 1. *ver. quæritur, quid si quis ingreditur, &c. quòd est expræssum in alleg. cle. exhib. de paradiso.* Quæ disponit, quòd hujusmodi minorum fratres istarum successionum nullatenus sunt capaces, facit quòd *not. Bart. super dict. cle. exhibi. lib.* 1. in minoricis dicens, quòd quando hæreditas relinquitur fratribus minoribus jure institutionis, simpliciter talis institutio est nulla, & pœnitus pro non scripta: *quia text. d. cle. dicit*, quòd illius institutionis nullatenus sunt capaces: *idem tenet ibi Pet. de Ancha. & addit etiam plus contra Bart.* quòd etiamsi in tali institutione sit causa adjecta, scilicèt, quòd illa bona in fratrum necessitatibus convertantur, non valet institutio: ratio hujus est, quia jus universale consistit in quodam intellectuali, quòd postquam est traditum non potest evelli: *ff. de minor. l. sed si sine*, §. *sed & quòd Papinianus.* Undè non potest istud jus intellectuale converti in aliquem materialem usum, nam licèt hæres totam hæreditatem vendat, vel dissipet, semper remanet hæres: *ff. de peti. hæredi. l. sed & si lege*, §. *an autem, & ad Trebel. l. Imperator. ff. de vulg. & pupil. subst. l. ex facto*, §. 1. Unde fratres minores non possunt hoc jus retinere, nec aliud intellectuale in aliquod materiale convertere, merito non sunt capaces, conclude ergo quòd talis institutio est pro non scripta: *C. de cad. tol. l.* 1. *in prin.* singularia tamen relicta per modum licitum ad eorum usum relicta valent: *ut in d.cle. exhib.* §. *porrò, hoc idem concludit Bald. contra Bart. in auct. ingressi, C. de Sacrosanct. Eccles.* Ex quibus dictis secundum dubium videtur determinatum. Circa tertium dubium an, scilicèt, talè universale relictum acquiratur Monasterio: *& licèt Bar. in dictis suis minoricijs, l.* 1. *q. fi.* teneat, quòd quæratur Monasterio per aliquas rationes per eum allegatas: *pro qua opin. facit, cap. si qua mulier.* 19. *q. fi. & alleg. auct. ingressi, & l. Deo nobis, C. de Episc. & Cler. & auct. de Sanct. Episc.* §. *nulla, & quòd not. Doct. in alleg. cap. in præsentia de prob. Bald. tamen in d. auct. ingressi, & Pet. ubi suprà tenent contrarium evidentissimis rationibus.* Primò inquit, quòd in successionibus non solum transit usus rei, sed etiam dominium suo tempore in hæredem, quòd fratres prædicti sibi, sivè eorum ordini etiam in communi acquirere non possunt: *ut dicta cle. exhib.* §. *cupientes, &* §. *dubitaverunt.* Item, quia mors civilis quoad abdicationem bonorum habet eundem effectum sicut mors naturalis, & ejus juris est: *ut alleg. l. Deo nobis, in princ. & l. ex ea part.* §. *insulam, ff. de verb. obl.* Item, quia cum debet acquiri Monasterio mediante organo, & organum sit inhabile, acquisitio impeditur: *ff. de acqui. posses. l.* 1. §. *cæterum, & de act. & obl. l. quæcumque gerimus, & not. in cle. religiosus, de procurato.* Item, *quia Joan. Papa* 22. *in extravaganti*, quæ incipit ad conditorem renuntiavit acquisitioni dominij per dictos fratres fiendæ, ergo eodem modo per Ecclesiam, cum inter fratres, & Ecclesiam sit conjunctio inseparabilis: ad hoc facit hoc: *quòd not. in cap. cum ex eo, de elec. lib.* 6. *in novella.* Item, in persona vera non valet institutio in ipsis fratribus, ergo multo minus valet in persona ficta: *ut l. filio qui patri, de libe. & posth.* qui enim capere non potest, nec adire, ex sua persona transmittere non potest: *facit, C. de cad. tollen. l. unica*, §. *in novissimo*, nec judicio testatoris, nec legis: *ut not. in l. si fratris, C. de jure de lib. & in l. si infanti, eod.tit.* Si enim Monasterium succederet, esset aperta via fratribus de nomine ad nomen: *in auct. de nup.* §. *optimè, & C. quòd metus causa, l.* si per impræssionem, sed omnis fraus est prohibita: *ut l.* 1. *& fi. ff. ne quid in frau. patro. & l. cum hi.* §. *si tamen lis, ff. de transac.* ergo quòd non valet directio circa ipsos fratres minores, nec valet per consequentiam circa ipsam Ecclesiam, & cum quid una via prohibetur ad id alia non debet admitti: *ut c. cum quid, de reg. jur. lib.* 6. *cum suis concord. ad auct. si qua mulier*, & ad alia jura in contrarium allegata respondetur, quòd loquuntur, in alijs ordinibus, & regulis, non autem in regula fratrum minorum: *per alleg. cle. exhib.* vel loquuntur de bonis

nis quæ acquiruntur Monasterio in ingressu religionis, non tamen de his quæ postea non possunt per dictos fratres minores acquiri sibi, nec alijs, & in quibus, quia mortui succedere non valent: *ut suprà dictum est, nec obstat glos. cle.* 1. *de reli. do. & cle. cum ex eo, de sent. ex.* quæ inferunt, quòd licèt Ecclesia fratrum minorum non sit capax, cum ipsi fratres non possunt habere propria etiam in communi *per alleg. clem. exhib.* quia est primus ordo quem Beatus Franciscus instituit, ordo tamen sororum S. Claræ cum fuit ordo Beati Francisci, potest communi proprium habere, & ideo quòd ille ordo est capax hæreditatis suæ moniali debitæ, quia licèt sit capax ordo, non tamen monacha per cujus organum debuit hæreditas pervenire per jura suprà allegata, vel potest dici, quòd licèt non noceat mutatio status ad succedendum: *ut ff. undè lib. l. fi.* hoc habet verum si fiat mutatio status postquam est quæsitum jus successionis: *ut ibi*, secus si fieret mutatio status ante jus quæsitum successionis, quia tunc si fieret mutatio in statum deteriorem noceret: *ut in casu isto, ff. de contra tab. l.*3. §. *si emancipatus filius, & not. Doct. in allegat. l. Deo nobis*, vel potest dici, quòd obstaret dicta ratio si fortè spuritas sua eam non excluderet per jura in principio allegata, sed cum à principio dicta monialis fuit pœnitus inhabilis, & incapax propter originis vitium, per Monasterij ingressum, inhabilitas illa quoad succedendum non purgatur: *facit quòd not. glos. & Doct. in alleg. l. Deo nobis, & text. & glos. in c. tanta, qui fi. sunt leg.* quòd enim ab initio non tenuit, tractu temporis convalescere non potuit: *ut ibi, &* 16. *q.* 3. §. *potest, & in c. placet, de conver. conjug.* Ad quartum dubium est dicendum, quòd jam dictæ moniali domini Regis non prodest legitimatio, quascumque vires, & non obstantias contineat: primò ea ratione, quia Rex nullam habet potestatem ad hoc, nec circa personas, scilicèt, Sacerdotis legitimationem filiæ petentis; nec monialis quæ petitur legitimari, nec circa eorum bona, non ergo potuit in tali casu Princeps sæcularis se intromittere: *facit c.* 2. *de privil. & quòd not. Spec. tit. de dispensationibus*, §. *postrem. vers. sed illud quæritur.* Hoc enim solum ad Papam pertinet, cum dictæ personæ, & eorum bona ejus jurisdictioni sunt subjecta: *ut not. in cap. per venerabilem, qui fi. sunt leg.* Secundò ea ratione, quia talis legitimatio esset contra substantiam Monachatus, scilicèt, quòd proprium haberet monialis, quòd esset signum ejus perditionis, cum abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeò est annexa regulæ Monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex possit indulgere licentiam: *ut c. cum ad Monasterium, in fi. de statu Mon.* cum autem per talem legitimationem votum paupertatis omnino tolleretur, & circa hoc Papa non potest dispensare, à fortiori nec Rex: maximè quia dictæ personæ, ut ita dixerim, non sunt ejus jurisdictioni subjectæ: *facit quòd not. glos. in cap. insinuante, qui Cler. vel vov. & in c. solet, cum seq.* 32. *q.* 2. imò occasionem dicta præbuit legitimatio, ut post adeptas patris divitias monialis claustrum, ut fecit exiret, & vitam turpem adulterando, & apostatando elegisset, quòd fuit contra conscientiam concedentis immiscendo se rei quæ ad ipsum non pertinebat: *ut c. non est, de re. jur. lib.* 6. nulla ergo, & pro non concessa habetur talis legitimatio contra substantiam Monachatus indulta per jura suprà allegata, ideo est prohibita cum non potuit fieri sine decoloratione status religionis: *ut not. Spec. tit. de disp.* §. *genera autem, vers. prohibita, cum jur. ibi alleg.* Tertiò, quia in dicta legitimatione tacuit impetrans qualitatem spuriositatis, quæ taciturnitas vitiat legitimationem: *ut not. Bal. in l. Paul. ff. de sta. ho. allegat dictum Jo. An. in c. fi. de filijs Præsbyt.* ex quibus infertur, quòd ipsa hæreditas pertinebit ad ipsas conjunctas personas si sint, & adeant hæreditatem, vel advenientes ab intestato: *ut ff. de his qui pro non scri. ha. l. si in metallum, & C. de hær. inst. l.* 1. *& de cadu. tol. l. unic.* §. *in primò, facit ad hoc C. de bon. damn. auct. bona damnatorum, hæc est conclusio Bal. & Pet. ubi suprà.* An autem apostasia, vel nefandus coitus possit eam ab hæreditate repellere, hoc ad præsens non tango, licèt ista apostata religionis suæ legem transgressa est, & eam violet: 3. *q.* 4. beati cujus peccati enormitas immittitur ex pœna Ananiæ: 16. *q.* 1. Ananias talis namque omnibus infamibus præponitur: 3. *q.* 1. *infames*, 2. *q.* 7. *alieni*, 3. *q.* 4. *si quis vovere.* Itaque Deo castitatem,

terio: ni à alevoso, (*a*) ni traydor, (*b*) ni à quien vé matar à su señor, è captivar, ò ferir, è no lo quiso acorrer, asi como pudiera: ni fijo que hiciese en adulterio, (*c*) ni en parien--

tem, & religionem, & retrocedere damnabile est: 17. *q.* 1. *qui bona*: est enim apostata ista alijs peccatoribus pejor: 43. *dist. quantumlibet*, 16. *q.* 1. *quidam*: ideoque est excommunicanda, & incarceranda: *de apost. c. à nobis, & 41. dist. c. cum beatus perdidit etiam bona quæ ad religionem portavit*, 17. *q. ult.* §. *fi.* Item, ex eo quòd virginitatem pollicitam prævaricata est, & in adulterij voragine est producta, gravissimis pœnis cohærcetur: *de quibus* 17. *q.* 1. *per totum.*

(*a*) Ni alevoso. Differentia autem est inter alevosum, & proditorem secundum Forum Hispaniæ ponit: *l. Part.* 7. *Part. tit.* 2. *l.* 1.

(*b*) A traydor. Vide quòd scripsi circa proditionem, *suprà eod. for. lib.* 1. *tit.* 2. *l.* 1. *& l. Part. ubi suprà*, & hoc maximè si proditor est miles, qui ipso facto nomen militiæ amittit, & non habet testamenti factionem: *ut ff. de obs. l.* 1. *in fi. & Bal. in l. & militibus, C. de test. mil.* sicut dicimus de tabellione, qui falso condemnatus nomen tabellionis amittit, & non potest conficere instrumenta: *ut ibi not. Bal.*

(*c*) En adulterio. Nota, quòd licèt natus ex nefario coitu non potest à patre institui: *ut hic*, *& in l.* 2. *C. de hæred. inst.* ab alio tamen poterit hæres institui, & effectualiter capere: *ut not. glos. in auct. qui mo. na. effic. sui*, §. *fi.* & nota, quòd sicut non potest filius adulterinus hæres patris institui, sic nec nepos ex eo: *ut not. Ci. & Bal. in l. maximum, de lib. præte. vel exhæred.* Item, nec Clericus potest concubinam hæredem instituere, nec ei relinquere: *ut not. Bar. in l. miles, de re jud. & in l. affectionis, ff. de don. & in l. mulier. ff. de his qui ut indi.* & est expræssum in ordinatione Regis Joan. I. in Soria, pet. 10. Unum tamen non omitto, quòd licèt nepos filij spurij patris contemplatione non possit per avum hæres institui, & sic intelligitur quòd suprà dixi, propter merita tamen potest institui, hæres per avum: *ut in l. sed si plures, ff. de vul. & pu. subst.* §. *in arrogato, & in l.* 1. *C. de nat. libe. & notabiliter Pet. de Ancha. in cap. religioso, de proc. & in clem. & hoc Sal. in l. fi. de nat. lib.* An si aliquid relinquatur incapaci, deferatur fisco, vel hæredibus: *vide Bar. in l. si ei qui, C. de bo. vacan. lib.* 10. *& vide Bal. in l. si quis Præsbyter. C. de Episc. & Cler.* Item, quid si conjugata fingit se prægnatam à proprio viro, & est ab alio prægnans, & vir suum esse credit filium, & per consequens de bonis suis aliter disponere non cogitat, sed huic, ut verò filio, omnia relinquere: *ut l. si quis ad declinandam, C. de Episc. & Cler. & uxor*, de hoc conscientiam sibi facit, & non audet revelare secretum: *Jo. An. hanc q. examinat in c. offic. de pœn. & rem.* ubi remedium primum traditur, ut mulier inducat istum filium ad intrandum religionem mendicantium, non in alia religione, quia non esset sibi provisum cum succedat: 19. *q. fi. c. fi. in fi.* & si potest sine periculo, tenetur dicto suo filio secretum revelare, si verò eum non potest ad religionem inducere, nec ei audet revelare, tenetur facere eleemosynam, quia si non potest sine ejus periculo revelare, melius est tacere: *ut plenius per Ancha. & per Jo. An. ubi suprà*, de hoc melius *per Ancha. in c. peccat. non dimittit. de re. jur. lib.* 6. *col.* 18. Et nota, quòd hic loquitur de hæreditate patris, filius tamen Clerici in sacris constitutus, si mater ejus erat soluta, succedit matri ab intestato, & si sit præteritus poterit dicere testamentum nullum, nam jure est cautum, quòd omnes filij succedunt matri non illustri, nisi sint nati ex coitu, damnato, & punibili à lege: *ut est glos. in auct. ex complexu, C. de incestis nupt. & in auct. si quam illustris, C. ad Orphic. & utrobique Doct.* si tamen mulier Clerici concubina erat conjugata, vel Clerici consanguinea, cum talis potest accusari, & puniri, non succedit ei filius: *not. Bar. in l. fi. ff. de his qui ut ind. & Bal. in d. auct. si qua illustris, & sic intelligitur text. in auct. qui mo. na. effic. sui*, §. *fi. not. Jo.* de Platea, *inst. ad Orphic.* §. *novissimo, idem Ant.*

in

ta, (a) ni muger de otri.

Ley XII. Como los cabezaleros deben pagar las mandas.

SI el home que ficiere manda, hobiere herederos fuera de la tierra, los cabezaleros que dexará, paguen la manda, asi como la mandó el muerto: è si los here-

---

in c. per venerabilem, qui fi. sunt le. & in c. nisi cum pridem, de renunc. & 6. Part. tit. 18. *l.* 16. quæ solum excludit à successione matris filium natum ex conjugata, vel religiosa, si ex cognata usque ad quartum gradum: & sic intelligitur ordinatio de Soria, &c. Et circa hanc legem nota, quòd spurio potest relinqui pro alimentis: *ut not. in c. cum haberet, de eo qui du. in ma. quam po. per adult. & not. Bal. in l.* 1. *C. de Sacros. Eccles.* Non tamen potest pater relinquere pro alimentis omnia bona sua, seu majorem partem, quia hoc esset in fraudem legis: *ut not. idem Bal. in l. id quòd pauperibus, & Jo. de Platea in l.* 1. *de delatoribus, & Ang. in l. aureorum, C. de jur. annu. aur.* Est ergo prima cautela, ut spurio possit legari, scilicèt, pro alimentis: *ut not. Bar. in l. si gen. de his qui ut ind.* nec hoc est speciale in spurio, imò est generale in quocumque incapaci: *ut not. in l. cui annua, & in l. serv. de ali. le. & in l. si metallum, ff. de his quæ pro non script. ha.* sed hoc fallit in fratribus minoribus: *not. Bal. in auct. ingressi, C. de Sacrosanct. Eccles.* Item, est & alia cautela, scilicèt, quòd testator relinquat Titio omnia bona sua, vel alia bona, ut det cui voluerit, & in hoc casu non est tacitum fideicommissum: *ut l. non intelligitur, §. si quis palam, ff. de jure fisci*, ac iste dabit tertiò, & ille dabit spurio: *ut not. Bar. in alleg. l. si gener.* Adde tertiam cautelam ratione societatis, nam si spurius habet officium, relinquendo socio habebit spurius, licèt incapax: *ar. l. si is qui duos, ff. de lib. le. & quòd ibi not. Bart. & quòd not. in l. qui testat. ff. de prob. & vide Bar. in l. si fraudatorum, §. si à socio, ff. de his quæ in fraud. cre. & in l. si quis in hoc, C. de Episc. & Cler.* Aliam cautelam ponit Joan. de Platea, *in alleg. l.* 1. *de delator. lib.* 10. Scilicèt, quòd spurius instituitur sub conditione, si legitimetur, vel cum licebit ei capere: *l. libertas, la.* 3. *ff. de ma. test.* & interim faciat se dari tutorem bonis, *per l. si quis instituatur, in princ. ff. de hæred. inst. &c.*

En adulterio. Optimè hoc dicit, quia de jure concubinæ ex qua naturalem filium quis potest procreare, licitè donatur: *ut ff. deleg.* 1. *si concubinam, ad hoc ff. de don. inter vir. & uxor. l. hæc oratio*, §. 1. Non obstat quòd coitus sit damnatus, quia illud locum haberet, si pro coitu extorquendo quis donaret, vel legaret, sed potuit donator alia pietate moveri, ut fortè illa nuberet, vel ne malam vitam consequæretur: ad hoc quòd *not. in l. miles, ff. de re jud. hoc tenet Ant. de But. in suis quæstionibus, q.* 17. quæ incipit: An valeant legata: *est q.* 16.

(a) Ni en parienta. Nota singulariter conclusionem, quam suprà in quæstione dixi: *& not. glos. & Bal. in auct. si qua illustris, C. ad Ophic.* quòd ubicumque parentes possunt accusari de adulterio, stupro, vel incestu, tales spurij tanquam nefarij non possunt aliquo modo succedere patri, nec matri: *ut in auct. qui mo. nat. effic. sui, §. fi. coll.* 7. *& de talibus loquitur ista l.* Si autem mater per vim fuit stuprata, cum tunc cesset accusatio de stupro contra eam, filius ei succedet: *ut inst. de succes. cog. §. vulgo.* Nam quæ vim passa est, non notatur infamia: *ut l.* 1. *§. remov. ff. de postul. & Bal. in dicta l. si qua illustris.* Gratia cujus est notandum, quòd filij spurij appellantur tripliciter. Uno modo, qui habent patrem incertum, ut filij meretricis, qui indifferentèr se supponit: *ut notat Bal. in alleg. l. si qua illustris*, & talis dicitur vulgo quæsitus. Secundò modo, qui patrem habet certum, sed talem, qui secundum honestatem demonstrari non licèt, utpotè filius Sacerdotis, vel Monachi: *ut ff. de sta. ho. l. vulgo*: non enim videtur esse qui non est habilis, &c. *ut dixi suprà ead. l. in q.* Tertiò modo, dicitur spurius qui natus est ex servo, & libera: *ut C. de suis, & le. hæred. l. ex libero*, & dic, quòd hi omnes patri succedere non possunt. Primò casu non, quia est incertus, & patris adoptionem sequi non potest: *ff. de sta.*

sta. ho. l. cum legitimè. Secundò casu non, quia pro incerto habetur fictione juris, & fictio juris ubi est pro veritate servatur: *ff. de test. l. lex Cornelia, inst. qui mo. jus pa. po. sol.* §. *si ab hostibus.* Tertiò casu non, quia cum sit filius servi, non potest ei succedere, cum servus hæredes non habet nisi in casibus: *C. cum munia, de succes. l. servus*, cum ipse careat bonis: *ut ff. de verb. sign. l. paterfam.* Hi tamen matri possunt succedere, si non est illustris, soli, vel unà cum alijs: *ut inst. ad sen. cons. Orphic.* §. *novissimè*, & etiam aviæ maternæ: *ff. undè cog. l. Modestinus.* Sed si mater est illustris, non succederent cum legitimis: *C. ad Orphic. l. pen.* & est ratio, quia mater semper est certa: *ff. de in jus vo. l. & quia incestuosi verò*, de quibus not. *in l. si adult. cum incest. ff. de adult. & nefarij*, qui dicuntur nati ex linea ascendenti: *inst. de nup.* §. *ergo*: nec non & adulteri, qui de adulterio nascuntur, de quibus tribus loquitur ista lex, qui quando vocantur damnati, & quando spurij: *ut instit. de nupt.* §. *si adversus*: jure verò canonico vocantur manzeres noti, & spurij: *ut extra de renunc. c. nisi cum pridem, & qui fi. sui le. cap. per venerabilem*: repelluntur omnes à successione paterna, & materna, & non solum isti, sed & omnes qui nascuntur ex nuptijs prohibitis in aliquo: *decis.* 6. modis notatis *inst. de nupt.* §. *sunt, & aliæ.* Nam cum isti damnantur à lege non possunt succedere, etiamsi parentes velint, nec etiam sunt alendi: *ut in auct. qui mo. na. effi. le.* §. *fi. de quibus vide notata per gl. & Jo. Fa. instit. ad senatus consul. Orphic.* §. *novissimè.* Hi enim repelluntur ab honoribus: *ff. de tutelis, l. generaliter*, §. *spurios.* Nisi in subsidium, ut ibi dicitur, vel ibi imperator eos legitimaverit dicens: *non obstat auct. qui mo. na. &c.* Item, ab ordinibus, & dignitatibus repelluntur: *ut extra de elect. cap. cum in cunctis, & de filijs Præsbyt. cap.* 1. *& cap. fi.* nisi in ordinibus fuerit per Papam, vel per Episcopum dispensatum, vel fuerint religionem ingressi, vel in dignitatibus per solum Papam fuerint dispensati: *ut not. in d. cap. fi. de filijs Præsbyt.* de quibus etiam vide notata per Doct. *in l. eam quam, C. de fideicommissis.* Filij enim nati ex damnato coitu sunt legi odibiles: *ut in auct. quomodo oportet Episcopos*, §. 2. *coll.* 1. Et in eo quod hic dicitur, quòd natus ex nuptijs prohibitis non est alendus: *Bar. tamen in l. tuitorem, ff. de his qui ut indig.* tenet contrarium, dicens, quòd pater potest filio spurio relinquere tantum quòd sibi sufficiat ad alimenta, dicendo relinquo spurio fundum in vita sua, ut post mortem sit filiorum quibus potest relinqui: *ut l. ultima, C. de na. libe.* Idem, in dote, nam potest pater spurium dotare, ut alimenta percipiat: *ar. l.* 1. *ff. sol. ma.* & hoc verum, nisi legatum excedere magnam quantitatem, ex qua præsumeretur fraus: *per l.* 1. *C. de na. libe.* Idem, si pater relinquat hæredi legatum, ut restituat cui voluerit, nam tunc poterit hæres eligere tertium, & postea tertius eligat spurium: *ut l. cum pater*, §. 15. *ff. de leg.* 3. Idem, quòd suprà concludit *Bal. in l.* 1. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Ubi tenet, quòd filio incapaci, ut spurio, non potest pater relinquere ultra alimenta, sed infrà sic: *ut cap. cum haberet, de eo qui du. in ma. quam po. per adult. idem Bar. in l. si gener. ff. de his qui ut indig.* Et est ratio, quia appellatione conjunctorum non continetur spurius: *not. Di. ut reffert Bal. in l. id quòd pauperibus, C. de Episc. & Cler.* nec potest prætextu alimentorum spurio dari major pars bonorum: *ut ff. de exerc. l. fi.* nec talis spurius potest talia bona præscribere, cum suus titulus sit reprobatus à jure: *ut not. ff. de usuca. pro lega. l. pro lega. not. Bal. in all. l. id quòd pauperibus, antep. columna.* Item nota, quòd natus ex uxorato & soluta non dicitur natus ex damnato coitu: *ut C. ad l. Jul. de adult. l.* 1. *ut reffert Sal. in auct. ex complexu, C. de incestis nup.* de hac materia vide quòd not. *Spe. in ti. de succes. ab inte.* §. 1. *vers. sed quid si institutus, & idem quòd suprà not. Salic. in l. licèt de nat. lib.* nec obstat quòd pater spurij fuit legitimus, quòd licèt avus potest naturali nepoti ex filio legitimo aliquid relinquere: *ut l. fi. C. de nat. lib.* non tamen spurius nepos potest capere aliquid per medium: *ut ibi not. Salicetus, & not. in l.* 1. *eod. tit.*

ADDICION.

Vey la Ley 37. de la 7. Partida, tit. 9. que po-

deros vinieren despues, è contradixeren la manda, (*a*) los cabezaleros (*b*) no sean tenudos de responder: mas tornense aquellos que tuvieren la buena, è respondanles por este fuero: è si los cabezaleros vendieren alguna cosa para cumplir la manda, no sean tenudos de redrar, (*c*) fuera si lo metieren en Pleyto: è si ante que la manda sea pagada, ò las cosas vendidas, los herederos contradixeren, los cabezaleros no vendan, ni paguen fasta que la manda sea librada por derecho si debe valer, ò no: è si los herederos fueren en la tierra, è no contradixeren, è los cabezaleros pagaren, ò vendieren, (*d*) no sean tenudos de responder por ello.

---

pone, cómo las mandas se han de pagar, y en qué tiempo, y en quién las ha de pagar: è concuerda la Ley 48. del dicho tit. Concuerda con esta Ley, la Ley 2. è 3. è 4. è 5. è por todo el tit. de los Testamentos de la 6. Partida.

(*a*) SI EL HOME, CONTRADIXEREN LA MANDA. Dicendo nullum testamentum, si sunt prætenti, & sui necessarij hæredes: *ut plen. not. in auct. ex causa, C. de libe. præt. & dixi suprà eod. l. Ningun home*: vel etiamsi sunt instituti hæredes, & bona hæreditaria sunt per legata exhausta, & hæredibus non remanet legitima, vel si agant hæredes de inofficioso, vel universali petitione hæreditatis quæ in se compræhendit omnes species actionum singularium, agant contra detinentes, & possidentes, & non contra executores bona fide alienantes, & mandatum defuncti adimplentes: *ut hic, & in l. scimus, §. & si præfatam, C. de jure del.* Idem, dicendum est si creditores veniant, postquam hæreditas est soluta legatarijs, vel alijs creditoribus, quia non agunt contra hæredes solventes bona fide, si nil apud eos remansit, sed agunt inter se creditores contra legatarios, & creditores priores contra posteriores, hypothecaria, vel conditione: *ex. l. scimus, §. & si præfatam, suprà allegat.* ut ibi notabiliter dicit textus, qui autem possunt facere quærellam inofficiosi: *vide 6. Par. tit. 8. l. 1. 2. & 3. cum seq.* Et circa hanc materiam nota quòd licèt testamentum non possit impugnari, ut hic, filius tamen potest petere legitimam suam, unde petitio legitimæ non est propriè impugnatio testamenti: *not. Bar. in l. cum lege, C. de Episc. & Cler. quòd not.*

(*b*) LOS CABEZALEROS. Hoc nomen est in Hispania, & credo quòd nominetur à capite, eo quòd ante omnia debent legata post debita solvere, antequam hæredes bona capiant: *ut in l. Papinianus, §. quarta, de inoffic. test.* de jure autèm multipliciter nominatur, ut videlicet, guardiatores, testamentarij, executores, divisores, distributores, dispensatores, ministri, & fideicommissarij, de quorum nominibus: *vide Spe. tit. de instr. edi. §. nunc verò, vers. porro, & 6. Partit. titul.* 10. *l.* 1.

(*c*) DE REDRAR. Sicut dicimus de eo qui scienter emit rem alienam, qui non potest de evictione agere, nisi hoc fit conventum: *ut l. si fundum, C. de evict.* & isti executores sunt loco creditorum, qui nec etiam tenentur de evictione, nisi hoc caveatur: *ut l. 1. C. creditorem evictionem non debere*, & hoc verum, nisi quando non jure vendidit, ut quia jam non debentur legata: *ut ibi not. gl. not. & in l. 2. eod. tit. & ff. de actio. emp. l. emptorem, §. Cassius, & §. Julianus, & §. sententia*, & credo tamen quòd in hoc casu hæres teneatur de evictione pro re vendita per executorem ad solvenda legata defuncti: *ar. ff. de distract. pig. l. rescriptum, §. 1. & de evict. l. si plus, §. 1. & Ci. in dict. l. 1. C. credi. evict. non de. & ibi glos.* si tamen ipse executor vendat rem ut dominus rei, tunc etiam credo quòd ipse teneatur de evictione, & non hæres: *ut not. Azo. in summa dicti ti. C. credi. evi. non de. circa prin.* Idem, si dolo rem viliori pretio vendat, quia tunc hæredi adversus eum datur actio de dolo: *ut l. si pignora, ff. de evict.*

(*d*) VENDIEREN. Nota secundum Epis-

Ley XIII. Como el que fuere contra la manda, è porfiare en juicio, la pierde si porfia sobre ello fasta la sentencia.

SI algun home hubiere parte en alguna manda, è la contralláre (*a*) en juicio (*b*) para desfacerla, fasta que den el juicio, pierda (*c*) quanto que le fue mandado (*d*) en aquella manda: maguer sea juzgado que vala la manda. Otrosí, mandamos, que si el cabezalero, en que dexare el muerto su manda, no quisiere ser cabezalero della, que pierda lo que le mandó el muerto: è si recibiere la

Episcopum, quòd hæc venditio debet fieri in publica subastatione: *ut* 3. *Part. tit.* 18. *l.* 62. *in fi. legis*, & vide quòd dico circa hoc: *infrà eod. lib. tit.* 20. *de las deudas*, *l* 2. An autem executor potest vendere bona curæ ipsius commissa, vel hoc teneatur facere hæres: *vide Spe. ti. de instr. edi.* §. *nunc verò ver. si autem executor ultimæ voluntatis*: ubi vide plenè multa de materia executorum ultimarum voluntatum.

ADDICION.

Vey la Ley 4. de la 6. Partida, tit. 9. è la Ley 5. del dicho tit. pone algunos casos, en los quales el heredero no es tenudo à pagar las mandas, ni por no las pagar no pierde la herencia. E vey la Ley 22. de la 6. Partida, tit. 9. que declara esta Ley: è la Ley 21. del dicho tit. pone las condiciones que se pueden poner en las mandas.

(*a*) SI ALGUN, E LA CONTRALLARE. Improbè, scilicèt, dicendo testamentum inofficiosum, & usque ad sententiam perseverando: *ut hic*, *& in l. Papinianus*, §. *meminisse*, *ff. de inoffic. test.* à qua lege credo ortum habuisse hanc legem, idem si dicat eum falsum, & contrariam sententiam reportet: *ut l. alia causa*, *C. de his qui ut indig. de hoc in l. qui cum major.* §. *accusasse*, *ff. de bonis liber. & l. in servitute*, §. 2. *eod. tit. & l. qui falsas*, *C. de falsis.* Accipiens tamen relictum non aget de inofficioso, sed de falso, vel irrito sic: *ut ff. de inoffic. test. l. si pars*, *& ff. de his qui ut indig. l. post legatum in princ.* si tamen testamentum impugnans desistat ante sententiam, vel etiam post sententiam, appellatione pendente, evitat hanc pœnam: ratio est, quia delictum persistentiæ purgatur per desistentiam, & non dicitur perfectum nisi per perseverantiam: *ut dict. l. alia causa*, *& ibi Bald. &* §. *accusasse*, *suprà alleg.*

(*b*) EN JUICIO. Scilicèt, impugnando, ut hic, & in juribus suprà allegatis, secus tamen in non exequendo, vel voluntatem defuncti non adimplendo, quia tunc distinguitur: *ut per Jac. de Bel. in auct. de hære. & fal.* §. *si quis autem non implens colla.* 1. *& per Ci. Bar. & Bal. in l. quæstionem*, *& in auct. hoc amplius*, *C. de fideicommissis*, *& per Doct. canonistas in cap. cum Marthæ, extra de cel. Mis. & cap. si hæredes, extra de testa.* An, & quando hæres potest contra factum defuncti venire: *not. glos. C. de jure deli. l. sancimus*, §. *in computatione*, *& ibi gl. & Ci. & C. de inoffic. dona. l.* 2. *& l. cum à matre*, *in gl. & ff. sol. ma. l. si cum dotem*, *& l. Lucius*, *& ibi Bar.*

(*c*) PIERDA. Scilicèt, ipso jure secundum doctrinam *Jac. de Bel. ut reffert Bal. in dicta auct. hoc amplius*, dicentis, quòd aut quis non obedit defuncto, faciendo contra ejus voluntatem, ut hic, & tunc, & ipso jure privatur, aut est inobediens in omittendo, & negligendo voluntatem defuncti adimplere, & tunc non privatur ipso jure, sed per sententiam, quòd est notatu dignum. Adde quòd repudians hæreditatem instituentis, non solum privatur hæreditate, verum etiam omnibus alijs bonis, quocumque titulo ad eum devolutis per instituentem: *ut l. hæredes*, *C. de omni agro deser. lib.* 11. *& ibi Bar.*

(*d*) LO QUE LE FUE MANDADO. Excepta tamen legitima portione filio inobedienti: & est ratio, quia legitima portio debetur potius judicio legis, & naturæ, quam judicio testatoris: *ff. de adopti. l. si arrogato*, §. *sed an impuberi*, & hoc erat debitum filio prius quam testator moreretur: *ut not. ibi gl.*

quòd

cabecera, despues no la pueda dexar (*a*): è responda à los que debieren haber alguna cosa de la manda. Otrosí, si el muerto manda à alguno que sea guardador (*b*) de su fijo, è de sus bienes, asi como manda la Ley (*c*), y él no lo quisiere ser, pierda quanto le mandó el muerto en su manda.

Ley XIV. Como el cabezalero debe publicar el testamento fasta un mes.

TOdo home que fuere cabezalero (*d*) de alguna manda, muestrela ante el Alcalde (*e*)

---

quòd intelligo quòd est debitum, vivo testatore, ex quadam æquitate naturali, quæ cum non pertinet ad judicij vigorem, unde vivo patre filius non potest hanc legitimam petere, ideo nec ei propriè debetur: *ut l. fi. ff. de libe. ag.* debetur tamen causaliter, non formaliter: *ut not. in dicta auct. hoc amplius.* An autem quòd sic perdit hæres, vel legatarius debeat fisco, vel conjunctis applicari, vide quòd not. *in l. si pater, C. de hær. inst. & per Jac. de Bel. in dicta auct. de hæredi. & Falci*, §. *si quis autem non implens.*

(*a*) No la pueda dexar. Nota quòd si executor acceptat officium, cogitur illud implere, & tunc videtur acceptare cum in testamento subscripsit, vel aliter testamento consensit in vita, vel post mortem: *ut l. uxori*, §. 1. *ff. de fal.* si verò non acceptavit, tunc si erat sibi relictum aliquid in testamento, & neglexit exequi, quia non potuit, ut sunt religiosi obedientiarij: *ut cap. fi. extra de test. lib.* 6. vel fratres minores, *ut in cle. exhibi.* Et tales habebunt legatum, licèt non administrent: *ut l. ab administratore, C. dele.* si autem est talis qui potest, sed non vult, & tunc cogitur causativè, quia perdit relictum, ut hic, quòd intelligo verum, sive sit legatum ab hoc, sive non: *ut in auct. de hær. & Fal.* §. *his omnibus, coll.* 1. si tamen nihil est ei relictum, non potest cogi: *ut l.* 3. *ff. de arb.* sed talis executio devolbitur ad Episcopum: *ut l. null. C. de Episc. & Cler. l. ad præsidem, ut l.* 4. *ff. de alleg. & ciba. le.* Qui possunt ad hoc unum constituere qui voluntatem defuncti exequatur: *ut d. l.* 4. & talem deputatum potest judex cogere, sicut quemlibet cui delegat causam: *ut l.* 1. *C. qui sui pro sua juris. de hoc not. per Bar. in l.* 1. *ff. deleg.* 2.

(*b*) Guardador. *Ut in d. l. quæst. & auct. hic amplius, C. de fidei.* cum ibi notatis.

(*c*) La Ley. *Quæ est infrà eod. lib.* 3. *tit. de la guarda.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 4. tit. 2. lib. 5. de las Ordenanzas Reales, que pone las mesmas palabras de esta Ley.

(*d*) Todo home, cabezalero. De hoc nomine vide quòd not. *suprà eod. tit. l.* 11. & de executoris potestate, & onere: vide plenè *Henr. in c. tua nobis, extra de test. & jur. alleg. lib.* 11.

(*e*) Ante el Alcalde. Per hanc legem credo, quòd & si Clericus sit institutus hæres per Laycum, debeat testamentum insinuare coram Judice Layco, qui est de jure competens Judex causæ: *ut hic, & not. in l. à divo pio*, §. *si super rebus, ff. de re jud.* nec de jure communi Episcopus habet jurisdictionem cognoscendi super insinuatione: *ut l. testam. & l. consulta, C. de testam. & de Episc. & Cler. l. repetita.* Dico etiam, quòd Judex Laycus in tali casu poterit hæredem Clericum citare ad videndum insinuationem, cum est Judex competens causæ: *ut alleg. l. consulta*, nec obstat *c. at si Clerici, de jud.* quia talis citatio non est simplex, nec absoluta, sed potius conditionalis in effectu, scilicèt, si se vult opponere, sin autem non esset adversarius: *ut not. C. si manc. ita fue. ali. l. ea quidem*, undè dicta citatio potius potest dici æditum quòd omnes astringit: *ut extra qui matr. accus. po. c. cum in tua, & in cap. fi. extra de elec. lib.* 6. & potius videtur citatus ad voluntatem exquirendam quam ad causam, & iste dicitur actus voluntariæ jurisdictionis: *ut not. l. fi. C. qui admit. ad bo. pos.*

fasta un mes: y el Alcalde fagala leer (*a*) ante sí enteramente: è si el cabezalero esto no ficiere, pierda aquello que debie haber él en la manda (*b*), y delo por el alma del muerto, è de todo otro home que tubiere la manda, maguer no sea cabezalero: è si alguna cosa no hobiere en la manda, pechen el diezmo de la manda.

Ley XV. Como debe cumplir la voluntad del testador aquel que del rescibe algo.

SI alguno en su manda mandáre à otri alguna cosa por facer (*c*) alguna cosa qualquier: si aquel à quien lo mandáre re-

pos. po. Necessitas ergo, & qualitas causæ facit, ut dicta insinuatio valeat: ut elegantèr *Bal. in dicta l. testam.* non tamen credo, quòd canonistæ hoc asserant per notata in dicto *c. at si Clerici*, *& in c. unic. extra de Cler. conjug. lib.* 6. Et circa hanc insinuationem nota, quòd licèt instrumentum testamenti, vel donationis sit legitimè productum coram Judice, animo insinuandi, si Judex non admittit productionem, vel reprobat eam, talis donatio, vel testamentum non dicitur insinuatum, quia in insinuatione requiritur approbatio, & decretum, quòd est nota dignum: & ad hoc optimè facit textus *in l. cum hi*, §. 1. *ff. de transact. ubi not. Bal. & ad simile facit ff. de compens. l. quòd in diem*, §. *quòd ratione.* Item nota, quòd publicatio testamenti quæ fit coram ordinario, fit ejus officio nobili: *ut not. in l. publicati*, *C. de test.* nam ex quo est officium nobile, recipit auctoritatem, quæ est mixti imperij, ideo debet fieri coram ordinario, sicut adoptio, & emancipatio, & legitimatio spuriorum: *not. Bal. in l. gest. C. de re jud.*

(*a*) Fagala leer. Citatis tamen his quorum interest: quòd dic, *ut not. in d. l. publicati*, *C. de test.* Est tamen notandum, quòd si testamentum est per testatorem insinuatum in vita sua, vel sit factum per publicam personam, testibus rogatis, & coram Judice, non requiritur insinuatio: *ut not. per Doct. in l. omnium*, *C. de test. & in l. certum*, *C. undè leg. & in l. repetita*, *C. de Episc. & Cler.* Item, etiamsi sit factum per tabellionem audientem, & scientem omnia quæ in testamento scripta sunt, eo quia est publica scriptura à publica persona facta, & testibus rogatis, cum ad plenum creditur publicis scripturis: *ut l. cum præcibus*, *C. de probat.* Si tamen esset testamentum factum à privato, requiritur talis insinuatio, vel publicatio, quòd est notandum: *ut hoc not. Bald. in l. hac consultissima*, *in fi. C. qui testam. fa. po.*

(*b*) Manda. Requiritur tamen secundum Dominum Episcopum, quòd ad hoc quòd testamentarius hanc pœnam incurrat, quòd fraudulenter celet testamentum: *ut ff. de tab. exhi. l.* 1. §. 1. *& l.* 3. §. *si quis dolo*, *&* §. *condemnat. concord. cum hac l.* 6. *Part. tit.* 2. *per totum.* Est tamen notandum, quòd si testator propter aliquam causam prohibuit, ne usque ad certum tempus testamentum publicaretur, debet sic servari: *ut* 6. *Part. tit.* 2. *l. pen. & fi.* Qualiter autem debeat testamentum nuncupativum, seu privatum exemplari ad perpetuam rei memoriam: vide practicam notabiliter per Spec. *tit. de instr. edi.* §. *compendiosè*, *ver. ad hujusmodi autem materiæ.* Ultimò incidenter nota, quòd quando talis executor, vel testamentarius ex dispositione defuncti vendit bona, debent ante requiri hæredes: *ut not. Bar. in l. legat. ff. de usufruct. & hab. in fi. & in l. alio*, *de ali. & cib. le.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 22. de la 3. Part. tit. 9. que pone lo que esta Ley, è añade, que si aquel à quien la manda se dexáre, con condicion que haga alguna cosa en algunos casos, no es obligado à cumplir la condicion, ni por no la cumplir no pierde la manda.

(*c*) Si alguno, por facer. Circa quòd nota, quòd concessa alicui potestas ad aliquid faciendum, intelligitur secundum morem solitum, & non aliàs: *ut l.* 1. *C. de pascuis publicis*, *lib.* 11. *ubi not. Bar.*

cibiere la manda, cumpla aque- llo (*a*) porque fue mandado.

TITULO VI.

DE LAS HERENCIAS.

Ley I. Como el que hubiere fijos, ò nietos de bendicion, no puede heredar à otros algunos.

TOdo home que hubiere fijos, (*b*) ò nietos (*c*), ò dende ayuso (*d*) de muger de bendicion, no puedan heredar con ellos otros

(*a*) CUMPLA AQUELLO. Ad quòd potest præcisè cogi, ex quo acceptavit legatum: *ut dixi suprà eod. tit. si algun home, circa fi. alleg.* debet rem cum fructibus restituere: *ut ff. deleg. 2. l. cum si quo, §. si nunciari, & 6. Part. tit. de las Mandas, l. 22. secundum Episcop.* tenentur etiam hi legatarij ad onus per defunctum impositum legatis: *ut 6. Part. tit. 9. l. 14.* facit quòd singulariter not. *in auct. de non ali. secundò nub. ubi not. Bar.* quòd si testator relinquit mulieri, si vitam castam servaverit, quòd transeundo ad secunda vota non perdit legatum: *ut in dicta auct. §. cum igitur, ver. si verò.* Idem si testator dicat, si vitam duxerit castam, & honestam, ut ibi: *& auct. de rest. & ea quæ parit in 9. mense, §. fi. coll. 3.* Nam castè dicuntur nuptiæ secundæ, & in castitate dicitur mulier vivere, quæ transit ad secunda vota: *ut ibi text.* si tamen meretricalem vitam ducat, perdit legatum: *ut ibi Bar. tamen in l. mulier, ff. ad Trebel.* in hac quæstione dicit, quòd staret ipse cum intellectu testatoris, quòd intelligit, quòd alij non nubat, & sic se habet communiter usus loquendi, &c. Ultimò nota incidenter circa hanc legem, quòd si maritus legat uxori usumfructum omnium bonorum, quòd ipsa non potest expellere colonos partiarios, vel qui nimis colunt, quia non intelligitur hoc ei legatum, cum nomen bonorum intelligatur deducto ære alieno, & ideo æs alienum præfertur legatario usufructus bonorum: *ut C. de jure deli. l. fi. §. & si præfatam, ita tenet Bar. in l. fundi Trebaciani, ff. de usufruct. le.* quòd est notandum, ad hoc facit *ff. deleg. 1. l. si quis bonorum,* quæ est notabilis *l. ad hoc ut reffert Bal. in l. 1. in fi. C. de fruct. & litis expen.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 3. tit. 13. de la 6. Partida: è la dicha Ley dice, que lo que ha lugar del padre, ha lugar del abuelo. Item, que el nieto del hijo defuncto hereda juntamente con el tio, è si son muchos nietos, todos heredan por uno: è la dicha Ley pone la razon que para ello hay: y en quanto esta Ley perjura que el hijo pueda desheredar à su padre, è madre, deroga una Ley de Partida del dicho tit. que es la Ley 4. en quanto esta Ley perjura que los hijos bastardos no hereden à sus padres. Concuerda la Ley 10. del dicho tit. è la Ley 2. de las Ordenanzas Reales, tit. de las Herencias, lib. 5. habla de los hijos de los Clerigos, que no hereden à sus padres, ni parientes.

(*b*) TODO HOME QUE HOBIERE FIJOS, DE BENDICION. Quibus ex instinctu naturæ. Primò ex humano hominis ingenio debetur patris hæreditas, ad minus legitima portio: *ut in auct. de hæred. & Falc. §. 1. coll. 1. & cap. jus naturale, 1. dist.* & sicut educatio liberorum ab instinctu naturæ procedit, & debetur, sic & successio, & legitima portio: *ut latè not. Ja. de Bel. in dicta auct. de hæred. & Fal. §. 1. op. 8.*

(*c*) O NIETOS DE BENDICION. An autem filiorum appellatione nepotes intelligantur: *vide quòd dixi suprà tit. proximo, l. ningun home,* & quòd elegantèr *Bar. not. in l. liberorum, ff. de verb. sign.* Et intelligo nietos secundum propriam significationem, quæ gradatim descendentes includit, & non collaterales: aliàs autem nepos dicitur filius fratris, tàm respectu avi, quàm respectu patrui: *ut latè not. Bart. & Bald. in l. si aviæ, C. de suc. edi.*

(*d*) O DENDE AYUSO. Linea, scilicèt, di-

algunos que haya de barragana (*a*) mas del quinto (*b*) de su haber mueble, ò de raíz, puedales dar lo que quisiere: (*c*) ò si fijos, ò nietos, ò dende ayuso no hobiere de muger de bendicion, ni otros

---

directa usque ad infinitum cum nulla conjunctio matrimonij fieri potest in quocumque gradu existant, ideoque succedunt ascendentibus: *ut not. Bal. in dicta l. si aviæ, & in auct. de hæred. quæ ab intest. & Jo.Fab. de inst. ad Orphic.§.1. & vide foro juzg.lib.4. tit.2. l.20.& l.21.*

(*a*) De barragana. Hoc habetur originaliter. Gen. 21. » cap. Cumque vi» disset Sarra filium Agar Ægyptiæ lu» dentem cum Isaac filio suo, dixit ad » Abraham, ejice ancillam hanc, & fi» lium ejus, non enim hæres erit filius » ancillæ cum filio meo Isaac: & licèt » durè accepit hoc Abraham pro filio » suo, dixi tamen ei Deus, non tibi vi» deatur asperum super puero, & super » ancilla tua omnia quæ dixit tibi Sarra, » audi vocem ejus, quòd Isaac vocabitur » tibi semen: « transumptivè verò habetur hoc, 32. *q.* 2. *cap. non omnis, & q.* 4. *c. recurrat, & cap. dicat aliquis.* Non enim habere potest hæreditatis consortium, qui non habet originis privilegium: *ut dicto c. dicat aliquis.* Nec nomen avi, & proavi, nec ejus cognationis cadit in bastardis filijs: *ut l. fi. & ibi Ci. C. de nat. lib.*

(*b*) Del quinto. *Concord.auct. licèt, C. de nat. lib. & l.* 2. *eod. tit. & l. qui testamentum, ff. de probat.* ubi pater unam unicam potest relinquere naturalibus, etiam in præjudicium legitimorum: *idem not. in auct. de trien. & semis. §. consideravimus, coll.* 3. *de quo vide quòd notanter dicit Jac. de Bel. in auct. qui mo. na. effi. sui, §. discretis, & inst. de nupt. §. fi. & ibi glos. & Doc.* Gratia cujus nota, bastardos non esse de primò capite undè liberi, nec de secundò undè agnati, & in bonis patris nullam habent bonorum possessionem: *C. de nat. lib. l. fi. & C. quando mu. tu. offic. fun. potest l. fi. & facit quòd not. ff. contra tab. l.* 1. *§.* 1. *& in l. certum, & ibi Bal. C. undè leg.* An autem filius bastardus potest filio bastardo succedere ab intestato: *vide ibi per Bal.* An nepos naturalis, vel bastardus excludat substitutum in testamento avi: *Bal. in l. generalitèr, C. de inst. & subst.* ubi tenet indistinctè, quòd tacita conditio liberorum non includit bastardos, cum legis affectio non est ad eos, & quia non propriè dicuntur filij: *ut l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alie. juris, & ad hoc facit glos. notabilis in cle. unica de bapt.* quæ tenet, quòd licèt quoad parentum reverentiam benè habetur ratio naturalium liberorum, sed quoad commoda, & honores non habetur ratio, nec includuntur in dispositione legali: *ut in jur. ibi alleg. & adde quòd not. per Ci. C. ad l. Jul. majes. l. quisquis, C. de interd. ma. l. libertinum, & C. de adult. l. verba, & ff. de ritu nupt. l. adoptivus.* Nec in feudis, nec in emphitheosi includuntur bastardi: *ut not. Azo. in sum. C. de infam. & Bal. in d. l. generalitèr, & in d. l. filium.* Ubi tenet, bastardos non esse de domo, nec possunt arma domus portare: ut ibi latè per eum, & per *Di. ff. deleg.* 2. *l. cum pater, §. mater.* Non enim bastardi sunt propriè filij: *ut not. Di. in l. Lucius, §. damn. ff. deleg.* 2. *per Di.* Appellatione namque nobilium bastardi non continentur, quia sordes non inseruntur nominatim inter præcipuos: *ut C. de incestis nupt. l. humilem, not. Bal. in l. cum legitimè, ff. de sta. ho.* Item nota, quòd cum appellatione filij non continetur bastardus, nec dicitur propriè de domo, nec de casato: *ut not. in alleg. cle. unica de baptis.* à fortiori, & multo minus continentur nepotes, etiam legitimi ex bastardis nati, quia nulla consequentia potest esse legitima ex illigitimo nascendi principio, & radice corrupta: *ut C. de na. li. l. fi. undè si primus flos*, id est, primus amor, derivatus ad nepotem non potest sine peccato originali esse, undè qui primitiva inficiat, derivativa vituperat: *not. Bal. in l. fi. in fi. C. de verb. signifi.*

(*c*) Lo que quisiere. Scilicèt, in illo quintò, & in ipsius quantitate, simile est quòd dixi suprà titulo proximo: *l. ningun home.*

fijos (*a*) que hayan derecho de heredar, pueda facer de todo lo suyo lo que quisiere; de guisa que el Rey el suyo no pierda: è no le pueda embargar, ni padre, ni madre, (*b*) ni otro pariente. E si home qualquier muriere sin manda, y herederos no hobiere, asi como

---

(*a*) Ni otros fijos. *Ut infrà eod. l.* 5. *& ibi not.*

(*b*) Padre, ni madre. Votum enim parentum est, ut liberi succedant, & non ipsi liberis, & ut eis acquirant: *C. de legi. hær. l. de emancipatis, & ff. undè lib. l. scripto, & de bonis damna. l. cum ratio*, & si pater succedit filio, hoc est ordine mortalitatis turbato: *ut l. nam, & si parentibus, ff. de inoffic. test.* nec est de jure naturali, sed de jure artificiali, seu positivo, quia non est introductum de necessitate naturæ, & est variabile: *ut d. l. de emancipatis, & ibi Bal. concor. quòd not. Bal. in l. cum non solum*, §. 1. *C. de bonisque li.* Ubi concludit quòd si filius habet statutum vulgarem, qui est conjuncta persona ipsi testatori, quòd excluditur pater, nam putat affectionem considerari, ut sic excludatur pater ex præsumpta voluntate testatoris. Item, putat ibi Bal. quòd si per indicia probetur, quòd testator voluit patrem non succedere, quòd ipse pater repellatur sicut in simili dicimus in tacita pupillari substitutione, quæ non excludit matrem, tamen si per judicia probatur contrarium, mater excluditur: *ar. ff. de vulga. subi. l. Lucius, & C. de tes. mil. l. in testam.* & singulariter not. *in l. præcibus, in gl. parva, & Bal. ubi suprà*, hanc conclusionem tenet *Ant. de But. in suis consilijs, cons.* 17. *& cons.* 27. video tamen quòd *ista l. si litteraliter* ut jacet, intelligatur, esset contra jus divinum, quòd est immutabile, & esset contra naturalem rationem, & æquitatem: Primò, quia est honor nomen hæredis habere: *ut ff. deleg. præst. l. filium*, §. *si legata.* Sed constat quòd in patre, & eadem ratio, sicut in filio, imò, & major, quia servamus honorificentiam patri: *ut* 2. *q.* 7. *cap. quæritur* ergo liberi parentibus debent hunc honorem exhibere, sicut è contra, quia scriptum est: » Honora patrem tuum, » & matrem tuam, & eris longævus su» per terram. Exod. 20. cap. Hoc etiam » probat ratio generationis de jure di» vino, Ecclesiast. 7. cap. Honora pa» trem tuum, & gemitus matris tuæ » ne obliviscaris. Memento quia nisi per » ipsos non fuisses, & retribue illis quo» modo, & illi tibi: « Ex quo infertur, quòd inter eos æqualitas debet quoad successionem observari, nam quo jure patrem cognosco, eodem jure ei subveniendum judico: ut notabiliter *Henr. in cap. si à patre extra de infant. expositis.* Hoc idem de jure positivo per Justinianum constat decissum per *auct. ut cum de appe. cog.* §. *sancimus, vers. hoc autem disposuimus*: ubi vult Justinianus parentes, & filios à testatorum injuria esse liberos: *& in* §. *cæterum*, ubi sola ejus serenitatis intentio est injuriam præteritionis, & exhæredationis à parentibus, & liberis auferre, considerare namque debent parentes, quia ipsi filij fuerunt, & eadem à suis parentibus speraverunt: & similiter qui nunc filij studere debent parentum animos fovere, quia & ipsi parentes fieri desiderant, & à suis optant filijs honorari, undè constat ad utriusque parentis utilitatem atque cautelam illam legem fuisse prolatam, & hoc tenet ibi Jac. de Bel. & fundat per sex notabiles rationes, quas ibi vide per eum, hoc expræssè per dictam legem, nam & si parentibus probatur ibi dum dicitur, non minus parentibus quam liberis piè relinqui debet, hoc idem est expræssum: *in auct. in testamento, C. ad Tertul. hoc tenet gl. Ci. Bar. & Bal. in auct. ex causa, C. de lib. præte.* qui asserunt, quòd jure institutionis debet parentibus relinqui, aliàs dicuntur præteriri, facit quòd not. *in auct. de trie. & semis. in princ. apparet ergo quòd illa auct. ex causa*: habet locum etiam cum parentes prætereuntur à liberis, ut & legata præstent omnibus deducta legitima, & sine justa causa parentes non possunt per filios exhæredari: ut est expræssum 6. *Part. tit.* 6. *l.* 2. *& tit.* 7. *l.* 11. *tit.* 13. *l.* 4. *& tit.* 47. *l.* 10. *cum se.* Lex ergo ista potest intelligi ibi dum dicit: no le pueda em-

embargar padre, ni madre. Scilicèt, facere testamentum, nam licet de jure filiusfamilias de adventicijs non testatur: *ut l. Senium, & l. pe. & fi. C. qui test. fa. po.* hodie tamen per hanc legem potest testari sine parentum obstaculo, qui impedire non possunt filium etiam familiam testari, sicut nec in castrensibus: *ut not. Ci. in alleg. auct. in testamento, C. ad Tertul.* Non tamen ista lex permittit parentes exhæredari, nec hoc dicit littera, & iste intellectus est sanus, juri, & rationi consonus, & est hujus dicti ratio, quia plerumque dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur: *ut cap. præterea de verb. sig.* & verba à sua significatione cadunt cum res de qua agitur aliter salva esse non potest: *ut ibi not. gl. cum suis concor. facit, cap. intelligentia, eod. tit. de ver. sig. & ibi gl.* Et circa hanc legem nota, quòd si aliquis parentum in testamento filij sit præteritus, eo tacente, vel consentiente, alius non potest testamentum dicere nullum ratione præteritionis, ut eleganter tenet *Pilleus medici, sua q. 27. & est notandum.* Item, circa hanc materiam nota, quòd tanta est potestas patris in bonis filij, quòd potest pater pro filio impubere testamentum agere, & ei pupillariter substituere, & per pupillarem expræsam pupillis matrem, & conjunctos potest ab ejus successione excludere, quos ipse pupillus si major esset præterire non posset, nec excludere: *ut l. Papinianus, §. sed nec in princ. C. de vul. & pup. subst. & l. moribus, ff. eod. tit. & extra de test. cap. si pater, lib. 6.* tacita tamen pupillaris contenta in vulgari, non excludit matrem, nec pupilli fratrem, utrumque conjunctum, vel ex parte patris testantis tantum conjunctum: *ut plenè not. Bar. in d. l. moribus.* Et hoc verum nisi ex præsumpta defuncti voluntate ex conjecturis causata, eam vellet excludere, quia tunc etiam per tacitam pupillarem excluditur: *per l. in testamento, in fi. C. de testam. mil.* & præsumitur de voluntate defuncti. Primò, ex his quæ testator dixit extra testamentum, dicendo si filius meus moriatur, nolem quòd ejus mater in uno obolo succederet, vel similia verba. Secundò, ex verbis positis in testamento, ut si relinquit aliquid uxori, & dixit eam esse contentam, & quòd plus de bonis suis petere non possit. Tertiò, præsumitur si testator uxori relinquit legatum, si vidualem vitam servaverit, quia si ad secunda vota transivit, non solum perdit legatum, sed etiam privatur à pupilli successione. Quartò, probatur ex conditione matris, ut si est inimica testatoris, alij se immiscendo. Quintò, si tutorem pupillo non petijt, quia est perinde ac si non esset mater, est tamen notandum, quòd mater prodiga non excluditur à successione filij, etiam propter non petitum tutorem: *ut l. minoribus, C. de his qui ut indig. & l. 2. C. si adver. delic. not. Florianus, in l. 1. §. 1. ff. si quadru. pau. fe. di.* Sextò, si post mortem pupilli uxor testatoris aliquid inhonestum fecisset. Septimò, si pater substituit alium filium suum pupillo fratri suo, tacita pupillaris excludit matrem, quia præsumptio est quòd testator voluit filium suum uxori præferre: *hoc notabiliter fundat Bar. in alleg. l. moribus.* Item nota, quòd si pater esset ita turpis persona, quòd ei non committeretur administratio bonorum filij viventis: *ut l. fi. C. de sen. pa. & ff. solu. ma. l. si cum dotem, §. eo autem tempore.* Tunc non posset pupillariter substituere, & multo magis cum ibi esset majus periculum: *ut l. 1. ff. ubi pupi. edu. de. & l. militare de confir. tu. & not. Bar. in dicta l. moribus.* An autem institutio, vel substitutio facta per verba directa, quæ nullo tempore potuit valere jure directo, valeat jure fideicommissi: *not. Bar. in l. verbis civilibus, ff. de vulg. & pupil. subst.* Item, an tacita pupillaris contenta in compendiosa excludat matrem: *not. Bar. in l. Centurio, ff. de vulg. & pupil. subst.* An autem mater potest filio impuberi substituere pupillariter sicut pater, & dicerem quòd mater mero jure non potest pupillarem substitutionem facere, etiam in proprijs bonis, quia ad hoc ut pupillaris valeat, requiritur quòd substituatur pupillus ante ætatem pupillarem existens: *ut l. moribus, ff. de vulg. & pupil. subst.* Item, quòd sit in potestate: *ut ibi tex. in prin.* Item, quòd fiat sui juris morte substituentis: *ut inst. eod. tit. in princ. & alleg. l. moribus.* Item, quòd non desinat esse in potestate ante mortem testatoris: *ut l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. eo. tit.* Item, quòd substitutus sit de liberis, & quòd sibi pater faciat testamentum,

es sobredicho, el padre, è la madre hereden (*a*) toda su buena comunalmente: è si no fuere mas vivo del uno, aquel lo herede: è si no hobiere padre, ni madre, heredenlo los abuelos, (*b*) ò dende arriba: y de esta guisa mesma: è si alguno no hubiere de estos, heredenlo los mas propinquos parientes que hubiere, asi como son hermanos, (*c*) ò sobri-

---

tum, & quòd patris adeatur hæreditas: *ut plenè per Bar. in alleg. l. moribus.* Cum autem substitutus non est in matris potestate nec in ea recasurus: *per l. si mater, ff. de vulg. & pupil. subst.* Non videtur quòd possit mater propter conditionem suæ personæ jure directo pupillariter substituere, quia in pupillari requiritur fortis potentia, sed licèt non valet jure directo, obligatur tamen, & valet jure fideicommissi: *ut tenet gl. & Bar. in l. verbis civilibus, ff. eod. tit.* sicut in quolibet extraneo substituente: *ut l. ex facto in pri. ff. ad Trebel. not. Bart. in alleg. l. verbis civilibus circa fi. & in alleg. l. moribus.* Ex quibus concluditur, quòd sicut extraneus non potest in alijs bonis quam proprijs, nec etiam in illis jure directo substituere, sic nec mater, ut concludit Bar. per jura suprà allegata, nam licet talis substitutio conveniat verbis, non tamen personis: *ut latissimè per Bal. in l. præcibus, C. de impu. & alijs subst. ultra* 12. *col. hoc idem concludit Jo. Cal. in suis consilijs, tit. de test. consilio* 11. quòd incipit: Avia substituit. Ex suprà dictis nota, quòd directa substitutio potest fieri filio in legitima: *ut l. ex tribus, C. de inoffi. test.* quòd est verum si valet jure directo, secus si est obligata per fideicommissum, quia tunc non habet locum in legitima. Facit, *ff. ad Trebel. l. Scevola, & de vul. subst. l. cohæredi.* §. *cum filiæ.* Videtur notabiliter *Bal. post gl. in alleg. l. ex tribus, ubi plenè per Ci.*

(*a*) Hereden su buena. *Concord. forus municipalis de Sepulv. lib.* 3. *l.* 74. *& concord.* 6. *Part. tit.* 13. *l.* 4. De jure tamen pater, & mater succedunt cum fratribus defuncti in viriles portiones, si sunt utrinque conjuncti: *ut in auct. defuncto, C. ad Tertul.* Gratia cujus nota, quòd si sunt bona morientis in diversis provincijs, ubi est diversa lex, vel statutum, in una quòd succedant parentes, in alia quòd succedant fratres, quòd in quacumque provincia quoad bona ibidem sita servabitur sua lex, vel statutum: *ut tenet Jo. Fa. & Bar. in l.* 1. *C. de summa Trin. & Henr. in cap. cum venissent, extra de eo qui mitti. in po. causa rei servandæ, & Bal. in auct. defuncto, suprà alleg. in fine*, quòd est valde notandum, quia multoties practicatur.

(*b*) Los abuelos. Nec fratres utrinque conjuncti excludant avos, sed cum eis succedunt sicut cum parentibus: *ut dicta auct. defuncto, & Bal.* Et cum fratribus, & avis etiam succedunt filij fratrum in stirpes: *ut in auct. ut fratrum filij*, §. 1. *& C. de leg. hæred. auct. post fratres, infra.* Gratia cujus nota, quòd conceptus post mortem avi non potest admitti ad succedendum in hæreditate avi: *ut C. de suis, & legi. hær. l. Ticius, & in l.* 1. §. *si quis proximior undè cogna. & inst. de hæredit. quæ ab intes. defe.* §. *cum autem, & in l. si quis filium, C. de inoffi. test. & l. qui spurijs undè leg.* Hoc tamen fallit in jure patronatus libertorum, & per consequens Ecclesiæ, casus est singularis: *in l. Paulus respondit, ff. de bonis quæ lib.*

(*c*) Como son hermanos. Ex utroque, scilicèt, parente contingentes eum, de cujus hæreditate agitur: *concord. auct. cessante, C. de leg. hæred. & succedunt in stirpem, ut ibi, & infrà ead. l.* 7. Si autem noverunt patrui, sed soli filij fratrum, tunc non succederent in stirpem, sed in viriles portiones: *ut infrà ead. l.* 13. *licet contrarium tenet gl. & Ci. in dicta auct. cessante Bal. tamen concord. cum alleg. l. istius fori, & vide ibi latè per eum.* Lex tamen Regni aliud videtur dicere, scilicèt, quòd etiamsi filij fratrum supersint sine patruis, quòd succedunt in stirpes: *ut* 6. *Part. tit.* 13. *l.* 3. *quæ incipit: muriendo el padre, in fin.* servatur tamen quòd su-

supradictum est: *concord. tamen cum ll. Part. quòd not. Acur. auct. de hære. ab intesta. veni. §. reliquum.* Et est notandum, quòd si filij fratrum de quibus hic habent patruos, sicut frater excludit patruum, sic filius fratris excludit eum, etiamsi sint in tertio gradu, & pari, eo quia præfertur linea descendens, etiam in gradu transversali: *ut in auct. post fratres, & ibi placitat Bal. C. de leg. hære. concord. auct. de hæred. ab intesta. veni. §. consequens, colla. 9. concord. cum hac l. 6. Part. tit. 13. l. 4. 5. & 6. & foro juzgo, lib. 4. tit. 3. l. 5.* Sed hoc non habet locum in alijs transversalibus, qui non sunt fratres, vel filij fratrum, quia æqualiter succedunt qui sunt pares in gradu, sive in linea ascendente, sive descendenti: *ut in auct. post fratres fratrum, & ibi Bal. in l. avunculo, C. de communia de succ.* Notandum est etiam, quòd licèt successio transversalium dividitur in capita, exceptis filijs fratrum qui succedunt cum patruis in stirpes, ut suprà dixi, non tamen habet locum ista regula in successione rectæ lineæ ascendentis: v. g. si est avus, & avia paterna, & avus maternus solus, vel è contra avus, & avia unius lineæ computantur pro una persona, quia linea conjungit eos, ut in *auct. defuncto*: idem dicimus in linea descendenti: *ut suprà dixi.* Modo quæritur, pone, Titius defunctus est, superstitibus avo, & avia paternis. Item, superstite uno filio sororis, & duobus filijs fratris, qualiter isti succedunt: *& tenet Bal. in d. auct. post fratres*, quòd debent fieri quatuor partes: ut unam habeat avus, & aliam avia, alteram autem filius sororis, & aliam duo filij fratris: sic enim servatur quota respectu omnium, nam ascendentes succedunt in viriles, & transversales in stirpes, & hæc est veritas secundum eum, avus enim æquiparatur fratri defuncti in succedendo secundum veram opinionem quòd est valdè notandum. Item nota, quòd ultra filios fratrum standum est regulæ, quòd qui prior est in gradu potior est in jure: est conclusio *Bald. in l. consanguinitas, C. de leg. hæ.*

(*a*) O SOBRINOS. Nota de ista dictione, vel & aut, quòd quandoque ponitur pro idest, ubi ponitur inter ea quæ idem sunt: *ut not. glos. in l. 1. C. ubi de cri. agi. oportet.* Quandoque ponitur aut pro &: *ut ff. quòd vi aut clan. l. is qui imputeum, §. interdum*, & sic ponitur hic, quia aliàs jus commune resisteret: *ut alleg. l. post fratres.* Quandoque ponitur aut pro non, vel pro idem *C. qui mo. excu. hi qui post imple. mil. lib. 10. & ff. de leg. l. nam imperator.* Et sic nota, quòd hic, vel seu, aut, ponitur pro &: *ut not. Bal. in l. fi. C. de sent. & inter omn. jud.* Quòd intelligo quando alternativa destruit intellectum legis: ut hic, & ponitur enim dictio, vel pro, ut ordo juris servetur: *ut est text. notabilis, & ibi Bal. in lib. feud. rubr. de eo, qui hæredibus suis masculis, & fœminis, cap. 1. circa princ.* Ponitur aut vel propriè pro aut, quando non sunt patrui qui succedant, sed solum filij fratrum, & sic potest intelligi in hac lege ista dictio vel. Item, in eo qui suprà dicitur, quia frater utrique conjunctus præfertur, habet verum in successione quam quis vendicat sibi in bonis fratris præmortui, quia tunc præfertur plus conjunctus, secus ubi tractatur de jure accrescendi in bonis patris, quæ adhuc non sunt quæsita fratri, quia repudiavit: tunc enim omnes fratres, tàm utrinque conjuncti, quàm alij pariter admittuntur: *ut not. Bar. in l. conjuncti, circa fi. de leg. 3.* Item nota, quòd in feudi successione frater ex utroque parente non excludit fratrem ex patre tantum *per text. in lib. feud. rubric. de gradibus succedendi in feudum.* Nam in feudo non succedunt aliqui, quia cognati, sed quia agnati, nec proprio jure hæreditatis, sed beneficio divi Adriani secundum Doct. super rubrica de successione feudi, licèt enim duæ qualitates concurrant, tamen cum altera earum est impertinens ex ea non augetur effectus: *not. Bal. in d. tit. de gradibus succed. in feud. c. 1.* Item nota, quòd propriè loquendo, si nomen fratris profertur sine adjuncto, non compræhendit consobrinos, & ideo si statutum dicit quòd frater excludat sororem, non sequitur quòd sicut excludit eam frater, sic & consobrinus excludat so-

ro-

ò dende ayuso. (*a*)

rorem, vel consobrinam: imò videtur casus omissus, & fuit quæstio satis triturata, in qua Bal. consuluit pro ista parte, licèt quidam alius consuluit pro alia parte, & malè: *ut nota ipse Bal. in usibos feud. cap. de feud. marchiæ committatus*, §. 1. *in fi. de quo per Ci. in l. 2. C. de adult. & l. 1. C. quæ sit lon. consuet.* Item nota circa materiam hujus legis, quòd ille qui vult invenire gradum, debet invenire stirpem: *ut not. C. de succ. edi. l. si aviæ.* Item, persona absolutè posita non facit gradum, sed relativè posita facit gradum: *secundum Ja. Butr. ibidem.* Et hoc facit ad quæstionem dicit testator, si filius meus decesserit sine hærede, quòd intelligitur ibi sine liberis, substituo Titium, & ejus hæredes, nam istud verbum hæredes non compræhendit hæredem Titij patrem, & multo minus extraneum, nam talia sunt subjecta qualia prædicata demonstrant: *ut ff. de interrog. act. l. si defensor.* Item, quia non præsumitur testator fatuus, & sine ratione intellectus esse, aut stultus si excluderet extràneos hæredes filij, & maximè conjunctos propter extraneos hæredes substituti: *ar. ff. de cond. & demonst. l. publ.* §. 1. *& ideo Spec. in tit. de test.* §. *in primis, ver. fi.* dicit, quòd nomen hæredis in ultima voluntate appositum, in substitutis non significat alios quam descendentes, licèt in contractibus, & legatis regulariter significet omnem directo succedentem in universum jus quòd defunctus habuit: *ut C. de hæred. inst. l. fi. & ff. de cond. & demonst. l. sub diversis*, §. 1. *& ff. de eden. l. quædam*, §. *his autem, ut not. ista Bal. in lib. feud. rubrica de natura successionis feud. c.* 1. Item nota, quòd cum nomen lineæ sit nomen complexivum, si sunt plures lineæ in succedendo, & in pari gradu pariter succedunt in stirpes, & non capita, quòd intelligo verum sine dubio, quando nepotes succedunt cum patruis, quia oportet quòd veniant ingrediendo locum paternum, sed quando descendentibus patruis veniunt per se, & jure suo. Item, fratres patrueles, eorum patruo sine hærede defuncto succedunt in capita pro numero personarum, & tamen si sunt tres fratres ex una linea, & deficeret unus ex his tribus, & accresceret proprijs fratribus, & non fratri patrueli, *per text. in lib. feud. rubrica de natur. successionis, feud. cap.* 1. *& ibi not. glos. quæ approbatur ibi per Bal.* Ad ea quæ hic nota est notandum, quòd licèt appellatione filij non continetur nepos ex propria significatione, continetur tamen ex interprætatione juris: *ff. de ritu nupt. l. senatus consultus, & ff. de leg. l. quòd verò.* Non tamen continetur nepos inspecto communi usu loquendi, qui derogat interprætationi juris: *ut not. Bal. in tit. qui feud. da. po. c.* 1. *ver. & quia vidimus.* Nec etiam appellatione filij continetur nepos in privilegijs, nec ubi agitur de præjudicio tertij, quòd facit ad statutum disponens, quòd filius excludat sororem dotatam, nam si præmoritur filius non excludit eam nepos, aliqui tamen tenent contrarium: *ff. de excus. tut. l. sed, & milites, & ibi Bal. in princ. & vide quòd dixi suprà tit. proxim. l.* 9. Item nota, quòd licèt hæredis appellatione regulariter continetur non solum hæres primus, sed etiam hæres hæredis in infinitum, fallit tamen in casibus expræssis in jure: *ff. de ver. sign. l. sciendum, & C. deleg. l. onalibus.* Et intelligitur etiam de hærede extraneo, nisi resultaret absonus intellectus: *ut not. Bart. in l. Gajus*, §. *& si parente.* Ubi etiam limitat primum dictum, quòd intelligitur de hærede in infinitum, nisi resultaret iniquitas, & contra mentem disponentis: *ut l. ex facto*, §. *fi. ff. ad Treb. & quòd not. Bar. in l. qui libertus*, §. *hæc verba, ff. de vul. & pup. subst. & Henr. in c. cum dilectus, de donat. q. fi. vide infrà l.* 10. *in addit. & Bal. in l. cum in libris, C. de hæred. inst. & vide glos. in c. ex transmissa de filijs Præsb.*

(*a*) O DENDE AYUSO. Nota, quòd ulteriores, post fratres, & filios fratrum succedunt ex se, & ideo non consideratur persona ejus à quo descendunt, sed tantum personæ descendentes, & sic veniunt in capita, ut dixi, secus in filijs fratrum, ubi consideratur persona ejus à quo descendunt, & necessè est, ut ea fungantur undè veniunt in stirpes: *ut in auct. dicta cessante, & ibi Bal.* quòd ha-

Ley II. Como los hijos naturales son fechos legitimos por el matrimonio.

SI home soltero (*a*) con muger soltera ficiere fijos, (*b*) è despues casáre con ella, estos fijos sean herederos (*c*).

---

habet locum patruo stante, quòd dic, *ut suprà, & infrà eod. tit. l.* 13. Et licèt hic faciat mentionem de descendentibus per lineam transversalem, non tamen negat de ascendentibus in pari gradu: *ut supradictum est.* Et sic nota, quòd repræsentatio non extenditur ultra personas nepotum: v. g. avus habuit unum nepotem, & ex alio nepote defuncto, pronepotem, in tali casu non succedit pronepos cum nepote: *ut est text. in auct. de hæred. ab intest.* §. *hujusmodi, & idem Spec. in tit. de succes. ab intest. ver. quid si aliquis.* Item, nec habet locum repræsentatio quando parentes supererunt, & fratres sunt mortui, sed habet locum quando ascendentes succedunt descendentibus: *ut alleg. auct. de hæred. ab intest.* §. *consequens, not. Jo. Fab. inst. de hæred. quæ ab intest. de.* §. 2. *vers. nunquid filius*, vide tamen eum *in* §. *fi. eod. tit.*

ADDICION.

Esta Ley se limita por la Ley 2. de la 4. Partida, tit. 15. que es quando alguno siendo soltero ha fijos de manceba, que en tal caso, caso que se case con ella, muerta su muger, los hijos no se legitiman: vey por todo el dicho tit. cómo los fijos naturales, ò bastardos se legitiman, y en qué casos no se pueden legitimar.

(*a*) SI EL HOME SOLTERO. *Concord. c. tanta cum jur. alleg. in glos.* 1. *extra qui fi. sunt le. & inst. de nu.* §. *fi.* Optimè enim dicit soltero, quia aliàs sequens matrimonium non legitimat incestuosos, nec natos de adulterio: *ut in d. c. tanta*, §. *si autem*, *nisi in casu infrà eod. l.* 4.

(*b*) FICIERE FIJOS. Et hoc verum de filijs genitis, & natis de concubina cum qua poterat esse licitum matrimonium: *ut not. Doct. in d. c. tanta.* Cave tamen quòd Host. dicit, quòd geniti, & nati ex clandestino matrimonio non legitimantur, licèt etiam non approbent parentes matrimonium: *ut ipse not. in summ. qui fi. sunt leg.* §. 2. *& Jo. Fa. in d. c.* §. *fi. inst. de nupt.* ubi tenet, quòd si filius fuerit conceptus ex damnato coitu, fortè tempore matrimonij alterius parentis, natus tamen tempore quo erant soluti, & postea subsecutum fuerit matrimonium cum generante, quòd talis erit legitimatus per subsequens matrimonium, cum tempus nativitatis expectetur: *ut in d. cap. tanta*: dum dicit, & prolem susceperit, *& ibi Host. & in c. quòd nobis, eod. tit.* quòd est notandum, contrarium tamen tenet *Bal. in l. benignus, ff. de legi.* dicens: quòd in legitimatione vera attenditur conceptio, non origo, undè non dicitur quis legitimè natus nisi sit legitimè conceptus: casus est notabilis *in l. Paul. ff. de sta. hom.* quòd facit ad multas quæstiones: *concord. cum suprà alleg. l. ex liber. & ibi Bal. in princ. C. de suis, & leg. hæred.* Et nota, quòd licèt *Jo. Fab. ubi suprà, & Ja. de Bel. in auct. qui mo. nat. effi. sui.* Teneant, quòd quantum ad succedendum non requiritur solemnitas instrumenti matrimonij atque dotis: *Bald. tamen in auct. si qua illustris, C. ad Orphic.* tenet, quòd hæc solemnitas requiratur quoad succedendum, licèt non requiratur quoad ordines Ecclesiasticos: *ut d. cap. tanta.* Vide decissionem notabilis quæstionis circa hanc materiam *per Jo. An. in mercurialib. in c. sine culpa, de reg. jur. lib.* 6. *& per Ja. de Bel. in auct. d. qui mo. na. effi. sui*, §. *tribus autem, & per Henr. in d. c. tanta.* De filio legitimo qui præfertur prius nato, & post legitimato, ubi consuetudo inter legitimos differt hæreditatem primogenito, sivè dicamus, quòd secundum matrimonium sit collatio legitimitatis, sit casus *in c. si pro te, extra de rescript. lib.* 6. sivè sit restitutio legitimitatis, sit casus *in cap. si aplicen. de præb. eod. lib.* quam latè prosequuntur dicti Doct. *ubi suprà, & Henr. in alleg. cap. tanta.* Et hæc quæstio est disputata Bononiæ in quæstione quæ incipit: Si consuetudo.

(*c*) SEAN HEREDEROS. Et nota, quòd talis legitimatio potest fieri per matrimo-

Ley III. Como deben ser escriptos los bienes del defuncto quando la muger quedáre preñada, è no hobiere otros fijos del marido.

SI el que muriere dexáre su muger preñada, (*a*) è no hobiere otros fijos, los parientes mas propinquos del muerto en uno con la muger escriban los bienes del muerto ante el Alcalde: è tengalos la muger (*b*), è si despues nas-

---

monium in extremis contractum: *ut not. Doct. in d. cap. tanta, & ibi Henr.* qui tenet, quòd matrimonium sequens, licèt legitimet prolem, non tamen sponsalia sola non secuta copula carnali: & circa hoc nota conclusiones *Jo. An. in mercur. in dict. cap. sine culpa.* Prima conclusio, quòd matrimonium in extremis contractum legitimat prolem. Secunda, quia medium matrimonium non impedit legitimationem, hinc est, quòd si ex concubina primò habui filium, & postea cum alia contraham matrimonium, quòd mortua uxore, si contraho cum concubina quam habui, legitimatur proles. Tertia conclusio, quòd si tempore coitus parentes conjuges esse potuerunt, quòd si postea quandocumque contrahant matrimonium legitimatur proles, non obstante promotione ad sacros ordines postea per unum parentum facta. Quarta conclusio, quòd jus primogenituræ differtur legitimo postea nato, & non debetur prius nato, & post legitimato: *ut suprà dixi.* Quinta conclusio, quòd consuetudo defert jus primogenituræ prius nato, etiam in præjudicium Clerici qui postea natus est: quas conclusiones notabilitèr fundat *Jo. An. in alleg. regula sine culpa.* An autem per matrimonium possit quis invitus legitimari, & videtur quòd sic, quia illud quòd potest liberè producere effectum: *de just. & jur. l. manumissi.* Sed invito filio meo possum concubinam meam accipere in uxorem, ergo & invitum filium legitimare, cum legitimatio sit effectus matrimonij. Item, per matrimonium legitimatur quis in utero, & infans, & furiosus, ergo non exigitur consensus filij, nam in passiva dispositione non exigitur voluntas tertij, sed in activa sic: *ff. de adopt. l. si pater, in princ. & l. cum nepos.* Et sic pater acquirit usumfructum in bonis bastardi, accipiendo matrem ejus in uxorem: licèt contrarium tenet *Guillel. per l. fi. ff. de bis qui sunt sui, vel alie. juris, & in auct. qui mo. nat. effi. sui, §. generalitèr, & §. illud.* Opinio tamen supraposita approbatur *per Bal. in alleg. l. benignius, ff. de legi.* Ubi quærit ipse Bal. nunquid mortuo filio naturali possit quis per matrimonium legitimare sibi nepotem, cum ejus naturali avia contrahendo, & dicit quòd non, quia ista fictio requirit personam filij, ut per eam extendatur ad nepotem, ergo amoto medio, directè impedit effectum extremi: *ar. ad l. Acquil. l. huic scripturæ, de bonis liber. l. qui libertinus, §. posthumus.* Istud nota, quòd legitimatio non trahit ad se causam, & tempus de jure prohibitum: *ut alleg. l. Paulus, ff. de stat. hom.* Et est ratio, quia licèt fictioni non resistat dispositio facti, resistit tamen dispositio juris: *ut not. in l. talis scriptura, de leg. 1.*

ADDICION.

Para entendimiento desta Ley, vey la Ley 16. tit. 6. de la 6. Partida.

(*a*) SI EL QUE, PREÑADA. Benè dicit: preñada. Quia in materia successionum hæreditatum qui non erat conceptus habetur pro nullo: *not. in l. fratres, C. ad Orphic.*

(*b*) TENGALOS LA MUGER. *Concord. ff. de vend. in poss. mit. l. 1. cum se. & ff. si ventris nomine, l. 2.* Quæ quidem mulier sic prægnans nomine ventris debet mitti in bonorum possessionem, quòd non debet fieri nisi multis inquisitis: *ut not. per Bal. in l. ut verborum, 5. q. C. qui admitti. ad bo. pos. possunt, & in l. certum, C. undè leg.* Ista enim talis bonorum possessio est facti, habet enim plurimum facti, & minimum juris, quia licèt mulier sit in possessione non tamen possidet: *ut not. Jo. Fa. inst. de bo. posse. §. 1.* caveat autem mulier ne fingat se gravidam cum est sine omni conceptu, ut rebus alienis pinguis fieret, quia

ciere (*a*) fijo, ò fija, è fuere baptizado (*b*), haya todos los bienes del padre: è porque no se pueda facer engaño (*c*) en la nascencia del fijo, ò de la fija, el Alcalde con los parientes sobredichos pongan dos mugeres buenas, al menos que estén delante à la nascencia con lumbre: y no entre otra muger à aquella hora fuera aquella que la hobiere à servir à la paricion: y esta sea bien catada (*d*),

---

quia tunc hæredibus competit actio in factum contra eam: *ut not. Spe. tit. de eo qui mit. in po.* §. 1. *ver. porrò*, *sæpè aliquo defuncto*, *& vide 6. Part. tit. 6. l. 17. cum qua concord. ista l.*

(*a*) Nasciere. Et nota, quòd sufficit quòd hæres sit suus momento ad hoc ut transmittat perpetuo: *ut l. apud hostes*, *& ibi Bald. C. de suis*, *& le. hæredibus*: & circa hanc transmissionem vide quòd ipse *not. in l. cum antiquioribus in fi. C. de jure del.* Nota incidenter, quòd si mulier prægnans moriatur cum partu, & constat partum jam esse mortuum cum matre, non est scindenda mater, sed potest in Ecclesia cum partu sepeliri: & sic intelligitur *l. regia quæ est*, *ff. de mortuo inferen. l. negat. l. regia.* Si autem partus est vivus, vel dubitatur, tunc primò debet mulier scindi antequam sepeliatur, aliàs sepeliens esset homicida: notabiliter per *Host. in summa rubrica de cons. Eccles. vel alta.* §. *an sit*, *vers. quòd si mulier*: & sic etiam intelligitur, *cap. Ecclesiam*, *de cons. & dist.* 1. *& ibi glos.*

(*b*) E fuere baptizado. Hoc est jus novum, quia aliàs sufficiebat quòd abortivus vivus nasceretur, licèt vocem non emitteret, dum tamen esset integer, & non monstrus: *ut in l. uxoris cum l. seq. C. de posthu. hæred. inst.* Si verò baptizatus non est, cum talis sine nomine decessit haberi debet quasi nunquam fuisset: *ut est text. in cap. nam*, *& ego de verb. sign. & ibi Inno. & not. Bal. in li. feu. tit.* Episcopum, vel Abbatem, vel dominum plebis, *cap.* 1. §. *cum etiam.* Ubi dicit, quòd ille dicitur illico decedere, qui decedit antequam sit ei nomen impositum in baptismo, quòd tempus est, octo dierum secundum vetus testamentum.

(*c*) Facer engaño. Quid si mulier primò virò mortuo statim nubat, quòd liberè potest secundum dictum apostoli, & cum parit, dubitatur an partus sit primi, vel secundi viri: *Bal. in l. si matre*, *C. de suis*, *& le. hæred.* dicit, quòd præsumitur esse illius viri in cujus domo nascitur: sed plus placet opinio Bar. quam ponit *in l. Gallus*, §. 1. *in fi. ff. de lib. & posthu.* Qui tenet, quòd prius suspicienda sunt signa conceptionis, & si ista non apparent, standum est consuetudini mulieris in quanto tempore parere consuevit: *ar. l. non omnes.* §. *à barbaris*, *ff. de re mil.* Et si ista non apparent, committendum est medicis, vel obstetricibus peritis in arte illa: *ut l.* 1. §. *is. ff. de ve. insp.* Et ex qualitate personæ potest medicus hoc persuadere, quòd si hoc non apparet, recurritur ad illud quòd frequentius accidit, & advenit: *ut not. Bar. ubi suprà Bal.* tamen hanc quæstionem iterum movet *in l. septimò mens. ff. de sta. ho.* Quærens nunquid partus, qui potest esse, tàm de nono mense, quàm de septimò, potest enim dubitari propter successionem, cum mulier statim renupsit: & dicit *Jac. de Rave. ut reffert Bal.* Nihil præsumi, & quòd non sit legitime natus, quia patrem demonstrare non potest, habetur enim pro spurio quoad successionem: *ut l. vulg. de sta. ho.* Alij dicunt quòd ejus est filius cui assimilatur, sicut in pecudibus, alij dicunt quòd statur dicto matris, quia non est propriè testis: *ut l. etiam matris*, *ff. de proba.* Sed dicit ipse Bal. quòd præsumitur natus in nono mense per locum à communiter accidentibus, præsertim si aliàs mater consuevit parere in nono mense, & hoc per argumentum à consuetudine: *C. de probat. l. neque hanc q. disputavit Jac. de Bel. & ponit eam in l. quorum bo. ubi plenè per eum.*

(*d*) Sea bien catada. *Concord. de ventre insp. l.* 1. *cum sequentibus*, *& vide*, *l.* 2. *C. de carb. edi. cum notatis*, *in l.* 1. *eod. tit. & vide foro juzgo*, *lib.* 4. *tit.*

que no pueda facer engaño : è si la criatura muriere ante que sea baptizada, hereden su buena los parientes mas propinquos del padre, è no de la madre : è si despues que fuere baptizada muriere, heredelo la madre.

Ley IV. Como si home casado se casáre con muger que no sepa que él es casado, los fijos de entre ellos son legitimos herederos.

SI home que hobiere muger, è casáre (*a*) con otra, è hobiere fijos della, si esta con quien casa no supiere (*b*) que era casado, estos hijos sean herederos, y ella haya la meytad (*c*) de los bienes que ganáren de consuno : è si por aventura ella lo sabe que era casado, los fijos no sean herederos (*d*): y esta que se à sabiendas casa con marido ageno, sea metida con todos sus bienes, si fijos legitimos no hobiere en poder (*e*) de la muger que aquel marido habie: è faga della, y de sus bienes lo que quisiere, fuera que la no mate.

Ley V. Como el que no tubiere fijos, puede dexar lo suyo à su fijo adoptivo.

TOdo home que no hobiere fijos de bendicion, è quisie-

---

tit. 2. *l.* 18. *cum seq.* Ultimò nota, quòd muliere prægnante, nullus debet hæreditatem defuncti occupare, nisi sit certum non esse prægnantem: *ut* 6. *Part. tit.* 6. *l.* 16.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. de la 4. Partida, tit. 15. que pone en quántas maneras los hijos nascidos de matrimonio no son legitimos: la qual Ley dice, que si algunos se casaren ascondidamente, si fecho el casamiento, hobiese, ò pareciese impedimento, los hijos son bastardos: otro caso en el que esta Ley declara, è la dicha Ley pone exemplo en todo caso que hay impedimento, è los que se casan lo saben. Item, es otro caso quando alguno que tuviese muger hiciese hijos en barragana, que en tal caso, aunque con ella se casase, muerta su muger, no se legitiman los tales hijos.

(*a*) SI HOME, CASARE CON OTRA. Intellige publicè, & sine contradictione, & in facie Ecclesiæ, & servata solemnitate: *cap. cum inhibitio, extra de cland. desp.* Aliàs enim filij non essent legitimi, nec paterna ignorantia eos excusaret, si clam contradixisset : *ut c.* 2. *junct. cap. referente, & cap. ex tenore extra qui fi. sunt leg.*

(*b*) NO SUPIERE. Ignorantia enim, & bona fides unius conjugum facit legitimam prolem, etiamsi nascatur lite mota, & ante sententiam sit conceptus: *ut in dictis jur. & glos. fi. dict. c. ex tenore.*

(*c*) HAYA LA MEYTAD. Secundum formam: *l.* 1. *suprà eod. tit. de las ganancias.*

(*d*) NO SEAN HEREDEROS. Ut in dicto *cap. referente*: si enim quis contrahat non præmissa denunciatione, & solemnitate: *cap. cum inhibitio*, vel ea præmissa, contingat matrimonium ex justa causa interdici, & non obstante contradictione, contrahat, impedimento postea detecto, filij medio tempore nati illegitimi erunt: *ut not. in d. c. cum inhibitio, & in alleg. c. cum inter.*

(*e*) SEA METIDA EN PODER. Similem pœnam habes: *suprà eod. lib.* 3. *tit.* 1. *l.* 11. *& vide foro juzgo, lib.* 3. *tit.* 4. *lib.* 9.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 9. de la 4. Partida, tit. 16. en quanto al que probija, teniendo hijos, en quanto esta Ley dice, que si alguno probija à otro, y despues ha hijos, que el probijado no hereda, salvo los legitimos: la dicha Ley de Partida declara, que al probijado le puedan dexar el quanto el padre que lo probijare: quántas maneras hay de probijar, vey la Ley 1. del dicho tit. è la Ley 2. è 3. del di-

re rescebir à alguno por fijo, (*a*) è heredarle en sus bienes, (*b*) puedalo facer (*c*): è si por aventura despues hobiere fijos de bendicion, hereden ellos, è no aquel (*d*) que recibió por fijo: y esto mismo sea por el fijo de la barragana que fue rescebido por fijo, è por heredero. (*e*)

Ley VI. Como muerto el marido ha la muger el lecho del marido: è asi por el contrario.

SI el marido ò la muger muriere, el lecho que habien cotidiano (*f*) finque al vivo: è si se casáre tornenlo à particion con los herederos del muerto.

---

dicho tit. declara, quales hombres pueden probijar: è la Ley 4. *del dicho tit. declara à quién pueda probijar: è la* Ley 7. *del dicho tit. declara qué fuerza ha el probijamiento.*

(*a*) TODO HOME, RESCEBIR A ALGUNO POR FIJO. Quòd potest, cum adoptio sit actus legitimus, per quem qui filius non est pro filio habetur, quòd facilius conceditur liberos non habentibus: *ut ff. de adopt. l. neque ei*, §. *eorum*: quæ autem sit differentia inter arrogatum, & adoptivum: vide per *Azo. in summa, C. de adop.* §. *dividitur, cum sequentibus.*

(*b*) EN SUS BIENES. Non autem in bonis familiæ adoptantis, quòd dic: *ut in l. cum in adoptivis, C. eo. tit. & not.* quòd adoptans potest pupillariter substitui adoptato in bonis quæ ab ipso habet: *ut 6. Part. tit. 5. lib. 9.*

(*c*) PUEDALO FACER. Eo, quia adoptio naturam imittatur: *ut inst. eod. tit.* §. *minorem*: ideoque minor natu non potest adoptare majorem, quia hoc esset monstruosum, ut ibi: *& 4. Part. tit. l.* 3. Nec adoptans sit impotens ad generandum, nec deficiat in virilibus, qui autem potentiam habuit generandi, licèt casu eam amiserit, potest adoptare, ut ibi: *& inst. eod.* §. *de qua materia vid. infrà lib. 4. tit. 22. per totum, & 4. Part. tit. 7. per totum.*

(*d*) E NO AQUEL. Hoc est jus novum, quia, & de jure communi, & de jure partitarum adoptatus succedebat adoptanti ab intestato viriliter cum legitimis, & naturalibus, licèt non succedat cum consanguineis adoptantis, nec ejus filijs: *ut 4. Part. tit. 16. lib. 9. & not. in d. l. cum in adoptivis, & inst. eod. tit.* §. *sed, & si. glos. super parte bonorum, & in auct. qui mo. na. effi. sui,* §. *si quis ergo in fi. & Bar. in l. si ex facto, ff. de vulgar. & pupil. subst.*

(*e*) HEREDERO. Et licèt de jure iste succedebat cum legitimis: *ut in juri suprà alleg.* Hodie tamen servatur hæc lex, & non obstat *l. fi. eod. tit.* quia intelligitur legitimis non existentibus: vide de hac materia *Inno.* 30. *q.* 4. *in summa, & Doct. signanter Hen. in cap. unico, extra de cogna. leg. & infrà lib. 4. tit.* 22. *l.* 1. An ad faciendam adoptionem debeant vocari agnati, vel alij quorum interest: *vide Jo. Fa. inst. eod. tit.* §. *licèt eam.* Ultimò nota, quòd sola denominatio filij non probat filiationem: *ut l. neque, C. de test.* Nec verba enunciativa prolata contra veritatem inducunt dispositionem: *ut l. verba, C. de testam.*

(*f*) SI EL MARIDO, LECHO COTIDIANO. Si legatus sit lectus per maritum uxori viduæ, an extendatur ad lectum pretiosum, & culcitram de sirico: *& Bar. in l. liberorum,* §. *fi. ff. deleg.* 3. Tenet, quicquid dicatur in contrario, culcitra de sirico, & omnia ornamenta veniunt, ut ibi est casus: *Bal. tamen in l. voluntas, C. de fideicom.* Tenet, quòd tale legatum intelligitur de eo lecto quòd congruit viduæ de mediocri, quia illa cultrix festivà non congruit viduis: hoc idem tenet *Ang. in l. plomum,* §. *æquitij, ff. de usu, & habi. & facit gl. in l. denique,* §. *idem Labeo, ff. mandati.* Ubi procurator debet facere expensas eundo ad negotia domini, secundum qualitatem suæ personæ: ut reffert *Andreas Barba. in cap. pastoralis, de don.* 3. *notabili*: & hanc opinionem credo veram per hanc legem.

(*f*) LECHO COTIDIANO. Idem dicimus de vestibus, & ornamentis vilibus, & ne-

necessarijs ad usum quotidianum uxori, vel nurui datis, quæ quidem vestes quotidianæ sunt propriè mulieris, nec veniunt conferendæ, quia ab initio tenuit donatio: *ut l. examine, in princ. ff. de donat. inter vir. & uxor. & ad l. Fal. l. sivè usufructus*, §. 1. *de pecul. l. peculium*, & sic sine dubio pertinent ad hæredes uxoris. Si autem sunt vestes pretiosæ, vel ornamenta festivalia, & tales non efficiuntur uxoris, quia non fuerunt tales res donatæ, sed ad usum traditæ, ut uxor magis ornata vadat: *ut l. mortis suæ causa, in princ. & §. fi. ff. de donat. inter vir. & uxor. & hoc not. glos. in l. si usufructus, ad l. Falc.* Et hoc dicitur velle lex, quòd talia ornamenta non sunt uxoris nisi expræssè legentur: *ut l. ornamentorum, ff. de auro, & ar. le. & de leg.* 3. *l. hoc legatum, & l. seq. & hoc placet Bar. in l. in his*, §. 1. *& in l. fi. ff. sol. matr. & idem Bar. in tractatu de duobus fratribus, q.* 3. Alia opinio est, quòd omnia vestimenta, & ornamenta, quæcumque sint illa, lucratur uxor, quia vir donasse videtur, & donatio sit morte confirmata: *ut l. cum hic status*, §. 1. *de donat. inter vir. & uxor. & C. eod. tit. l. si filij, & fam. hær. l. filiæ.* Sed dicit Bar. ubi suprà, quòd non obstant istæ leges, quia in lege cum hic status, non constat de animo donandi: vir illam dedit, nec obstat lex filiæ, quia aliud in filia quam in uxore, & diversa est ratio, nec obstat allegata lex si filij, quia respondeo: *ut ibi not. Bar.* Alia est opinio Di. dicentis, quòd vestes quotidianas non videtur vir donare, quia vir tenetur alere uxorem: *ut l. si cum dotem*, §. *sin autem in sævissimo, & l. quòd si mulier, sol. matr.* sed appellatione victus continentur vestimenta: *ut l. verbo victus, de verb. sign.* Cum ergo necesse habet dare vestimenta non videtur donare, quia nemo in necessitatibus liberalis existit: *ut l. rem, de adi. lega.* & videtur casus in allegatis legibus mortis suæ causa: sed ex hoc dicto Di. sequæretur, quòd vestes quæ sunt ad usus quotidianos non videtur donare, sed remanent hæredibus viri, & vestes festivæ, & pretiosæ videntur donari, & sic sunt uxoris, qui intellectus contineret iniquitatem: quidam tamen famosissimus Doctor *Rodericus Alvari de Vorenco* per cancelariam consultus huic quæstioni respondit, quòd contra opinio *Bar. suprà positam Petr. de Bella partita in suo originali ponit totum contrarium, quòd probat per l. id vestimentum, ff. de pecul.* ubi videtur casus, *& sic concord. cum opin. Di. de qua suprà in l. Quintus Mucius, de aur. & ar.* sed dicit quòd Accur. qui est in judicijs observandus *in l. sed si mulier*, §. *sed si vir lana, ff. de donat. inter vir. & uxor. & in alleg. l. si usufructus tenet*, quòd omnes vestes sunt mulieris, sed dicit ipse Doctor Roder. Alvar. quòd pannos necessarios quos dat vir uxori tempore nuptiarum, sicut miles, vel Doctor dat uxori pannos de scarlata, qui sunt de excusa, quos sine pudore non potest excusari miles, vel Doctor dare, & tales sunt mulieris per jura allegata *per Di. & Pet. de Bella part. & per l. Quintus Mucius, suprà alleg.* Sunt autem alij panni qui sunt excusæ, quos potest maritus sine pudore excusare uxori dare, sicut sunt panni de purpura, vel lanæ de pubrem, qui pertinent Regibus, & non alijs indui, & isti sunt hæredum viri: *ut not. Accur. in d. l. si usufructus.* Nam panni qui dantur uxori, ut pulchrior appareat, & poterat vir excusare illos sine pudore dare sunt semper viri: & in hoc videtur concordari *Bar. cum Di.* si benè intelligatur, lìcèt *glos. & Pet. in alleg.* §. *sed si vir lana, & in l. id vestimentum.* Aliud tenent sed, quòd semper panni de excusa sunt mulieris: de qua opinione non est curandum secundum *Bal. in l. pen. ff. sol. matr.* Ubi tenet, quòd si vestes erant honorabiles secundum dignitatem viri, & uxoris, & adeo cum venirent uxori, quòd sine ipsis non posset uxor commodè, & honestè in publico comparere, quòd idem intelligitur de ipsis quòd de vestibus quotidianis, præsertim si hoc patiuntur fructus dotis: est enim eadem ratio secundum eum, quia totum hoc fit ex necessitate: *Salic. in l. sicut, C. de donat. inter vir. & uxor.* recitat dictas opiniones, & finalitèr concludit, quòd vestes quotidianæ pro omni tempore, vel pro certo tempore, ut festivales, vel æstivales, vel hyemales tales remanent uxori, dummodo nimis non sint excessivæ: *ut alleg. l. examino.* De alijs autem vestibus pretiosis dicit consuetudinem servandam: *& vide Bal. in l. cum te. C. de don. ante nupt.* Idem de pannis datis tempore nuptiarum, qui indistinctè sunt mu-

mulieris, ut supradictum est: si autem sunt dati durante matrimonio, tunc judicatur de illis sicut de lo mejorado: *concord. quòd not. Pet. Jac. in libellis suis, tit. de rerum amotarum, q.* 1. Et adde, quòd hæres viri tenetur emere vestes lugubres: *ff. de stipul. serv. l. si ex re. facit ff. de operis libertorum, l. sic.* De foro tamen municipali de Sepulveda omnes vestes sunt corruptæ mulieris: *lib.* 3. *l.*64. *cum sequentibus.* Item, ad materiam hujus legis nota, quòd si testator legat uxori suæ vestes, & jocalia, quas æstimat valere centum, quia si valent plus, & fortè duplum, non poterunt hæredes minuere legatum, idem si minus valerent dictæ res, quia mulier non poterit plus petere: *ut not. Doct. in l. si fundum sub conditione*, §. *si libert. deleg.* 1. *ut reffert Barb. super rubrica de empt. & vend. in fi.* Item nota, quòd si vir legavit uxori frumentum quòd habebat in domo, & supervinens frumentum illud consumpsit, debetur sibi illud quòd reperitur tempore mortis, nam fructus ultimi anni succedunt in locum primi: est conclusio *Bar. in l. si servus*, §. *quinque, ff. deleg.*1. Quid de jocalibus? & est idem dicendum, quòd de vestibus, scilicèt, quod jocalia data à viro uxori non efficiuntur uxoris, nisi morte mariti talis donatio fuerit confirmata: *juxta alleg. l. donat. C. de donat. inter vir. & uxor.* Et hoc quando constat quòd animo donandi tradiderit, sed si hoc non constat, sed sunt jocalia magni valoris, potius præsumitur quòd causa depositi, vel commodati dedit uxori, ut ornaret se de illis, quam causa donationis, si autem sunt jocalia modici valoris, & ad continuum usum destinata, & tunc simpliciter sibi tradendo videtur animo donandi tradidisse, & ideo per mortem donantis talis donatio confirmatur: & ita dicit *Andr. de Pisa. per glos. dictæ l. cum quid & ibi Bar. & in l. in his*, §. *servus, ff. sol. matr.* ubi tractat de vestibus, *& Salic. latè in l. sicut, C. de don. inter vir. & uxor. & Bal. in l. omnino, C. de inoffic. test. & in l. cum te. C. de donat. ante nupt.* idem videtur tenere *Bal. in auct. ex testam. C. de coll. vide quòd not. infrà eod. lib. tit. de las Donaciones, l.* 9. *& vide l.* 3. *eod. tit. de las Donaciones.* Item, donatio facta in nuptijs per consanguineos conjugum quæ dicitur redoma, vel strenas intelligitur data gratia mulieris, ideo efficitur sua juxta doctrinam *Bart. & Bal. in simili in l. sed si plures*, §. *in arrogato, ff. de vul. & pu. subst.* aliter determinat *Bar. in d. l.* §. *in arrogato*: scilicèt, quòd facta contemplatione viri, & è contra: *& vide Ang. in c. fuerat, inst. de act.* Item nota, quòd coronæ, & gemmæ, & ornamenta quæ sponsi mittunt ad sponsas, ut vadant ornatæ ad domum maritorum, non videntur donatæ, sed commodatæ, nec confirmantur morte, nec debent apud uxores manere nisi aliter se habeat consuetudo, de quo Bar. & alij moderni *in l. pen.* §. *servus, ff. sol. mat. & Doct. in notula suprà proxim. & Barb. super rubrica de commoda.* Qualiter probatur mors alicujus, & quis debeat eam probare: *vide Bar. in l.* 2. §. *si dubitetur, ff. quem ad test. ape. & in l. si quid, C. sol. mat. & Bal. in l. nec nos, C. de capt. & post li. reversis, & Ant. de But. in c. in præsentia, de spons. & Bar. in tractatu de test.* §. *mortuum hominem.* Item, ad legem suprà proximam nota, quòd si maritus relinquat uxori usumfructum omnium bonorum, & extraneos scripsit hæredes, mulier habebit usumfructum in omnibus bonis testatoris: *ff. de usufruct. le. l. uxori meæ.* Si tamen defunctus reliquit liberos hæredes, tunc habebit mulier usumfructum omnium bonorum deducta legitima in qua liberi gravari non possunt: *C. de inoffic. test. auct. novissima.* Si autem vir relinquat uxorem dominam, & usumfructum suorum bonorum, & similia verba, intelligitur ei reliquisse illud tale dominium, & illum talem usumfructum quale habebat vivo marito, & ideo debet habere victum, & vestitum eo modo quo habebat vivente marito, considerata qualitate personæ, & quantitate patrimonij, & consuetudine testatoris: *ut ff. de test. l. hæredes*, §. *si not. & deleg.* 1. *l. si servus plurimum*, §. *fi. hoc not. Bal. in l. fi. C. de indi. vidu. tol. ubi alias quæstiones notabiles de hac materia not. & not. Bar. in l. Titia*, §. *fi. ff. deleg.* 2. *Ang. & Salic. in auct. quòd locum, C. si mulier* 2. *nupt. & Bal. in l. si pater, C. de usufruct. & in l. circum*, §. 1. *ff. de usu. & habi. & Barb. in cap. fi. de pig. & elegantèr per Spec. tit. qui fi. sunt le.* §. *si quis, cum sequentibus, & ibi Jo. An. in addit.* Item nota, quòd si testator instituit uxorem hæredem donec vixerit, & post ejus

Ley VII. Como los nietos han de partir con el tio igualmente la facienda del abuelo.

SI el muerto dexáre nietos (*a*) que hayan derecho de heredar, quier sea de fijo, (*b*) quier de fija, ò hobiere mas nietos del un fijo que del otro, todos los nietos de parte del un fijo hereden aquella parte que heredára su padre si fuese vivo, (*c*) è no mas (*d*): è los otros nietos del padre del otro fijo, maguer sean mas pocos, hereden todos lo que su padre heredaría.

Ley VIII.

SI à la hora que muriere el padre, ò la madre, ò qualquier dellos, alguno de los fijos no fuere en la tierra, y el otro fijo que y fuere, tomáre, ò se apoderáre de la buena que les pertenesce por herencia: quando quier que viniere el hermano que no era

---

ejus mortem pauperes Christi, quòd post mortem uxoris pauperes venient jure fideicommissi, quia paganus non substituit directo, sed obligatur etiam ad pias causas: *ut l. Scevola, & l. Centurio, ff. de vul. & pu. subst. & cap. si pater, de test. lib. 6.* Item, si testator dixit uxori meæ relinquo usumfructum bonorum meorum, & post ejus mortem fratrem meum instituo hæredem, dic quòd interim nullus erit hæres: *ut l. extraneum, C. de hæred. inst.* Cum tempus mortis sit in persona tertij, & possibile est fratrem testatoris mori ante uxorem, & sic nec ejus hæredes habebunt hæreditatem per notata per *Salic. in d. l. extraneum.* Et in tali casu uxor usufructuaria petet usumfructum à seipsa cum non sit hæres à quo petere possit, cum possessio bonorum vacet: *ar. eorum quæ non, C. deleg. l. non dubium, & ff. deleg. 2. l. Titia test.* §. 1. potest etiam in dictis officium implorare: *ar. ff. de pet. hæred. l. hæred. in fi. not. Sal. in d. l. extraneum.* Et juxta legem suprà proximam quærit *Bal. in l. ambiguitatis, C. de usufruct.* Si testator reliquit uxori suum usumfructum usque ad decem annos, & postea relinquit eum Sejo, uxor verò decedit interim, numquid Sejus statim habebit, an debebit spectare transitum decennij, ita quòd interim hæres habeat, & non Sejus, glossa videtur determinare pro hærede: *ff. ad Trebel. l. Sejus Saturninus, facit l. Publius*, §. 1. *de cond. & demon. in contrarium facit ff. ad Trebel. l. à filia*, §. *alumno.* Nam in prima sententia erat apposita dilatio favore uxoris, ergo cessante causa dilationis cessat dilatio: *ut ibi dicitur Bald. ubi suprà.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 3. tit. 13. de la 6. Partida.

(*a*) SI EL MUERTO, NIETOS. *De quibus vide quòd dixi suprà tit. proxim. ninguno home, & suprà eod. tit. l. 1.*

(*b*) QUIER SEAN DE FIJO. Quid si pater, vel mater nepotum renuntiavit hæreditati patris, vel matris, & juravit, an hoc nocet nepotibus: vide notabilitèr per *Bal. in l. pactum, C. de collat.*

(*c*) SI FUESE VIVO. Et est ratio, quia hæres hæredis testantis est hæres: *vide de hoc Brocardio latè per Bart. & Bal. in l. ult. C. de hæred. inst.*

(*d*) E NO MAS. Habuit ortum ista lex à *l. 2. & auct. in succes. C. de suis, & le. hæred.* ubi non in virilibus portionibus, sed in stirpibus nepotes avo succedunt: secus in casu *l. 13. infrà eod. tit. de quo vide quòd dixi suprà eod. tit. l. 1.* Est tamen notandum, quòd in casu hujus legis, si id in quo succeditur est corpus hæreditarium, succedetur in stirpes: *ut hic.* Si autem non est corpus hæreditarium, ut jus patronatus, vel feudum: ut tunc succeditur in capita secundum doctrinam *Bal. in d. l. 2. C. de suis, & leg. hæred. concord. cum hac l. 6. Part. tit. 13. l. 3. & foro juzg. lib. 4. tit. 2. l. 19.*

en la tierra entre aquella buena (*a*): è no le pueda decir (*b*) el herma-

(*a*) SI A LA HORA, ENTRE EN AQUELLA BUENA. Et potest agere etiam familiæ hærciscundæ, & incrementum fructuum suæ portionis percipere: *ut l. non est ambiguum, C. fam. hærc.* Et etiamsi divisio facta est inter cohæredes præsentes, juri absentis, & ignorantis præjudicari non potest, quando pro indiviso portionem suam cum redditibus communibus rebus retineat: *ut l. cohæredibus, C. fam. hærc.* Et in eo quòd dixi de fructibus, habet locum, quòd fructus augent portionem absentis, etiamsi bona fide sunt percepti à præsente in universalibus judicijs: *ut in pet. hæred. & fam. hærc. & in actione ex testam.* secus in singularibus: *ut notabilit. per Ci. in d. l. non est ambiguum.* Nec obstat hæreditatem petenti, longi temporis præscriptio, si possidens pro hærede, vel pro possessore possideat, obstaret tamen si pro emptore, vel pro donato, vel alio titulo res hæreditariæ possideantur: *ut in l. hæred. C. in quibus causis ces. longi tempor. præscript.* distinctione tamen quæ ibi ponit per glossa & Doct. An, & quando, & quomodo potest hæres petere se mitti in possessione bonorum defuncti ex testamento, vel ab intestato, vide plenè per *Host. & Jo. An. in c. dilecto de verb. sign. & in l. fi. C. de edi. divi Adri. tol.* Est tamen circa hoc notandum, quando aliquid debitum, vel certa portio simplicitèr, & determinatè debetur hæredi, potest hæres sua auctoritate hæreditatem occupare: *per l. hæredes, ff. de acqui. pos. concord. quòd not. Inno. in cap. cum inofficijs, de tes. circa fi. & est tex. juncta glo. in l. cum miles, ff. ex quibus causis majo.* Secus si in non simplicitèr, & determinatè: *ut l. 2. C. quomodo, & quibus, 4. pars, lib. 10. & ibi per Bar.*

(*b*) NO LE PUEDA DECIR. Potest esse ratio, quia in suos hæredes dicitur continuari dominium non nova hæreditas obvenire: *ut l. in suis ff. de lib. & posth. ex qua l.cum ibi notata*: per Bar. collige, quòd propter hoc in suis hæredibus non habet locum titulus pro hærede: *ut l. nihil, C. de hærede collige ergo* 2. Quòd filij, & cæteri sui vivo patre dicuntur quodam modo domini, cum ergo efficiuntur hæredes non possunt dici habere novum dominium, cum illud ante habebant. Item collige, quòd verùm est dictum, quòd nova hæreditas non dicitur obvenire filio, sed magis administratio libera quam ante non habebat, & licèt duo non possunt esse domini insolidum, filius tamen dicitur dominus impropriè vivo patre: & hoc est quòd dicit *glos. in d. l. in suis.* Quòd hoc dominium filij consistit in nudo, & puro intellectu, & magis in imaginatione quadam quam in veritate, simile dicit glossa in viro, & uxore, quia licèt vir dicatur dominus rei dotalis, tamen uxor est vera domina, quia in uxore dicitur retransire dominium, & in filium dicitur continuari: *ut ibi.* Item nota, quòd sicut dominium videtur in filium continuari, idem, & possessio, quia novus titulus possessionis non dicitur obvenire filio: *ut all. l. nihil, C. pro hærede*: tamen nova possessio, & nova appræhensio est necessaria: *ut not. Bar. in d. l. in suis*, & hoc vult ista *l. concord. suprà eod. foro, lib. 2. tit. 11. de las prescripciones, l. 2. concord. cum hac l. quòd not. Bal. in l. ea lege, C. de cond. ob causam.* Ubi concludit, quòd si per statutum civitatis, mortuo testatore, fingitur possessio translata in hæredem, ut in hac lege, quòd nihilominus hæres habet beneficium ædicti Divi Adriani, quia beneficium introductum favore causæ non debet diminuere favorem juris communis. Item, quia sicut missus per prætorem potest petere se tueri in possessionem ex isto ædicto: *ut ff. ne vis fiat ei, l. si quis missum*: ita, & missus per legem municipalem: *ut concludit Bal. ubi suprà.* Item nota, quòd ista lex concordat cum consuetudine Franciæ, quæ disponit, quòd mortuus saginat vivum, & videtur dare possessionem vivo hæredi, quia possessio dicitur sagina, quòd est contra jus scriptum: *ut alleg. l. ea lege, C. de cond. ob. cau. da.* Item nota, quòd filius propter existentia sui hæredis potest petere se mitti in possessionem ab intestato, quia id operantur existentia sui hæredis quòd operantur tabulæ testamenti, possessio enim magis dicitur con-

no que ante se apoderó, que salga (*a*) de aquella buena, porque él era tenedor: mas tenganla de so uno fasta que la partan, y esto mesmo sea de la herencia que les viniere de abuelo, ò de abuela, ò de otra parte que haya derecho de heredar de consuno.

Ley IX. Como el marido, è la muger pueden hacer hermandad.

SI el marido, è la muger ficieren hermandad de sus bienes, de que fuere el año pasado que casáren en uno, no habiendo fijos (*b*) de consuno, ni de otra parte (*c*) que hayan derecho de heredar, vala tal hermandad (*d*): è si despues que ficieren la hermandad hobieren fijos de consuno, no vala la hermandad: ca no es derecho que los fijos que son fechos por casamientos, sean desheredados (*e*) por esta razon.

---

continuari in filio quam de novo appræhendi, & licèt possessio in substantia sit nova in filio, tamen quia est ejusdem qualitatis cum paterna, non fingitur nova: *not. Bal. in lib. feu. tit. de controv. inter mal. & fœ. cap.* 1. *& est text. in l. cum miles. ff. quibus ex caus. majo.*

(*a*) Que salga. Et hoc ideo, quia licèt sui hæredes paternis non se immiscuerint bonis, contra ignorantes tamen hæreditatem sibi delatam, non obstat longi temporis præscriptio: *ut l. licèt C. de jure deli.* Idem intellige de extraneis hæredibus non adeuntibus: *ut ibi Ci. longissima tamen obstaret præscriptio*: cum omnis actio eo tempore tollatur: *ut C. de præscript.* 30. *ann. l. sicut, & l. omnes.* Et in eo quòd dixi, quòd longi temporis præscriptio non obstat hæredi absenti, & ignoranti, idem intelligo si sit præsens, & tacuit, & permisit tacitè alium rem hæreditariam possidere, nam per hoc videtur hæreditatem repudiare, nisi interveniat verus hominis actus, & voluntas expræssa: *ut notabiliter Bal. in d. l. licèt.* Ubi vide per eum an filius non adiens hæreditatem ex testamento infrà triginta annos possit eam adire ab intestato infrà alios triginta annos, & alia notabilia circà hanc materiam, &c.

ADDICION.

La Ley 7. titulo 13. de la 6. Partida, manda, que si algun hombre se casare con alguna muger, y ella al tiempo del casamiento no traxiere dote, que si al tiempo de la muerte no le dexare en que viviere, è honestamente se pueda mantener, ni ella lo tuviere, que pueda heredar fasta la quarta parte de los bienes del marido, con tanto que esta quarta parte no suba de cient libras de oro: en quanto esta Ley aprueba la hermandad que hacen marido, ò muger de sus bienes: vey la Ley 23. de la 4. Partida, tit. 11. que pone como la muger puede perder la dote en tres maneras, è la una es en el caso desta Ley.

(*b*) Si el marido, no habiendo fijos. Intelligo nec parentes, qui nec præteriri, nec exhæredari valent ut filij, *ut dixi suprà eod. tit. l.* 1.

(*c*) Ni de otra parte. Ut sunt arrogati, vel adoptivi: *ut dixi suprà eod. tit. l.* 5.

(*d*) Vala tal hermandad. Credo tamen, quòd si unus conjugum nihil habet, non valet talis unitas ad instar societatis: *ut ff. pro socio. l. societatis*, §. *fi.* Quia esset potius donatio, quæ non valet constante matrimonio: *ut cap. fi. extra de don. inter vir. & uxo. de foro tamen juzgo alitèr servatur, ut foro juz. lib.* 3. *tit.* 1. *l.* 6. Item, de foro de Sepulveda ad talem unitatem faciendam requiritur quòd vocentur hi quorum interest, & quòd sint præsentes, & requiritur alia solemnitas, de qua in dicto foro de Sepulveda *lib.* 3. *l.* 70. *& l.* 108.

(*e*) Sean desheredados. Nam qui vult exhæredato filio alium filium hæredem facere, quærat alterum qui consulat, non Augustinum, imò Deo propitio, neminem inveniet: *ut cap. fi.* 17. *q. fi. & sic not.* Quòd, & si donatio à principio tenuit, ex post facto revocatur

Ley X. Cómo se han de partir los bienes quando alguno muriere sin manda.

QUando alguno muriere sin manda, (a) partan igualmente los hermanos, asi

tur filij nativitate, non solum in legitima portione sed etiam in totum: *ut hic, & 6. Part. tit. 1. l. 70. quòd est contra l. & totas, C. de inoffic. don. & contra l. si nunquam, C. de revo. donati.* Ubi revocabatur tantum in legitima, & donatio valebat in residuo: quòd est notandum, *& not. gl. in d. c. fi. 17. q. fi.* Item nota ex hac lege, quòd valet pactum inter virum, & uxorem de futura successione, gratia cujus nota, quòd jus succedendi, quòd habetur jure sanguinis, nec tacitè, nec expræssè potest renunciari: *ut l. jura sanguinis, & l. jus agnationis, ff. de pac.* nisi delinquendo: *ut l. quidam, §. fi. ff. de dona.* Per pactum etiam non potest renunciari successioni viventis, & si juretur: *ut not. glo. in l. qui superstitis, ff. de acqui. hære.* de jure tamen canonico contra: *ut cap. quamvis de pact. lib.* 6. quòd est verum in pacto de non succedendo, sed pactum de succedendo est contra bonos mores: *ut l. fi. C. de pact.* Ideo non validatur juramento, etiam de jure canonico: *ut cap. non est obligatorium de re. jur. lib. 6. not. Bar. in l. stipulatio, hoc mo. ff. de ver. obli. & alleg. l. qui superstitis.* Et ideo cum quæritur an pactum de futura successione valeat, distinguo, quia aut fit pactum super hæreditate viventis, aut super hæreditate defuncti. Primò casu distinguo, quia aut fit pactum de futura successione incerti hominis, & valet: *ut l. 3. ff. pro socio.* Aut certi hominis, & tunc aut liberti, & valet ratione juris patronatus: *ff. de acti. em. l. si quis servum, aut ingenui*: & tunc aut fit cum ipso de cujus successione tractatur ad impediendam liberam testamenti factionem, & tunc non valet: *ut ff. pro socio cum duobus, §. idem respondit.* Aut ad judicium futuri successoris, & intransfertur ad verum hæredem: *ut ff. de pact. l. tale pactum, §. fi.* etiam valet donatio causa mortis, etiam omnium bonorum, & hæreditatis futuræ: *ut C. de pact. l. licèt, & not. eod. tit. l. fi.* Si verò fit pactum non cum eo de cujus successione agitur, sed cum quodam tertiò, valet illo consentiente, & in consensu perseverante, aliàs enim paciscens reputatur indignus, sicut ille qui scienter gerit se pro hærede hominis viventis: *ut ff. de don. l. donatio in concubinam, §. fi. & C. de pact. l. fi.* Secundò verò casu, quando tractatur de futura successione mortui non viventis, benè valet pactum: *ut l. 1. C. de pact. & C. de transac. l. cum donatis, & C. ut in pos. lega. l. cum Alchimedoram.* Et est ratio, quia non valet pactum de futura successione viventis: Primò, quia non licèt tempus anticipare: *C. qui admi. ad bo. pos. po. l. fi. ff. quòd cujusque univer. l. item eorum, §. si ita nec aliquid operatur talis consensus, ff. quorum le. l. 1. §. quòd autem ar. ff. de infa. l. quid ergo in princ.* Secundò, quia non licèt mortem alterius sperare: *de ver. obli. in trist. §. sacramenta, ff. ad Trebel. l. ita tamen, §. à patre.* Tertiò, quia est contra bonos mores, & interdum incipit via ad maleficia, *C. de pact. l. fi.* Quartò, ne tale pactum sit occasio captandæ mortis viventis, ut ne captandæ: *extra de conces. præben. lib. 6. hoc not. Bal. in li. feu. tit. de fundo dato in vicem legis commissori, cap. si quis.* Si tamen juramentum interveniat, potest cogere Episcopus jurantem ad observantiam talis juramenti: & in hoc *Bal. in hæret simplicitati canonistarum, ut ipse Bal. not. in lib. feu. rub. de allodijs, c. motibus*: & adde quòd scripsi suprà *lib. 1. tit. de los pleytos que deben valer, ò no, l. 1. & in l. 6. eod. tit.*

ADDICION.

Concuerda la Ley 4. de la 6. Partida, tit. 13. la qual diferencia desta: lo uno, en que esta Ley prefiere los abuelos, è abuelas, à los hermanos, è los excluyen de la succesion: è la Ley de Partida manda, que los hermanos con el padre, è madre, è abuelos, partan la facienda por cabezas: y lo segundo, que esta Ley manda que cada abuelo succeda en lo del nieto, y en lo que viniere de su parte, è por la dicha Ley de Partida succedan igualmente en todos los bienes.

(a) QUANDO, SIN MANDA. Intestatus enim quis dicitur multis modis: *ut dixi in l. 3. suprà tit.*

tit. proxi. & not. in l. intestatus, *ff. de ver. sig. & Azo. in summa*, *C. de legi. hæredi.* §. 2. Intestatus non videtur quis decedere si liberos relinquat, quia lex repræsentat parentes testatos decedere cum liberos relinquunt, eo quia legalis pœna cessat, cum lex repræsentat factum quòd erat à jure faciendum: *ut auct. de hæredi. & Fal.* §. *his igitur*, *coll.* 1. *& ibi Ja. de Bel.* Lex enim imitatur voluntatem defuncti, & conjecturam capit, nam quos testator dilexit, lex prædiligit: *ut eadem auct.* §. *si quis autem*, *& ibi Ja.* Et est verisimile quòd moriens liberos non captivos vel alios est instinctu naturæ velit hæredes facere juxta Augustini consilium, 17. *q. ult. cap. fi.* §. 1. Et est horum ratio, quia liberorum successio instinctu naturæ, & humano hominis ingenio debetur: *prima di. jus naturale*: & hoc jus ex tali natura proveniens appellatur æquitas naturalis. Hinc est quòd hac ratione filius non potest sine legitima causa, & vera à parentibus successione privari, quia esset contra jus naturale. Item, & contra jus civile, quòd addit in hoc juri naturali: *ut in auct. de trien. & semis.* §. 1. *& Jac. ubi suprà.* Cum ergo naturalia jura sunt immutabilia, & civilia jura, & privilegia naturalia jura tollere non possunt: *inst. de jure natu.* §. *sed & naturalia*, *& deleg. ag. succe.* §. *fi.* Sequitur quòd nec per legem, nec hominem illud potest mutari, eo quia talis successio educationis loco succedit, & alimentorum jure debetur, ut de se patet: *ut alleg. cap. jus naturalæ*, *& Jac. ubi suprà.* Privilegium ergo in contrarium cum sit odiosum stantibus liberis restringendum est, cum liberi non stant: *per cap. odia. de reg. jur. lib.* 6. Natura namque filios ætatis vel sexus distinctione non habita ad successionem vocat, successoresque eos facit parentum suorum: *ff. undè liberi. l. script. hærede*, *C. de lib. præte. l. maximum vitium.* Sunt etenim ipsi filij æqualiter pars parentum, & ideo jure naturali pariter ipsi succedunt: *ut phuns.* 8. *ethicorum.* Nam etiam vivente patre ipsi filij bonorum paternorum quodammodo domini existimantur, & eo mortuo inter ipsos patrem, & filios continuatio dominij bonorum patris, & libera administratio magis quam hæreditatis perceptio videtur: *ff. de libe. & posthu. l. in suis*, *& ff. de suis*, *& legi. hære. l. in suis.* Cui quidem juri naturali jus positivum romanum videtur consonum: *ut in auct. de hæred. & Falc.* §. 1. *not. Oldra. suo consilio* 94. Et propter hæc quæ dicta sunt in suis hæredibus non habet locum titulus pro hærede: *ut l. nibil*, *C. pro hærede.* Et ideo cum continuatur dominium de patre in filium non dicitur filium novum dominum mortuo patre habere, cum illud antea habebat, & nova hæreditas non dicitur ei obvenire, sed magis administratio libera quam ante non habebat, & hoc dominium filij vivo patre consistit in nudo, & puro intellectu, & magis in imaginatione quadam quam in veritate, & ideo in filium videtur continuari dominium: *not. Bar. post glos. in alleg. l. in suis.* Et non solum dominium continuatur in filium, sed etiam possessio, quia novus titulus possessionis non dicitur obvenire filio: *ut alleg. l. nibil*, *C. pro hæred.* scripsi foro legum: *lib. l.* 3. *tit.* 6. *l.* 8. Ex quibus infertur, quòd cum mortuo patre liberos relinquente lex disponat, & repræsentat filium hæredem, & in eo non solum dominium bonorum parentum, sed etiam possessio continuatur, quòd pater etiam; & testamentum non condidit, non videtur decedere intestatus, quia lex pro eo testatur, & hoc præmaximè, quia non videtur mortuus qui relinquit similem post se, est enim filius pars corporis patris: *l. cum scimus*, *C. de agri. & cens. lib.* 11. *& sic concludit Bal. in l. unica*, *C. quando non pet. pars pet. accres.* 15. *col. confirmatur quòd suprà dictum est per l. si mater*, *C. de inoffic. test.* ibi dum dicitur, repentini casus iniquitas per conjecturam maternæ pietatis emendanda est: ex quo textus nota Bal. in recollectis, quòd standum est conjecturæ legis, & ideo tanquam institutus videtur filius ex beneficio legis, ex præsumptiva institutione, quæ habetur loco instructi hæredis, quia lex scribit eum hæredem, nec minus potest lex quam tabellio: hoc ibi Bal. confirmatur ista conclusio per textus *in l. cum acutissimi*, *C. de fideicommissis.* Intestatus videtur decedere in extremis laborans, si in momento decedat, quia in ultimò articulo vitæ nec omnino vivit, nec omnino mortuus est: *ff. de man. test. l. qui duos*, & quilibet in ultimò articulo vitæ mutus efficitur: *ut not. in lib. feu.*

en la heredad del padre, como de la madre, como de los parientes que son en igual grado. (*a*) E otrosí mandamos, que el que muriere sin manda, è no dexáre fijos ni nietos, è dexáre abuelos (*b*) de padre, è de madre, el abuelo de parte del padre (*c*) herede lo que fue del padre, y el abuelo de la madre herede lo que fue

---

feu. tit. Episcopum vel Abbatem, cap. 1. *coll.* 10. Item, memoria mutilata totus languet intellectus: *C. qui testam. fa. pos. l. hac consultissima*, §. *hac cum humana.* Item, lingua ingrossatur, ut articulatè loqui non possit: *ut C. de test. l. jubemus.* Et omnis sic laborans in extremis præsumitur omnino, nec consilium, nec judicium rationis habere, quòd deficiente corpore deficit intellectus, & intellectus sine corpore nihil agit infrà orbem lunæ: *ut dicit Aristoteles in primò de anima, ut reffert Bal. C. de bo. quæ lib. l. cum non solum*, §. 1. *in fi.* Aliàs autem valet testamentum semimortui, dum tamen cônstet esse sano mente, & apte possit proferre: *ut ff. deleg.* 3. *l. Pamphilo*, §. *propositum, ff. de fideicom. liber. l. si pater*, §. *fi. & C. de test. mil. l. miles*, §. *proindè*, *ut reffert Bal. in l. quoniam dignum, C. de test. in fi.*

(*a*) En igual grado. Scilicèt, utrinque conjuncti: *ut in auct. cessante, C. de legi. hær. quòd dic ut dixi suprà eod. l.* 1. Et ad hoc quòd hæc dicitur nota, quòd si Sempronius facit pactum de petendo feudum à Titio fratre suo, vel hæredibus ejus, quòd si Titius decessit sine liberis, extraneo hærede instituto, non obstat exceptio, quando Sempronius possit petere feudum ex successione ad se devolutum: *ut est tex. l. feu. rub. si de feu. fuerit contro. inter do. & ag. c. fi.* Ex quo quòd pactum de non petendo feudum à fratre fratri factum, & hæredibus suis, intelligitur de liberis, nam in feudo appellatione hæredis non intelliguntur extranei, & hoc tàm in liberatione, quàm in renunciatione quæ intelligitur contemplatione personæ facta: *C. ad Vell. l. jubemus.* Et sic nota, quòd pactum interprætatur, & declaratur secundum naturam rei in pactum deductæ, & id quòd contemplatione personæ fieri præsumitur, perinde debet haberi ac si talis persona nominatim exprimatur: *ut not. Bal. in d. cap. fi. si de feudo fuerit cont. inter do. & ag. vide quòd not. suprà eod. tit. l.* 1. *circa fi.*

(*b*) Abuelos. Idem, intelligo de proavo, cum est casus favorabilis, & nemini nocet, ut dicimus, quòd in tali casu nepotis appellatione includatur pronepos: *ut not. Bal. in l. si mater, C. de succes. edi.* Salva tamen gradus prærogativa in succedendo: *in auct. defuncto, C. ad Tertu.* Nam proximior est qui minus distat, & major conjunctio sanguinis tamen præfertur minori: *ut ibi not.* De jure tamen si sunt fratres, vel filij fratrum succedunt cum avis, & patribus secundum formam dictæ *auct. defuncto.* Sed quòd hic dicitur de avis, & patribus non habet locum in feudis Ecclesiæ, nec in emphiteosi Ecclesiastica, quæ de sui natura non respicit nisi lineam descendentem, quia non debet fieri nisi in accipientis persona, & in duobus ejusdem personæ hæredum generibus, scilicèt, filijs, & nepotibus utriusque sexus: *ut in auct. de non alie.* §. *emphiteosim.* Nisi dicatur expræssè quòd transeat in omnes descendentes in infinitum, ut ibi nota feuda tamen laycorum transeunt in infinitum in omnes hæredes descendentes masculos: *ut in cap.* 1. §. *hoc autem sciendum.* Qui feuda dare possunt, agnati tamen non succedunt nisi usque ad septimum gradum: *per not. in cap.* 1. *tit. si vasallus feudo privetur, & in cap.* 1. §. *hac quoque de succes. feu.* Est tamen notandum, quòd avi, & aviæ appellatione, continetur etiam, proavus, & proavia, & de propria, & vera significatione, & ideo licèt *auct. matri, & aviæ, C. quando mulier tu. offi. fun. potest*: admittant aviam ad tutelam, cæteris mulieribus exclusis, non tamen intelligitur exclusus proavus: *ut not. per Bar. & Bal. in l. cui eorum*, §. *item Pomponius, ff. de posthu.*

(*c*) Herede lo que fue del padre. *Concord. l. quòd scitis, C. de bonis quæ lib. & quòd ibi not. Bar. Bal. tamen* con-

de la madre: è si él habie hecho alguna ganancia, ambos los abuelos (*a*) hereden de consuno igualmente.

---

contradicit dicendo: quòd nec in *auct. defuncto*, nec in corpore undè sumitur, fit aliqua distinctio rerum, sed solum modo graduum, & ideo per omnia servatur æqualitas, concludit ergo contra Bart. quòd in bonis undecumque proventis avi pariter succedunt, & quòd dicta lex quòd scitis, habeat locum in lucris nuptialibus, ut parentes sint promptiores in dotando: *ut in l. posthumos, C. de donis quæ lib. hodie tamen per hanc, l. approbatur opinio Bar. ut hic continetur.*

(*a*) AMBOS LOS ABUELOS. Una cum fratribus, & filijs fratrum de jure: *ut in d. auct. defuncto*, quæ in practica servatur: *& vide foro juzg. lib.* 4. *tit.* 2. *l.* 1. 2. *&* 6. Quid enim si defunctus relinquit filium qui adire non vult hæreditatem? & tunc dico, quòd hæreditas patris non adita à filio existente in potestate, transmittitur ad quemcumque etiam extraneum successorem: ut videtur casus *in l. ex militari, ff. de test. mili.* ubi quærit Bar. an hæreditas patris non adita transmittatur ad quemlibet successorem, vel non, glosa dicit quòd transmittitur ad suos: *not. quòd dicit tex. in l.* 1. *C. de his qui ante ap. ta. & l. apud hostes, C. de suis & leg. hær.* ubi videtur casus, & idem tenetur in *l.* 2. *C. ad Orph.* quòd ad suos tantum: *ut l. si infanti, C. de jure deli.* Et idem sentit *in l. si fratris eod. tit.* hoc dictum videtur esset contra casum *l. ratione, & l. hæredit.* §. *filius de castren. pecu. & l. qui duos,* §. *cum in bello. de re. du. & l. Lucius, ff. de jure fisc. & d. l. apud hostes.* In quibus legibus videtur expræssum, ut transmittat ad quemcumque, quas glosas *Marsil. & Jac. de Bel.* dicunt dicere verum, nisi filius adire impediatur justa ignorantia, vel justo impedimento, tunc enim ad quoscumque transmittitur, nam omnes leges allegatas videntur loqui ubi filius impeditur adire propter justum impedimentum: ita tenet *in auct. de trien. & semi.* §. 1. *coll.* 3. Alij Doctores tenent indistinctè, quòd transmittitur ad quoscumque per allegatas leges, & hanc opinionem tenet *Ja. de Rav. & Pet. & ultra montani, & Ricardus Magnus, & Ci. in l. apud hostes, suprà alleg. & Ray. de Ferraris, & Ray. de Montebatino tenuerunt consulendo, & hanc opin. putat Bar. veram in alleg. l. ex militari,* §. 1. Et sæpius ipse sic consuluit, & illa distinctio justi impedimenti non placet per *l. liber homo,* §. *fi. de sti. ser. ubi est tex.* Quòd ibi erravit in jure, & tamen existentia sui hæredis hæreditatis paternæ acquisitionem operatur, & probat Bar. per rationem, beneficium abstinendi fuit introductum in favorem filij, ut non teneatur creditoribus in odium suum, sed hæreditas adita non transmitteretur, & sic privaretur jure antiquo, jam istud beneficium abstinendi esset in ejus odium, quòd esse non debet: *ut l. filius qui patri. ff. de vul. & pu. subst. & d. l. apud hostes, ubi dicit suo, &c.* Dices tu hic posset esse filij odium, quid enim si hæreditas solvendo non esset dico quòd non est odium, quia sicut filius vivens habebat potestatem abstinendi, vel immiscendi, ita transmittit: *ut ff. deleg.* 1. *l. filium,* §. 1. Et ibi nota contra hanc opinionem facit: *ff. ad Tert. l.* 1. §. *si quis ex li.* ubi videtur casus. Sed tenè secundam lecturam positam *in gl. d. l. ex militari*: & sic non facit contra *C. de jure deli. l. si infanti*: ubi omnis hæreditas, intellige, scilicèt, extraneorum, & eo modo *de cadu. tol.* §. *in novissimo*: ubi dicit hæreditatem non aditam non transmitti, intelligas, scilicèt, in extraneos. Item, contra hoc facit *C. de his, qui ante aper. tab. l.* 1. Ubi ex speciali beneficio transmittit hæreditas, & tunc loquitur de paterna, So. illa loquitur de hæreditate ascendentium, & eorum qui non sunt in potestate, sed facit contra *alleg. l. si infanti, C. de jur. deli.* Ubi videtur idem dici in filio quòd in extraneo, ut ascendens transmittat jus deliberandi, sed dic quòd si filio est statutum certum tempus ad deliberandum, & decidit interim, est idem in filio quòd in extraneo, sed si nullum est tempus statutum, tunc remanet differentia inter suum, & extraneum: *ut suprà ut hæc not. Bar. in d. l. ex militari, ff. de test. mil. & vide quòd scripsi, suprà eod. tit. l. si el ora.* Item nota, ad hanc materiam, quòd si sunt plures

res instituti unius aditione totum testamentum confirmatur: *ff. ad Trebel. l. apud Jul.* §. 1. *C. de cadu. tol. l.* 1. §. 1. *Secundò not. Bal. in l. libertas*, *C. de ma. testa.* Item nota, circa hoc, quòd avus paternus, & avia paterna in successione nepotis in bonis ex paterna linea, quæ sicut excludit matrem, & similiter avus maternus, & avia in bonis ex materna linea quæsitis excludunt patrem, & idem in proavo, & proavia, & alijs superioribus ascendentibus: *C. de bonis qui liber. quòd sicut*, *& not. Bar. C. communia de succes. auct. itaque.* In alijs autem bonis aliundè quam ex linea paterna, vel materna quæsitis succedit ascendens proximior in grado, ex quavis linea sit: *C. ad Tertul. auct. defuncto*, *& vide Bal. in d. l. quòd sicut*, *& in alleg. auct. defuncto.* Item nota, quòd jus substitutionis non transit, nec transmittitur ad hæredem: *ut l. si est pluribus*, *& ibi glos. ff. de suis*, *& legi. hære.* Item, ad materiam transmissionis, de qua suprà nota, quòd cum de transmittenda hæreditate tractatur, sunt notandæ regulæ sequentes secundum DD. signanter secundum *Jac. de Bel. viso in auct. de trien. & semi.* §. 1. *coll.* 3. Prima regula est, quòd quotienscumque hæres suus potest se immiscere, nec facit, tunc in dubio habetur pro abstinente, tum quia prætor dat ei licentiam abstinendi, ut potius parentum quam ipsorum bona à creditoribus possideantur: *ut inst. de hæredum quali. & d.* §. *sui vers. sed his prætor*: tum quia à prætore fit similis extraneo: *ut ff. de acqui. hær. l.* 1. *ei qui*, *& ff. deleg.* 1. *nam neque in fil.* tum quia de media jurisprudentia non habet necesse adire prætorem, quia sufficit si se non immisceat, tum quia *de jure C.* non est necessaria testificatio, nec verba, nec restitutio, sed satis est si domum paternam non habitavit, vel se non immiscuit: *ut l. necessarijs*, *& l. more*, *ff. de acqui. hær. & C. si ut ab hær. se abst. l.* 1. *& de jure deli. l.* 1. *&* 2. *& l. licèt*, *& l. cum antiquioribus*, *& de rep. hær. l.* 1. Secunda regula est, quotiens suus immiscere non potest propter impedimentum accidentis ignorantiæ, vel alterius impotentiæ facti, vel juris, tunc est hæres nomine, & re, quoad commodum tantum, ut ei acquiratur, & transmittere possit ad quemcumque hæredem, sed non quoad incommodum, ut à creditoribus conveniatur, & hæc contingunt in dubio propter spem immiscendi, & abstinendi, nam quia se immiscere potest, ideo est hæres quoad commodum, & quia potest se abstinere, ideo non est hæres quoad incommodum, quia æquitas suadet prædicta: *ut l. liber hom.* §. 1. *ff. de stip. serv. & ff. de cast. pe. l. hæreditate*, §. *filius.* Tertia regula est, quoties suus non potest se immiscere propter impedimentum naturæ, ut quia est infans, vel furiosus, tunc est hæres nomine, & re, secundum quid, & non simpliciter, est enim hæres quoad commodum, & quoad administrationem, & fructuum præceptionem, sed non quoad incommodum, nec quoad transmissionem, nec quòd favore, &c. *ut C. de cur. furio. l. fi.* §. *sin autem perpetuus.* Et est ratio, quia in eo non potest capi conjectura voluntatis, cum nullam habeat, nec præsumptio aliqua, nec æquitas ei favet ultra prædicta, quia commodius est quòd pater suam transmittat hæreditatem, quam quòd infans, vel furiosus: *ut ff. de acqui. hær. l. Pupillus*, *& d. l. fi.* §. *fi.* Ergo liquet manifestè, quòd cum legi duodecim tabularum sit hodie derogatum per æquitatem prætorianam, & mediam jurisprudentiam, & principum vestigia suus hodie non est hæres ipso jure, re, & effectum, nisi ut superius dictum est. Distingue ergo juxta prædicta, aut suus potest se immiscere, aut non, propter aliquod impedimentum, primò casu aut est pupillus, aut adultus, aut major, si quidem est pupillus, & suus eo casu est hæres ipso jure statim patre mortuo, & quoad commodum, quia potest se immiscere etiam sine tutore, sed non est hæres quoad incommodum sine tutore, sed si cum tutore se immisceat solemniter, tunc est hæres re, & effectu, & quoad commodum, & incommodum, & primò casu abstinere potest, verbo, sive restitutione, sed secundo casu per restitutionem, & non aliter, ergo patet quòd pupillus ante immixtionem est hæres nomine tantum, & post immixtionem efficitur hæres quoad commodum tantum, sed post immixtionem solemnem est hæres quoad commodum, & incommodum: & sic loquuntur jura si subtiliter intelligantur, *instit. de hæred. quæ ab intest.* §. *sui*, *& ff. de acqui. hæred. l. more*, *& l. ei qui*,

&

& l. necessarijs, *ver.* 1. *& l. impuberib.* Ubi de hoc: si verò suus est adultus, aut major vigintiquinque annis eo casu ante immixtionem est hæres nomine tantum, & non re, sed post immixtionem efficitur hæres re, & effectu: & est ratio, quia mortuo patre si statim cum potest non immisceat se, præsumitur in dubio abstinere velle, cum verbo nudo, & animo solo possit adire, seu immiscere undè si non facit, præsumitur conjectura tacitæ voluntatis abstinere voluisse, sicut extraneus quilibet qui hæres non est nisi adjerit: *ut alleg. l. nam nec in alijs juribus in prima regula alleg.* Ex suprà dictis ergo est notanda alia distinctio, cum de transmittenda hæreditate tractatur, aut in transmittendo favor transmissionis versatur ex omni parte, aut ex una parte testamentum, aut ex nulla parte. Primò casu cum favor versatur ex omni parte indubitanter secundum omnes fit transmissio hæreditatis etiam non agnitæ, ut de liberis ad liberos: *ut l.* 1. *C. de his qui ante aper. ta.* & hoc ne filij, vel nepotes, avita, vel proavita successione fraudentur, & ne alijs adversus avitum, vel proavitum desiderium hæreditatis quomodo gaudeant, & ut habeant solatium suæ tristitiæ hi quibus est merito consulendum: *ut l. unic. in princ. C. de cadu. tol.* Secundò casu cum favor versatur ex una parte tamen sub distinctione, quia aut favor versatur filiorum aut ad patrem, aut ad matrem: si autem ad patrem, & filius est infans, eo casu transmittit hæreditatem quamlibet ad patrem, sivè sit in potestate, sivè emancipatus: *ut l. si infanti, in princ. &* §. *eo modo*, *C. de jure delib.* si verò est major infante, & hæreditas est avia transmitti ad patrem: *ut ff. de acqui. hæred. l. qui in alien.* §. *interdum.* Si autem hæreditas est extranei, & filius est in potestate sivè ad patrem pervenit hæreditas, quæ si ipse pater ab initio fuisset hæres institutus: *ut C. de bonisque lib. l. fi.* §. 1. *&* §. *simili modo.* Si verò non est in potestate, & est major infante, non invenio legem quæ dicat quòd transmittat non aditam ad patrem, & est argumentum quòd non transmittat ad eum: *C. ad sen. cons. Orphic. l.* 2. *& alleg.* §. *in novissimo*, *&* §. *cum autem*, *l. unic. C. de cadu. tol. & tit. seq. l. unica.* Si autem favor versatur filiorum ad matrem, & de paterna successione, vel extraneorum tractatur. Casus est apertus, quòd si filius non agnovit bonorum possessionem, vel non admittit hæreditatem, non transmittit ad matrem: *ut l.* 2. §. *si quis ex liberis*, *ff. ad Tertul. & est casus in d. l. si infanti*, §. *si verò*, vel non sit: & hoc fundat *Jac. de Bel.* elegantèr per aliquas allegatas rationes, in *d. auct. de trien. & semi.* In tertiò verò casu quando ex nulla parte favor versatur, ut quia hæres est extraneus regulariter non transmittit non aditam: *ut d.* §. *in novissimo*, *&* §. *cum autem.* Ex suprà dictis concluditur, quòd infante mortuo, priusquam agnoverit bonorum possessionem, vel hæreditatem solemniter adjerit paternam hæreditatem ad matrem non transmittit: ut clarè dicitur *in l.* 2. §. *si quis ex liberis*, *ff. ad Tertul.* Ex quibus occurrunt regulæ sequentes ad clarificandum ea qui dicta sunt. Prima, quoties suus hæres liberum habet se immiscendi, quia sciens, & habilis ætatis, & mentis compos, vel habet impedimentum juris, vel facti regulariter non transmittit hæreditatem etiam paternam ad matrem, vel extraneam ad patrem, sed ad liberos, vel ad patrem si est avita, vel extranea si est infans, vel si est in potestate, & eam recusavit: *ut alleg.* § *in novissimo*, *&* §. *cum autem*, *& alleg. l. si infanti*, *& l. qui in aliena*, §. *interdum*, *& l. si quis filium*, §. 1. *& l. ei. qui ff. de acqui. hær.* Secunda regula est, quoties suus habet impedimentum accidentis, vel ignorantiæ, vel alterius impotentiæ juris, vel facti, eo casu transmittit etiam non agnitam, & ignorans etiam ad quemlibet hæredem extraneum: *ut l. hæreditate*, §. *filius*, *ff. de castrens. pecul. & l. qui duos*, §. *cum in bello. &* §. *filio*, *ff. de re. du. & l. apud hostes*, *C. de suis*, *& leg. hæred.* Tertia regula est, quoties suus habet impedimentum naturæ, ut quia est infans, vel furiosus, non transmittit hæreditatem etiam ad matrem: *ut d. l.* 2. §. *si quis ex liberis*, *ff. ad Tertul. & d. l. si infanti*, §. *si verò*, *vel non sit*, *& ibi glos. & Doct.* Quarta regula est, quoties filius non est solus legitimus, sed sunt alij liberi qui cum eo ad hæreditatem admittuntur: eo casu nec pater, nec mater infantes succedunt, sed hæreditas quæcumque ad fratres cohæredes jure accrescendi transfertur, exclusis ascendentibus: ut est casus apertus qui

qui calumniari non potest *in alleg. l.* 2. §. *si quis ex liberis, vers. sed si non sit solus, & C. ad Orphic. l.* 2. Liquet ergo ex prædictis manifestè, quòd mater filio infanti nullo casu succedit in hæreditate paterna, nisi sit cognita, nec ad eam jure aliquo, vel casu transmittitur, sivè filius suus sit solus hæres, vel cum alio, & maximè quando cum alio, ut patet ex rationibus suprà dictis. De hac materia dic ut in conclusionibus per me scriptis secundum DD. in meo manuali super parte transmisso: & aliquid per *Salic. in l.* 1. *C. ad l. Jul. de adult. & melius* per eundem *Salic. in l. apud hostes, C. de suis, & leg. hæred.* Ubi post multa distinguit circa hunc punctum dicendo, quòd aut suus adiverat, seu se hæreditati immiscuerat, & tunc nomen dubium quòd transmittit, ut propriam irrepudiabilitèr, aut repudiaverat, & tunc non transmittit, aut neutrum horum fecit, & tunc aut suus habet liberos, & posteros, & tansmittit ad eos: *ut l.* 1. *C. de his qui ante aper. ta. & C. de cadu. tol.* §. *in novissimo*: & probatur *in l. cum antiquioribus, in princ. C. de jure delib.* Nam illa lex loquitur indistinctè in filijsfamiliæ deliberantibus, nec declarat in succedentibus ab intestato, vel ex testamento, sed quicquid sit de jure antiquiori, hodie habemus servare in institutis in testamento: *dicto* §. *in novissimo, & alleg. l.* 1. *ff. de his, qui ante aper. ta.* Aut quia in succedere debentibus ab intestato, & tunc olim deliberantes transmittebant ad liberos tantum: *ut d. l. cum antiquioribus.* Ubi est casus non cavillando textus liberis autem non stantibus, casus videtur quòd proinde sit, ac si eis delata non esset: *ut alleg. l. si infanti, ver. si verò, & in l. qui se patris secundum unam lec. C. undè liber.* & ita tenet *Salic. per ambas dict. ll. & per l. defunctis, C. de leg. hæred.* Et quia si hoc est quando sui sunt hæredes instituti, & non transmittunt nisi ad posteros, ita debet esse in successione ab intestato, & hæc vera, nisi æquitas aliqua intrinsecè proveniens suadeat transmissionem fieri in quemcumque, ut putà prohibitio, seu impotentia interim agnoscendi à jure eis inducta: *ut l. ven. præ. ff. de acqui. hæred. & ff. ad Siley. l.* 3. §. *elegantèr*, vel favor disciplinæ militaris hoc suadeat: *ut ff. de re milit. l. ex militari.* Æquitate igitur non dictante transmissio ista non potest fieri nisi in posteros, quibus ab intestato pertinet hæreditas defuncti. Sed quæro an sicut ad posteros, ita ad ascendentes fiat transmissio, & dico, quòd si quæritur de ascendentibus utriusque, scilicèt, transmittere debentis, & de ejus de cujus hæreditatis transmissione fienda ad ascendentem, dumtaxat ejus qui transmittere dicitur, tunc non video cui transmittere debeat in præjudicium legitimorum defuncti per jura suprà allegata, nisi aliqua intrinseca potentia juris, vel facti privilegiati aliud suadeat, ut suprà dixi: quinimò quia dixi quòd transmittit ad ascendentes utriusque, intelligo nisi æquitas aliud suadeat in contrarium, ut putà apud posteros primi defuncti remaneat, vel jure accrescendi, vel jure transmissionis, vel jure gradualis successionis. Nam sicut prima causa in succedendo est descendentium, ita & in non agnita transmittendo: quòd probatur per *l. defunctis, de suis, & leg. hæred.* concludit ergo *Salic. in alleg. l. apud hostes.* Quòd suus ratione suitatis non transmittit in præjudicium aliorum succedere debentium ab intestato, nisi æquitas aliqua ab extrinseco proveniens aliud fieri suadeat, & hæc de transmissione fienda à suo, sed de facienda à non suo dic: *ut in alleg. l. si infanti*: in majori autem infante *vide quòd not. per Salic. in l.* 2. *C. ad Orphic.* Item nota, quòd usque ad triginta annos potest adiri hæreditas: *C. de acquir. hæred. l. si curatoris.* Est enim de jure civili aditio, ergo perpetua: *non obstat l. cum antiquioribus, de jure deli.* ubi usque ad annum debet addiri, quia loquitur de hærede hæredis: *not. glos. in l. quamdiu, ff. de acquir. hæred.* Item nota, quòd jus accrescendi transit ad hæredem instituti qui erat substitutus pupillo, quòd verum quando hæreditas paterna est unita cum hæreditate instituti, & pupilli, & sic est unita cum jure accrescendi, nam in tali casu jus accrescendi non extinguitur cum persona: est casus singularis *in l. qui patr. ff. de acquir. hæred. ubi vide Bar.*

ADDICION.

La Ley 17. de la 6. Partida, tit. 1. que habla de la materia de esta Ley, dispone de otra manera, è dice, que qualquier hombre, ò muger que entrâre en Orden, no pueda facer Tes-

Ley XI. Como la muger que entráre en Religion pueda facer testamento fasta un año.

TOdo home, é toda muger que orden tomáre (*a*) pueda facer su manda de todas sus cosas fasta un año (*b*) cumplido, è si ante del año no lo ficiere, el año pasado no lo pueda facer, mas sus fijos hereden todo lo suyo: è si fijos, ò nietos, ò dende ayuso no hobiere, heredenlo los parientes mas propinquos.

Testamento si fijos no hobiere; antes todos sus bienes pertenecen al Monasterio: pero si fijos hobiere, è descendientes, puede entre ellos partir los bienes, è dar à cada uno su legitima: è si mas quisiere dexar, haya el Monasterio tanta parte como uno dellos: è si no partiere el padre sus bienes, cada hijo haya su legitima, y el Monasterio todos los otros bienes. E la dicha Ley declara, qué es la legitima de cada hijo.

(*a*) TODO HOME, ORDEN TOMARE. Scilicèt, in aliquo de Monasterijs Religionis à Sede Apostolica approbatæ, quia aliàs si Religio non esset approbata, non esset ordini obligatus, nec talis Religio aliquid impedimentum præstaret: *ut not. Host. in c. is qui extra de regula, & Archi. eod. tit. c. constitutionem, lib. 6. & in cle. eos, de reg. & in extravag. Joan. 22. quæ incipit: Sancta Romana, in ver. approbati.* Et ideo ex quo non valet ingressus quoad personam, non debet valere quoad bona quæ sequuntur personam: *extra de vit. & hon. Cler. cap. fi. not. c. in præsentia, extra de probat.*

(*b*) FASTA UN AÑO. Scilicèt, infrà annum probationis, hoc intelligo professione nondum facta, tacita, vel expræssa: *ut in c. 2. extra de reg. lib. 6. & sic loquitur ista l. ut 12. q. 5. cap. fi.* cum tunc ad sæculum reverti posset: *ut in c. statuimus, de regula, & c. is qui, & c. non solum, lib. 6. & hoc tenent Innoc. & Host. in c. 2. extra de test. & est casus in c. religioso, §. fi. extra de sent. excom. lib. 6.* Si tamen ingressus ante annum probationis simplicitèr, & purè dedicavit se, & sua Monasterio, liberis non extantibus, licèt revertatur ad sæculum bona sua remanent apud Monasterium: *ar. ff. de in diem adjec. l. 2. & probatur 19. q. ult. cap. placuit, & §. si qua mulier, & C. de Sacrosanct. Eccles. auct. ingressi*, & professione autem facta, tacita, vel expræssa: *ut in d. cap. 2. extra de regula, lib. 6.* Non potest ingressus testari, ut hic, & in juribus suprà allegatis potest tamen taliter professus si habet liberos, inter eos bona sua dividere, ita tamen quòd legitimam tribuat eis ad minus, & quòd Monasterium tantum habeat quantum unus ex liberis: *ut 19. q. fi. §. si qua mulier. suprà alleg.* & nisi dictam divisionem faciat, conceditur filijs legitima, residuum verò erit Monasterij: *ead. causa, & q. §. nunc autem, & Spec. rubrica de sta. mo. ver. l. 3. & in seq.* Si autem non habet liberos, & tunc succedit Monasterium, & non alij parentes, nec consanguinei: *ut not. in dict. c. in præsentia, & Spec. ubi suprà: Jac. de Bel. plenè in auct. de Monachis, §. si quis autem, coll. 1.* Ista lex tamen destruit dictam distinctionem, & omnia jura suprà allegata, ut videmus sed quòd ab intestato tali professo indistinctè succedunt filij, & descendentes, quorum defectu succedunt alij legitimi hæredes, & non Monasterium, credo tamen, quòd si Judex Ecclesiasticus de tali causa cognosceret, habenas laxaret, & fimbrias suas extenderet, in tantum quòd non solum circa præparatoria, & ordinatoria judicij, ut permittitur, sed etiam circa hoc decissoria causarum, secundum jus canonicum inter laycos terminaret contra notata *in cap. 1. extra de novi oper. nunc.* & sic omnia bona Monasterio adjudicaret contra hanc legem, ut in simili casu vidi sequendo *Bal. in auct. rogati, C. ad Trebel.* qui dicit cum textus, quòd Monasterium succedit loco liberorum, nisi legatum sit dispositum ad pias causas: *& vide ibi per eum concord. cum hac l. foro juzg. lib. 4. tit. 2. l. 12. & vide quòd scripsi suprà tit. de las Mandas, l. defendemos.*

AD-

Ley XII. En qué manera se partirán los bienes de los que casan teniendo fijos.

QUando el home que hobiere fijos de una muger, casáre con otra que hobiere fijos de otro marido, è amos hobieren fijos de consuno, si el marido, ò la muger murieren, los fijos que fueron de aquel muerto, (*a*) partan comunalmente todos sus bienes. Otrosí, si alguno de los hermanos que fueren de padre, è de madre (*b*) muriere sin herederos, è manda no ficiere, los otros sus hermanos (*c*) que fueren de padre, è de madre, hereden toda su buena: è si fueren hermanos de sendos padres, ò de sendas madres, cada uno de los hermanos hereden la buena de su hermano, (*d*) de lo que le vino del padre, ò de la madre de que son hermanos: è si alguna ganancia

---

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 5. è 6. tit. de las Herencias, de la 6. Part. las quales Leyes disponen mas cumplidamente que esta Ley.

(*a*) QUANDO, DE AQUEL MUERTO. Tàm primi, scilicèt, matrimonij, quàm secundi, cum omnes sunt legitimi, & naturales, & si sunt nepotes, & filij primi, quidem gradus æqualiter nepotes, & ulteriores in stirpes succedunt: *ut in auct. in successione, C. de suis, & leg. hæred.*

(*b*) DE PADRE, E DE MADRE. Et sic præfertur utrimque conjunctus: *ut C. communia de suc. auct. itaque, & l. 1. C. de suis, & leg. hæred. & in auct. post fratres, infrà eod. tit. & 6. Part. tit. 13. l. 5. & 6.* An autem jus accrescendi, vel substitutio transmittatur in hæredem cohæredis: *vide Doct. in l. quidam eulogio, C. de jure delib.* Est tamen notandum, quòd in reciproca substitutione non præfertur conjunctus disjuncto: *ut latè not. Bal. in l. 1. C. de impu. & alijs subst.*

(*c*) SUS HERMANOS. Hoc non sic simplicitèr habet locum in feudo, vel majoratu, in quo præfertur masculus filius, vel frater, & nepos ex eo, non autem præfertur filia stante masculo, nec nepos ex ea: *ut not. in lib. feu. tit. de his qui feu. da. po. §. decedente.* Sed quæ est ratio quare nepos masculus ex fœmina filia non succedit: respondet glosa *in dicto §. decedente.* Quòd ratio non potest assignari, nisi quòd statutum consuetudinis ita vult, & pro ratione sufficit auctoritas legis: *ut not. ff. de post. l. 1. §. 1.* Et ideo dicunt quidam, quòd sublata ratione legis non tollitur ipsa lex, quia licèt tollatur una, non tollitur alia, scilicèt, legis auctoritas, sed istæ malè dicunt in hoc, ut patet: *C. de indi. vidui. tol. l. fi.* Item, in dicta glosa erravit, nam ratio quare non succedit nepos ex filia est, quia successio non est per saltum ideo expedit quòd gradus antè se sit successibilis, nam destructo ordine, destruitur ordinabile: *ut ff. de serv. rus. prædi. l. tria prædia.* Et ad destructionem antecedentis sequitur destructio consequentis: *ff. de offic. ejus cui mand. est juris. l. 1. §. ejus rei. vide de hoc per Bar. in l. sine ingenua, §. hoc videndum, & si filius, ff. ad Tertul. & Orphi. & per Ci. in auct. post fratres suprà alleg. & per Bal. in l. in multis, ff. de sta. ho. & l. 1. ff. de sena. l. pactum.* Namque conceptum de filia videtur esse conceptum in nepote ex filia, quia causa, & origo habent dispositionem de suo causato: *ut est text. notabilis in d. §. decedentem, ubi hoc not. Bal. & vide quòd not. suprà tit. de la guarda de los fijos del Rey, l. finalis.*

(*d*) LA BUENA DE SU HERMANO. *Vide practicam per glos. & Doct. in alleg. auct. itaque.* Ut si fuerint utrimque conjuncti succedunt æqualiter, ut suprà, si autem fuerint consanguinei tum, vel uterini tum, pariter admittuntur in bonis à se quæsitis, ut hic, in bonis autem à patre quæsitis præferuntur consanguinei, & in bonis à matre quæsitis præferuntur uterini: *ut l. de emancipatis, C.*

de

fizo el muerto de otra parte, los otros hermanos partanla de consuno comunalmente.

Ley XIII. Como si alguno muriere, è dexáre sobrinos, deben provirili partir la facienda.

SI el que muriere sin manda, è herederos naturales, hobiere sobrinos fijos de hermanos, ò de la hermana por mas propinquos (*a*), todos partan la buena del tio, ò de la tia por cabezas, (*b*) maguer que del un hermano sean mas que sobrinos del otro: ca pues iguales son en el grado, iguales deben ser en la particion: y esto mesmo

de leg. *hæred.* Et sic remanet clarus iste textus, & non habet locum contraria opinio præsertim de qua in glosa dictæ autenticæ itaque, & approbatur lectura *Ci.Bar.& Bal.ubi concord.cum hac l.foro juzg. lib.* 4. *tit.* 3. *l.* 5. *& tit.* 5. *l.* 4. Sed pone testator habebat filios ex diversis uxoribus, & ab utraque dotem habuerat in testamento dicit, jubeo filios meos tempore divisionis æqualiter dividere, ex hoc insurgit, quòd unus ex filijs cujus mater habuerat prædium, & pecuniam, volebat illud prædium, ad hoc contradicebatur, quòd debebat æqualiter dividi, dico quòd illa verba æqualiter dividantur, non porriguntur ad prædium quòd est hujus proprium: *ut l. cum pater*, §. *dulcissimus, & ibi not. Bar. ff. deleg.* 2. *& probatur in l. magis puto*, §.*fi. cum l. sequenti de rebus eo.* Sed hoc operabitur, ut si dos erat in pecunia tempore divisionis, alius frater non utetur perceptione secundum formam: *l. filiæ*, §. 2.*fami. hær.* Si verò testator vult quòd dividant æqualiter etiam prædia, hoc debet exprimere, vel dicere quòd omnia communicent: *ut l. fi.* §. *Lucius*, *ff. ad Trebel.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 5. tit. de las herencias de la 6. Partida, la qual declara esta Ley de esta manera: que si sobrinos con sobrinos vinieren à heredar al tio que murió sin testamento, que succedan igualmente por cabezas: è si à la herencia del hermano concurrieren tio hermano del defunto, è sobrinos hijos de hermano del defunto, que todos los sobrinos sean habidos por una persona, è haya el tio tanta parte como todos los sobrinos. E la Ley 6. del dicho tit. pone, que si no hubiere hermanos, ni sobrinos, que succedan los parientes del defunto hasta el doceno grado, y en defecto de parientes succede la muger, y en defecto de muger succede la Cámara del Rey.

(*a*) SI EL QUE MURIERE, POR MAS PROPINQUOS. Qui dicantur propinquiores, & an debeant gradus computari secundum jus canonicum, vel civile: vide eleganter *Bar. & Bal. in l. si avie, C. de succes. edi.* Ubi nota, quòd in linea ascendentium, & descendentium non est variatio inter nos, & legistas, sed in computatione collateralium est variatio, quia canonistæ faciunt primum gradum collateralium in duobus fratribus, vel sororibus, & legistæ dicunt eos in secundo gradu, & filij duorum Fratrum secundum canones sunt in secundo gradu, & secundum legistas in quarto, sed canonistarum computatio servatur in matrimonijs, & computatio legistarum servatur in hæreditatibus secundum glosa, *& Jo. de Plat. inst. de grad. cogna.* §. *fi.* Item, quid si moriens relinquit fratres, seu sorores indigentes, & extraneum divitem instituit hæredem an institutus in foro conscientiæ possit dictam hæreditatem retinere? *& Pe. de Anch.* reffert in repetitione, *cap. possessor malæfidei de regu. juris*, *lib.* 6. *q.* 1. Quòd non possit institutus cum bona conscientia hæreditatem retinere, quia dictus testator ordinem charitatis non est secutus, cum etiam illos indigentes vivus pro sua necessitate tenebatur providere: *juxta not. in cap.* 1. *de infanti, & lan. expo.* Si tamen consanguinei essent divites, & institutus fortè indigens, vel multum testatori amititia copulatus, & plus dilectus quam consanguinei, & tunc licitè potest institutus cum bona conscientia dicta bona retinere: *ut latè per Ancha. ubi suprà.*

(*b*) POR CABEZAS. *Concord.* 6. *Part. tit.* 13. *l.* 5. *& per illam, & per hanc l.*

sea de los primos, ò dende ayuso, que hobieren derecho de heredar lo del muerto.

Ley XIV. Como todo lo que el padre, ò la madre dieren en casamiento à la fija, se debe traher à monton.

TOda cosa que el padre, ò la madre dieren à alguno de sus fijos en casamiento (*a*), sea tenudo el fijo de lo aducir à particion (*b*) con los otros hermanos despues de la muerte del padre, ò de la madre que gelo dió: è si ambos gelo dieron de consuno, y el uno dellos muriere, el fijo sea tenido de tornar à particion la meytad de lo que le dieron en casamiento: è si amos murieren, todo lo torne quanto le dieron à particion con los herederos.

---

l. videtur approbata opinio Azo. & Ja. But. in auct. cessante, C. de leg. hæred. Qui tenent, quòd ubi sunt patrui cum filijs fratrum præmortuorum, omnes succedunt in stirpes: *ut ibi.* Si autem non sunt patrui, sed solum fratrum filij, vocantur per capita, & illa opinio approbatur ibi per Bal. & reprobatur ibi opinio: *glos. & Ci. & Pe. & Bart. ut ibi reffert Bal. & vide quòd dixi suprà eod. tit. l. 1. in fine.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 3. de la 6. Partida, tit. de cómo debe ser partida la herencia: la qual Ley dice, que todo lo que el hijo ganare en mercaduria con el haber del padre, y en su poder, è la dote, ò arra, ò donacion que el padre le diere en casamiento, es obligado de lo traher à particion con sus hermanos, salvo si el padre otra cosa declarase: y esta Ley se entiende quando los hermanos entre sí heredan los bienes del padre, ò de la madre: pero si alguno estraño con ellos fuese heredero, no ha de traher lo susodicho à particion, ni les ha de ser contado. E la Ley 4. del dicho tit. dispone lo mismo, è la Ley 2. tit. 11. de la 4. Partida. Item, la dicha Ley 4. de la 6. Partida declara, que esta Ley no ha lugar en las donaciones que el padre, ò la madre hicieren à sus hijos estando en su poder: asi que esta Ley ha lugar en la donacion para dote, ò arra, è no en las otras. Vey la dicha Ley que dispone singularmente.

(*a*) TODA COSA, EN CASAMIENTO. Idem, in donatione propter nuptias: *concord. cum hac l. lex si pater, & l. pactum in fi. & l. filiæ, & l. ut liberis, C. de coll. & 3. Part. tit. 15. l.* 3. & 4. Et idem etiam in quocumque profectitio, quòd provenit ab eo de cujus hæreditate agitur, & de ejus substantia, vel quasi substantia descendit: *ff. de vul. subst. sed si plures, §. in arrogato secundum Bal. in d. l. si filiæ, & in auct. ex testamento, & in l. si emancipati, C. de coll.* Quæ quidem collatio non habet locum nisi inter eos quibus legitima debetur, si omnes leges mundi benè per contaberis: *ut not. Bal. in d. l. si emancipati.* Ex quo infero, quòd ista lex non habet locum cum succeditur fratri, vel sorori, vel alij, quia in successione transversalium non habet locum collatio dotis: *ut not. glos. & Doct. in l. 1. C. de leg. hæred. & in alleg. l. si emancipati:* ex qua cum notatis ibi per *Bal. not. tres conclusiones.* Prima, quòd si donavi amico meo, quæ postea hæredem institui cum filio meo, quòd non tenetur conferre. Secunda, quòd in successione transversalium, vel quando ascendentes succedunt descendentibus, non habet locum collatio. Tertia, quòd si omnes liberi sunt exclusi à capite liberorum, & veniunt ex alio capite, undè agnati, vel undè cognati, non habet locum collatio quæ cessat in succedentibus ex illo capite, quòd est notandum. Infero ergo ex ista lege cum notatis per Doct. *in auct. ex testamento, suprà alleg.* Quòd omnia donata per parentes filijs, sivè suis, sivè emancipatis quocumque titulo debeant inter cohæredes conferre. An pater videatur dotare filiam de suo proprio, vel de bonis filiæ, quorum administrationem gerit: *vide suprà l. 1. de las arras.*

(*b*) ADUCIR A PARTICION. Quòd credo verum, nisi testator alitèr provideat in

in testamento: *ut dicta auct. ex testamento.* Vel nisi sit facta donatio remunerativa filio ex justis meritis: secundum *Ja. But. & Bart. ibi.* Quòd est verum, si merita sunt loco finalis causæ, qua cessante non esset donaturus, nam labor sicut pretium rei esse videtur: *ff. de annuis lega. l. Sejo.* Et causa ista ob merita facit illud quòd erat profectitium esse adventitium, quia non tamquam filio datum est, sed tanquam cuilibet: *ar. ff. si quis in frau. pa. l. unius, ut not. Bald. ubi suprà.* Aliàs enim si causa benemeritorum non esset vera, præsumitur inter conjunctas personas potius ex naturali affectu, quam ex alia causa legitima donatum: *de dona. l. 2. §. fi. ff. mand. l. creditor.* §. 1. præsumptio enim latissima est propter naturalem affectum: *ff. de lib. leg. l. Aurelius*, §. *Titius testamento.* Merita ergo non perfunctoria, sed digna munere inspicienda sunt: *ut ff. de manu. vindi. l. illud si cer. pe. l. si tibi.* Gratia cujus nota, quòd si sunt merita obsequinalia datum ob ipsa non est adventitium, & venit conferendum, quia illa debentur patri jure naturæ, honor, scilicèt, & reverentia, & de jure divino: *ut dixi suprà eod. tit. l. 1. & not. in l. si donatione, C. de collati.* Sed si ea exhibuit filius patri ex abundanti charitate, & tunc est adventitium, & non venit conferendum: *ut ibi not. & per Gui. de Cuno. in d. l. si tibi si cer. pet.* Et sic intelligitur quòd suprà dixi, & adde quòd scripsi *suprà eod. li. tit. de las labores, è particiones, l. si el fijo.* An autem sufficit quòd pater in testamento exprimat speciem, & qualitatem meritorum etiamsi non juret, ut non requiratur alia probatio. Bar. tenet quòd non sufficit, nisi juret, vel aliàs probetur: *ut l. si fortè, ff. pro socio l. nec adjecit, ff. mand. l. si verò, & idem tenet glos. in l. si donatione, suprà alleg.* Quam commendant Doct. Bal. tamen in dicta lege si donatione tenet in hoc contra Bar. & concludit, quòd ubi nihil extrinsecus requiritur nisi sola voluntatis expræssio, tunc verbis testatoris est inhærendum: facit quòd *not. C. de Sacros. Eccles. l. illud super verbo alia, inhæreo tamen dictis Bar. quòd not. eleganter per Hen. in c. ex parte extra de confess. 1. di. & ibi per Jo. An. & Ant. de But.* An autem acquisita per filium cum pecunia patris, vel lucrum filij negotiatoris, vel in ludo taxillorum veniant conferenda, & de libris datis à patre filio in studio, & de expensis, & de alijs: vide per Doct. *in d. auct. ex test. & latè per Bar. in tractatu de duobus fratribus, & alleg. l. si el fijo, & vide foro juzg. lib. 4. tit. 5. l. 3. & ex eo quòd hic loquitur de dote.* Nota ultimo incidenter, quòd cum fit mentio de dote in dispositione legali attenditur nubilis ætas: *ut l. qui liberos, de ritu nupt.* Sed ubi in dispositione testatoris, aut dicit ad nubendum, vel pro nubendo, & sufficit ætas sine actu matrimonij aut dicit in dotem, & si transitivè loquitur, & tunc est necessarium matrimonium: *ut l. sancimus, C. de nupt. not. Bal. in l. voluntatis, C. de fideicommis. circa fi. & in l. cum testator, C. de test. ma.* An simplex donatio facta à patre filio veniat conferenda: *vide Sal. in auct. ex testam. C. de coll.* Item nota, quòd *Bal. in l. Titio centum*, §. *Titio genero, ff. de cond. & dem.* tenet conclusivè, quòd si testator relinquat pro dote, seu dotis nomine tale, relictum est conditionale, & requiritur quòd matrimonium contrahatur *per alleg. l. Titio, in princ. de ver. obl. & l. si ergo de jure dotium.* Sed si testator legat nomine dotis simpliciter, & filiæ aliàs non relinquitur legitima, tunc est legatum purum: *ut not. Bar. ubi suprà.* Item est notandum, quòd tale legatum pro dote quòd fit extraneo, si fiat majori non potest peti nisi nuptiæ contrahantur: *ut l. hæc conditio, ff. de cond. & dem. & ff. quando dies le. ce. l. quòd pupillæ*, & attenditur dies festivitatis nuptiarum: *ut l. sancimus, C. de nupt.* Quando, scilicèt, matrimonium contrahitur per verba de præsenti, posito, quòd ad domum viri non sit traducta, sed si relinquatur mulieri pro se maritanda, vel ad maritandum, tunc si relinquitur puellæ in ætate nubili potest legatum petere præstita cautione de nubendo, non enim requiritur quòd nuptiæ contrahantur, nam ante contractas nuptias mulieris expensæ necessariæ potest esse quòd fiant pro ea maritanda, & si non habet istud legatum conditionem matrimonij, sufficit quòd pro ea maritanda expendatur, licèt non maritetur: *facit quòd not. deleg. 2. l. Lucius in fi. hæc not. Bar. in alleg. §. Titio genero, circa finem.*

Ley XV. Del que face heredero al que debe alguna cosa.

QUando alguno ficiere heredero à aquel à quien debe alguna cosa, ò que le era fiador, si recibiere la herencia, pierda la demanda (*a*) que habie contra él, ò contra sus bienes: mas si tal fuere que no fizo manda porque era su propinquo, si heredáre con los otros, entreguese primero de su deudo, (*b*) y despues partan lo que dende fincare.

Ley XVI. Del que quiere facer herencia al Judio, è al Moro.

DEfendemos que ningun Clerigo, ni lego, no pueda en vida, ni en muerte, facer à Judio, ni à Moro, ni Herege, ni home que no sea Christiano, su

---

ADDICION.

Vey la Ley 19. de la 6. Partida, tit. de las Mandas, que concuerda con esta Ley, la qual Ley dice, que si el testador dixese, mándo à fulano cient maravedis que le debo, que la deuda se cuenta en la manda; pero si no le debiese ninguna cosa, vala la manda, y el heredero es obligado à gelos pagar.

(*a*) QUANDO, PIERDA LA DEMANDA. Quòd intelligo verum si compensandi animo creditori hæreditatem, vel partem ejus relinquit: *ut l. si compensandi, C. de hæred. inst. & ff. deleg. 2. l. creditorem, & de cond. inst. l. mulier.* Idem si debitor creditorem universalem hæredem in omnibus bonis instituat, nam si institutus addit hæreditatem, perdit debitum: *ut hic, & in l. scimus, §. in computatione, & ibi glos. Bart. & Bal. C. de jure delib.* Si autem debitor pro quota, vel quarta parte creditorem hæredem instituat, pro alia autem parte in qua hæres non extitit, potest pro residuo debiti agere contra cohæredem, etiamsi adeat hæreditatem: *ut l. si uxor. C. de bonis auc. jud. pos.* cum ultra eam portionem qua successit actio non confundatur: *ut ibi, & est casus in l. licèt, C. ad l. Falc. facit l. cum à matre, & ibi glos. notabilis, & Ci. notabiliter, C. de rei ven.* Alias autem nisi compensandi animo hæres esset, creditor factus in quota, vel nisi esset utiliter institutus, non perditur actio contra hæredes in residuo hæreditatis quòd ad eum pervenit: *facit l. si ab eo. C. de negotijs gestis, & l. creditorum, C. de pactis.* Adde ad materiam hujus legis incidenter, quid si testator in testamento confessus fuit sibi à debitore suo solutionem, & realiter satisfactum, & ideo mandavit hæredi, quòd eum non molestaret, an per talem confessionem probetur satisfactio, etiamsi testator convalescat: arguit *Bal.* notabiliter hanc quæstionem ad utramque partem *in l. si creditoris, C. de fideicommissis.* Et finaliter concludit, quòd per dictam solutionem naturalis solutio non probetur, nisi istam confessionem fecisset cum juramento: *ut auct. de jurejur. à majo. præst. & ff. deleg. 3. l. cum quis decedens, §. codicillis.* Confitetur tamen *Bal.* quòd etiam sine juramento confessio testatoris facit judicium, & cum alia probatione probaret plenè: *ut ff. de edi. edic. l. quæro, §. fi. & Bald. ubi suprà, & in l. 1. C. de furtis*: & vide plenè per *Bar. in alleg. §. codicill. cum §. seq.*

(*b*) PRIMERO DE SU DEUDO. Et est ratio, quia etiam debitum bonorum subsidium non debetur nisi ære alieno deducto: *ut ff. ad Trebel. l. 1. §. fi. & si cui plus quam per l. Falc. l. successores, & ff. de inoffic. test. l. Papinianus, §. proinde, & §. quam faciunt not. per Ci. in d. l. cum à matre, & per Bal. in auct. præterea, C. undè vir, & uxor, concord. cum hac l. 6. Part. tit. 9. l. 16. & 19.* Ultimò nota, quòd falsa causa non impedit legatum: *ut 6. Part. tit. 9. l. 20.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 4. de la 6. Partida, tit. de como deben ser establescidos los herederos, que pone, que ninguno no pueda establescer por heredero las personas aqui decla-

heredero, (a) è si alguno lo ficiere, no vala; y el Rey herede (b) todo lo suyo.

Ley XVII. Que el fijo que no es de bendicion, que no herede.

MAguer que el fijo que no es de bendicion no debe heredar, (c) segun que manda la Ley; pero si el Rey (d) le quisiere facer merced, puedale facer (e)

---

radas, ni à los que son desterrados perpetuamente, ni à pena de minero, ni los que se baptizan dos veces, ni à Cofradia, ni Congregacion reprobada, ò con voluntad del Rey, ni à persona nascida de coitu dañado: è la Ley 5. del dicho tit. pone otro caso.

(a) DEFENDEMOS, SU HEREDERO. Hoc est de jure, *ut in cap. si quis, & c. seq. extra de hæreticis.* Idem de quocumque non Catholico, qui non potest hæres institui: *ut not. ibi Host. & Jo. An.* nec etiam potest collegium illicitum institui hæres: *ut in l.* 1. *C. de Judæis, & not. eleganter Ci. in l.* 1. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Potest tamen Judæo singulariter legari: *ut not. glos. in d. l.* 1. *C. de Judæis*: quæ approbatur per *Ci. & Bart. in d. l.* 1. *C. de Sacros. Eccles. & per Bart. in l. senatus, ff. de rebus dub. ubi vide per eum*: nec etiam possunt aliæ personæ institui hæredes quæ connumerantur: 6. *Part. tit.* 3. *l.* 4. *&* 5.

(b) EL REY HEREDE. Hoc verum non stantibus descendentibus, & ascendentibus, nec legitimis: *ut dixi suprà tit. proxim. l.* 3. An autem indignis hæreditas applicetur fisco, & quot modis potest adimi hæreditas notant Doct. signanter *Bal. in l. hæreditas, C. de his qui ut indign. quem vide.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 4. tit. 15. de la 4. Partida, que singularmente dispone quién puede legitimar los bastardos, è qué pro tiene la legitimacion: è la Ley 9. del dicho tit. pone como los fijos legitimados succeden à sus padres, è dice, que succeden igualmente con los legitimos, è tienen todas las honras, è preeminencias que los legitimos hijos. E la Ley 3. del dicho tit. pone el daño que viene de no ser el hijo legitimo: è la Ley 5. 6. 7. è 8. pone como el padre puede legitimar los hijos naturales, ò bastardos. Vey la Ley 10. de la 6. Partida, tit. 13. è la Ley 9. del dicho tit. pone, que los bastardos heredan à las madres.

(c) MAGUER, NO DEBE HEREDAR. *Ut in l.* 1. *suprà eod. tit. & vide quòd ibi scripsi.*

(d) PERO SI EL REY. Quòd per excellentiam potest facere, potest enim restituere natalibus: *ut l.* 1. *C. de jure anu. aure.* & potest concedere jura anulorum aureorum, *ut in l.* 2. *eod. tit.* potest concedere veniam ætatis: *ut C. qui ven. ætatis imp. l.* 2. potest legem interpræetari generalem: *ut C. de leg. l. fi.* Potest æquitatem non scriptam præferre rigori scripto: *C. de leg. l.* 1. potest decretum interponere super arrogatione: *ut ff. de adopt. l.* 2. potest gratiam facere juramenti: *ff. ad muni. l. fi.* potest restituere spurium naturalibus: *ut not. in auct. qui mo. nat. effi. sui*, §. *fi.* potest alia, de quibus *in d. l.* 1. *C. de jure anu. aur. & ibi per Doct. & per Innoc. in c. cum per tabellio, extra de fide instr.*

(e) FACER LEGITIMO. Solus ergo Princeps potest legitimare ad succedendum: *ut hic.* Et est ratio, quia legitimatio est Principis donum, & non alicujus inferioris: *ut in auct. qui mo. nat. effi. sui*, §. *si verò is qui solummodo.* Nec mirum, quia legitimatio deducit quem de non esse ad esse, quòd soli Principi licèt, quia omnis spurius est infamis, & vilis conditionis: *ut C. de nat. lib. l. fi. in fi. & not. Azo. in summ. de infam.* §. 2. undè solus Princeps eum restituit: *ut C. de nupt. l. imperialis.* An autem est necesse quòd in tali legitimatione exprimatur qualitas defectus, *& Bal. in lib. feud. rubrica si de feudo fuerit controvers. inter dominum, & agnatum, cap. naturales*, tenet quòd non est necesse. Sufficit enim, quòd si est spurius, quòd exprimatur spuritas, licèt non exprimatur qualitas spuritatis, ut putà quòd non dicatur ex monacha, vel adultera secundum *Jo. An.* qui ita eleganter dicit, & notat *in c. fi. extra de filijs Præsbyt. in novella.* Sed quæ-

quærit *Bal. ubi suprà* numquid sit necesse quòd Princeps apponat clausulam non obstante, respondet quòd non quando Princeps rescribit specialiter, & ex certa scientia, & hoc verbum ex certa scientia in litteris sit expræssum, secus si daret alicui generalem auctoritatem legitimandi, quia plus operatur species certa quam dispositio generalis: & ita intelligitur quòd *not. in auct. quibus modis nat. effi. sui*, §. *fi. facit quòd not. in cap.* 1. *de constit. in novella.* Alij dicunt, quòd requiritur clausula derogatoria qua non adjecta Princeps præsumitur potius per importunitatem indulsisse quam ex liberatione juxta notata: *C. de nat. lib. l.* 1. *& ff. quòd quisque juris*, *l.* 3. §. *si is, pro quo cum multis simi.* Sed prima opinio defendi potest de jure per *l. qua in provintia*, §. *divus*, *ff. de ritu nupt.* ubi incestuosos etiam Princeps ex certa scientia legitimos facit, & non solum proprio motu, sed etiam ad supplicationem, quòd est notabile. Item, quærit Bal. ibi quid de legitimatione per matrimonium respondet secundum Jac. de Bel. quòd hi etiam in feudum succedunt: facit quòd notat *Bar. in c. innotuit*, *extra de elec.* Sed tu in hoc respice formam investituræ in feudo, nam si diceret pro te, & filijs tuis ex te legitimè descendentibus, non continentur legitimati, quia inspicitur principium geniture, & non est nostrum extendere scripturas; *ut l. contractus*, *C. de fide instr.* principium intellige conceptus, & nativitatis, prout expedit filijs: *C. de nat. lib. l. nuper in ratione.* Si autem dicit filius simplicitèr, quòd indefinita æquipollet universali, an de his verba intelligantur, dici potest quòd matrimonium non legitimat filios ad feuda propter summum vitium originale, præsertim superstite legitime concepto, alij dicunt, quòd licèt legitimetur, illegitimus tamen remanet: *ut not. in c. quanto*, *de translatio Episcopi in novella.* Extra nota, quòd si instituo te hæredem sub conditione si post hæreditatem spurio meo dederis, vel sub alio extrinseco, non possum hoc facere, quia esset fraus legis: *de don. caus. mor. l. quòd conditionis implendæ*, *& dic*, *ut ibi per Guil. & Di.*

Item, ad hanc materiam nota, quòd si quis habebat uxorem adulteram, quæ fortè ivit ad lupanar, & reconciliata marito peperit in domo mariti, est præsumptio juris pro filio nato quòd sit legitimus, & si quis dicat contrarium debet probare hoc, quæ probatio esset difficilis. Sic determinat *Ci. in l. si vicinis*, *C. de don. ante nupt.* nam quamdiu possibile est eum nasci de matrimonio, est præsumptio juris pro eo, & sic dicit Ci. quòd stultus fuit quidam Rex qui ad dictum matris, quia dixit eum non esse filium Regis, renuntiavit Regno: quia in tali casu nec matri, nec patri debuit credere filius, sed debuit se, & conscientiam suam informare secundum legem, qua non debet quis esse clementior: *ut auct. de judicijs*, §. *oportet.* Et lex judicat filium, qui constante matrimonio natus est, nisi probetur absentia, vel infirmitas, seu impotentia generandi: *ut ff. de his qui sunt sui*, *vel alie. juris*, *l. filium.*, *Ci. ubi suprà.* Item, quærit *Bal. ubi suprà*, quid de eo qui accepit concubinam in uxorem in articulo mortis, sciens se evadere non posse, contrahit cum ea, respondeo hoc est matrimonium, nam hoc est bonum prolis, ex quo legitimatur proles, qui legitimi habentur loco posthumi: *ut not. in regula sine culpa*, *de reg. juris*, *lib.* 6. *in mercurialibus*, *& vide quòd dixi suprà eod. tit. l.* 2. Item, summe ex glossa magna dicti *c. naturales*: & ex alijs dictis superius notatis, quòd quoad regna, & baronias non legitimat nisi Imperator, & matrimonium, debet tamen intervenire scriptura, & etiam dos vera, & non ficta: *ut not. inst. de nup.* §. *fi. adde quòd not. Accur. C. de nup. imperialis*, *& auct. maximis*, & hoc de jure civile. Sed simplicitas canonistarum non curat de ista solemnitate, sed tantum de jure matrimonij: *ut d. cap. tanta.* Sed an contra instrumentum matrimonij possit opponi jus filiationis, & dic quòd sic: *ut not. per Accur. in l. neque*, *C. de nupt.* Pone quòd non tenet matrimonium propter impedimentum justitiæ publicæ honestatis, an filij succedant in feudo, & dic quòd sic, quia sunt legitimi à natura: *ut not. C. de incestis nup. l. qui contra.* Item, pone quòd Papa dispensavit cum aliquo, ut posset habere consanguineam in uxorem, donec haberet liberos qui regerent regnum, numquid valeat ista dispensatio, ista est quæstio disputata per *Jo. An. in cap. actus legitimi de reg. juris*, *lib.* 6. *in mercurialibus ubi vide.* Item quæro, utrum occidens

dens filium spurium teneatur pœnæ legis de parricidis, & Doct. determinant quòd sic, quia natura communis est: *ut ff. de accus. l. hos accusare*, §. *omnibus.* Et propter hoc fuit combusta quædam monialis Bononiæ, quæ filium suum necaverat: vide quòd *not. in cap.* 1. *de homicidijs*, *in cle.* Item, si spurius occiditur, respublica offenditur, cujus inter est spurios etiam cives habere: *ut not. ff. sol. mat. l.* 1. *in fi. per Accur.* Item, quia civitas est minor mundus, de quo isti sunt naturaliter, seu matrimonialiter procreati, quia sunt de natura prima seminis naturalis, licèt rudes, & indocti homines sint, & quandoque summè virtuosi: *ut c. nasci. de adul. l.* 6. Ultimò scias quòd per matrimonium per dispensationem Papæ contractum non legitimantur incestuosi, sed oportet quòd fiat mentio de ipsis: *ut ff. de stat. ho. l. Paulus*, & *ibi per Ci.* Ubi dicit, quòd ista quæstio fuit de facto, extra notata, quòd si esset concessum committi, quòd posset legitimare certum genus spuriorum, alios qui laborant majori spuritate non potest legitimare, nam natura speciei non est per modum generis significare: *ut ff. de leg.* 3. *l. hæres meus*, §. *duæ statuæ.* Item, quia in difficilioribus princeps reddit se difficiliorem, undè talia non videntur committi: ut notat *Jo. Mo. in cap.* 1. *de filijs Præsb. lib.* 6. Ubi ait, quòd licèt statutum de spurijs non promovendis sit confirmatum per Sedem Apostolicam, tamen eodem modo tollitur quoad jus commune, quia est novum statutum, sed juris communis extensivum, quòd est nota dignum: hæc per *Bal. in d.* §. *naturales.* Ubi dicit textus, quòd naturales filij legitimati non succedunt in feudo, sed si sint legitimati per Principem, eo adjecto quòd succedant in feudis, tunc succedunt cum legitimis simul propter supremam Principis potestatem secundum glossa ibi, & secundum *Jac. de Bel.* & *Pe. de Cer. in d. cap. naturales*: & vide *Guillel. in l. humilem*, *C. de incestis nup.* Item nota, stantibus legitimis non potest legitimatio fieri, nisi in duobus casibus per subsequens matrimonium, & per traditum curiæ: *ut not. Bar. in auct. Item, si quis*, *C. de nat. lib.* Item nota, quòd legitimatio filio bastardo potest relinqui non subsistentibus legitimis, aliàs solum prout naturali: *ut l. fi. C. de nat. lib.* Item nota, quòd in actu legitimationis citandi sunt attinentes. qui præjudicantur: *ut not. Ja. de Are. in l. pe. ff. de natali. rest.* Item nota, quòd in legitimatione filij non exigitur consensus agnatorum, vel fratris: *ut l. cum adop. ff. de ado.* Sed si legitimaretur ad præjudicium alicujus eum præcedentis in gradu. Si hoc esset possibile benè illius exigeretur consensus, ut tenet Jac. de Are. qui concludit, quòd non exigitur consensus per illam legem: & est ratio, quia quis non debet esse solicitus de hæreditate viventis: *ut l.* 2. *de his qui ut indig.* & *l. quidam de don. licèt ar. sit contra*, *ff. de adop. l. nam ita*: & quòd ibi *not. Jac. de Are.* Item, non potest quis per procuratorem legitimari: *ut not. But. in l. omnes*, *C. de his qui ve. æta. impe.* An in legitimatione filiorum exigatur confectio instrumentorum dotalium, licèt non exigatur ad validitatem matrimonij: *vide glos. in auct. de incestis nupt. coll.* 2. Item nota, quòd non licèt tacitè legitimare naturales, sed est necessaria verborum solemnitas, nam si per matrimonium scriptura, & dos. Si per rescriptum supplicatio. Si per curiam oblatio curiæ, ut in suis locis patet, & multa alia sunt quæ lex non patitur in silimento silentij constare, sed requirunt claritatem verborum, ut est hæredis institutio: *C. de test. l. jubemus*, *not. Bal. in lib. feu. cap.* 1. §. *filia verò.* Item nota, quòd non indifferenter rex debet in præjudicium legitimorum spurios legitimos facere, ut cum alijs æqualiter succedant: *ut in lib. feu. tit. si de feu. fuerit cont. inter dominum*, & *agn. cap. filij nati*, *ubi quærit Bal.* Pone quòd accepi uxorem quandam nobilem, quæ dedit mihi in dotem centum milia florenorum, sperans filios suos successuros, & aliter mihi non nuptura. Suscepi ex ea unum filium, & ex quadam meretrice habui plures spurios, quod feci legitimari ab Imperatore, ita ut succederent pro virili cum legitimo. Nonne hæc magna est iniquitas, & magna circunventio nubentium? Non potest negari quin Imperator, vel Rex hoc possit: ut plenè glossa per modernos *in l. Gallus*, *ff. de lib.* & *posth.* Tamen Imperator qui hoc facit, videtur unum pectus, nec habet præ oculis justitiam publicæ honestatis, nec considerat quòd per solas nuptias conservatur elegans genus huma-

legitimo, è sea heredero (*a*) tambien como si fuese de muger de bendicion: ca asi como el Apostolico (*b*) ha poder llenamente en lo espiritual, asi lo ha el Rey en lo temporal: è como el Apostolico puede legitimar aquel que no es legitimo para haber Ordenes, è Beneficio, asi lo puede legitimar el Rey para heredar, è para las otras cosas temporales.

---

manum: *ut in auct. de nup. in prin.* Ubi textus dicit, quòd nuptiæ immortalitatem paternant humano generi: *concord. l.* 1. *ff. so. ma. & notat Bald. in d. cap. filij nati.* An autem Princeps potest legitimare in terris Ecclesiæ quoad succedendum: vide notabilitèr *Bal. in d. l. C. de jure anu. aure.*

(*a*) E SEA HEREDERO. Quòd intelligit Episcopus legitimis non existentibus: *ut l.* 5. *suprà eod. tit.* Et ibi dixi, cum talis legitimatio intelligatur fieri sine juris præjudicio alieni: *ut in cap. quamvis extra de rescriptis, lib.* 6. Cum ibi notatis, & nota quòd producens instrumentum legitimationis, ex hoc probat se illegitimè natum, quia omnis dispensatio præsuponit veritatem in contrarium, quòd est nota dignum: *ut in l.* 2. *& ibi Doct. C. de jure anu. aure.*

(*b*) CA ASI COMO EL APOSTOLICO. *Concord. cap. per venerabilem extra qui filij sunt le. ubi vide latius per Host. Henr. & Ant. & per Accur. & Jac. de Bel. in auct. qui. mo. na. effi. sui*, §. *ultimo, & Azo. in summ. tit. de nat. lib.* §. 2. *& Spe. tit. delegat.* §. *postremo, vers. sed illud, & ibi Jo. An. in addi.* Item, in eo quòd suprà dixi, quòd potest Princeps dispensare cum spurio, notat Bal. differentiam filiorum *in l. parentes, ff. de in jus vo.* Primò, quia ille qui nascitur ex legitimo matrimonio est legitimus, fallit ista regula in casu mirabili: *C. de capti. l.* 1. *& glos.* Tangit illum casum *in l. Gallus*, §. *si ejus, ff. de lib. & posth.* Secunda regula est, quòd nullus est legitimus nisi nascatur de legitimo matrimonio, fallit per communem errorem: *ut not. C. de incestis nup. l. qui cont.* singularis autem error non facit filium esse legitimum, sed est causa dispensandi cum eo: *ut l. qua in provincia*, §. *divus, ff. de ritu. nup.* Sed alia qualitas filiorum est de his qui dicuntur naturales, & ideo dat Bal. aliam regulam, quòd qui nascitur ex legitimo concubinatu est naturalis: *ff. de concub. l. in concubinatu, C. de nat. lib. l. humanitatis, cum similibus.* Legitimus autem concubinatus describitur per unicam in domo retentam, ubi aliud impedimentum non est: *ut in auct. qui. mo. nat. effi. le.* §. 1. Ex isto concubinatu, quia mater non approbatur, sed tolleratur, nascuntur naturales. Alia regula est, quòd inter quas personas prohibetur matrimonium, nascuntur spurij, extra de renuntia: *cap. nisi cum prædem.* §. 1. Alia regula est, quòd inter quas personas prohibetur concubinatus, non tamen prohibetur matrimonium, ut nati non sint spurij, ut in Clerico quòd non est in sacro ordine constitutus, vel in fratre Tertij Ordinis Sancti Francisci, quòd possunt contrahere non tamen possunt concubinatum exercere: & ita disputando tenuit *Ricard. malum.* Alia regula est, quòd natus ex publica meretrice, vel vulgari fœmina est spurius: *ut in d. l. parentes.* Alia regula est, quòd natus ex furtivo accessu viduæ, vel virginis est spurius: *ut extra de elec. cap. innotuit, & in auct. de rest. & ea. quæ parit.* §. *fi.* Ultima regula est, quòd pluralitas concubinarum eodem tempore retentarum, facit filium spurium: ut ibi tractat Bal. an appellatione filij, vel parentis compræhendatur naturalis, vel spurius: & vide quòd circa hoc scripsi *suprà tit. de las Mandas, l. defendemos.* Per hanc differentiam filiorum poterit cognosci qualitas dispensationis cum illegitimatis, & quia suprà dixi quòd sunt citandi hi quorum interest ad legitimationem faciendam: concordat quòd notat *Bal. in l. nam ita divus, ff. de adopt.* dicens, quòd in arrogatione, vel in legitimatione citandi sunt hi quibus est data potestas à jure consentiendi, & contradicendi, & non alij etiamsi lædantur: *ut l. cum adopt. de adopt. & l.* 1. §. *denunciari*

ri de ventre inspi. Non sunt ergo citandi agnati per patrem ad legitimationem filij spurij, sed debent citari filij legitimi, & naturales, quia eis invitis pater non potest filium spurium legitimare: *ut C. de nat. lib. auct. item si quis.* Citandi etiam sunt hi quibus est quæsitum jus succedendi: *ut not. Jac. de Are. in l. fi. de nat. rest.* hoc tamen fallit si Princeps hoc faceret de plenitudine potestatis: *ut l. 2. de nat. rest.* Et quia lex ista potestatem tangit Principis, ideo hic inserui opusculum, quòd de mandato reverendi patris, & Domini Lupi de Barrietos, Episcopi Conchensis compilavi, & licèt ejusdem domini prudentia cognoscit de potestate Principis esse sacrilegium disputare: *ut in auct. ut jud. sine quo suffra. §. eos autem, coll. 1. & C. de crim. sacri. l. disputare, & c. ut constitueretur, 50. dist. & 17. q. 4. §. qui autem*, & ideo non est meum ponere os in Cœlum, lingua mea transeunte super terram: *ut c. in tantum, 21. dist.* At tamen propter reverentiam suæ reverendæ personæ mandato parendo, succinctè ac perfunctoriè sub hoc epilogo aliqua de hac materia scripsi, sed ne temerarius canonum violator dici merear, cum prima salus est rectæ fidei regulam custodire, & à constitutionibus patrum nullatenus deviare: *ut c. prima salus, 25. q. 1.* Protestor, quòd si ex lapsu linguæ, aut ex ignorantia, quæ maximum in me obtinet Principatum, aliqua quæ sint contra determinationem Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ scripsero, quòd absit, ex nunc illa casso, & annulo, & pro non scriptis protestor haberi, me imbecillem submittens cujuslibet melius sentientis correptioni, ac determinationi. Divini ergo nominis invocatione præmissa, ut prædicta quæstio clarius pateat, opusculum istud in duas principales partes dividere proposui. Primò, de potestate Papæ. Secundò, de potestate Regis, seu Imperatoris. Item, primum subdivido in quinque particulas. Primò, à quo, & quando, & qualiter potestas Papæ pervenit, & an habet utrumque gladium. Secundò, quotuplex est Ecclesia, & an potest errare. Tertiò, quot sunt claves Ecclesiæ. Quartò, de potestate clavium in vivis, & defunctis, & an Ecclesia Militans potest mortuos absolvere. Quintò, de potestate Concilij generalis. Item, secunda pars subdividitur in quinque particulas alias. Primò, à quo imperium processit. Secundò, de potestate ordinaria Principis in crimine sine citatione, an valeat in notorijs. Quintò, an his in quibus Princeps non potest, sit mandatum ejus observandum. Circa primum est dicendum, quòd potestas est duplex, scilicèt, Pontificalis, & Regalis: *ut c. duo sunt, 96. dist.* Item, est potestas divinæ voluntatis, quæ Sanctorum Patrum, & omnium hominum statuta transcendit: *25. q. 1. c. contra statuta, & c. quæ contra 8. dist.* Item, est facultatis potestas de qua *in c. 1. 14. q. 6.* ibi agamus quòd possumus, vel debemus, quantum Episcopalis facultas concedit, non ergo potest Papa remittere ablatum sine restitutione: *ut ibi.* Item, est potestas officij, ubi quantum committitur, tantum potest Princeps: *2. q. 6. c. de cætero.* Item, est potestas pietatis, de qua *in c. faciat ho. 22. q. 2.* Differunt tamen hæc principales potestates, quia sicut antecedunt divina humana, cœlestia terrena, & spiritus carnem. Sic antecedat potestas Pontificalis Regalem: *ut c. suscipitis, 10. dist.* aurum enim non tàm pretiosius est plumbo, quàm regia potestate est altior ordo Sacerdotalis: *ut c. duo sunt, 96. dist.* Differunt etiam sicut Sol à Luna, & sicut anima à corpore: *ut cap. solite, de major. & ob.* Jurisdictio enim spiritualis, & temporalis distincta est, & divisa una ab alia: nec habet se intromittere spiritualis Judex de temporalibus, nec è contra: *ut c. 2. causam 2. qui fi. sunt le. de cons. dist. 3. c. celebritatem, in fi.*

Circa primum istius primæ partis principalis dico, quòd Papa à Deo habet potestatem, & Principatum: *ut cap. cum beatissimus, 24. q. 1. & in c. 1. & 2. de translatio Episcop. & in c. novit, §. cum enim de judicijs*: quæ quidem potestas ante Passionem fuit ei à Deo promissa per illa verba. „Tu es Petrus, &c. „& tibi dabo claves Regni Cœlorum.“ *Matthæi 16. & cap. in novo, 21. dist. & in c. Sacrosancta, 21. dist. & cap. quodcumque, & c. loquitur, 24. q. 1. & in c. per venerabilem qui fi. sunt le.* Post culpam verò negationis Petri, & post Passionem à Deo creatus est Pastor per illa verba: „Si diligis me, pasce oves meas:“ *Jo. c. ultimo, & c. significasti, de elec.* Et sic fuit ei effectualiter attributa potestas à Deo ligandi, & solvendi per illa ver-

verba: Quodcumque ligaveris, &c. *ut in jur. suprà alleg.* nec obstat ad hoc *c. concilia*, 17. *dist.* quòd videtur juvare, quòd Papa auctoritatem habet à concilijs, quia illud verum est secundariò, principaliter tamen potestatem habet à Deo: *ut ibi not. glor.* Petro autem peccanti potius quam alij ex discipulis hanc potestatem Deus commissit, dispensatione pietatis magnæ hoc actum esse cognoscimus, ut is qui futurus erat Pastor Ecclesiæ in sua culpa disceret qualiter alijs misereri debuisset: prius itaque eum ostendit sibi, tunc præposuit cæteris, ut ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma tolleraret: *ut c. considerandum, & cap. fidelior*, 50. *dist.* Non enim cum distinctione dominus processisset, ut cum reverentia suæ altitudinis loquar nisi unicum post se talem Vicarium reliquisset, qui hæc omnia posset, & idem dicendum est de successoribus Petri, cum eadem absurditas sequæretur si post mortem Petri humanam naturam à se creatam sine regimine unius personæ reliquisset: *ar. ad hoc qui fi. sunt le.* per venerabilem ultra medium notat *Innoc. in c. ad Apostolicæ, de re jud. in fi.* Item Ecclesia habet utrumque gladium, quòd approbatur per auctoritatem Evangelij. *Lucæ* 22. *Ecce duo gladij sunt hic*: & per illam auctoritatem cum dicitur: converte gladium in vaginam: ad significandum quòd gladij temporalis executione uti non debet Ecclesia, quæ verba exponuntur in extravaganti unam Sanctam, & illud tenet Ber. ad Eugenium dicens: aggrava subditos non ferro, sed verbo: & habetur prima ad *Thim.* 3. » Oportet te non esse » percussorem, nam minister es Novi » Testamenti, & minister mansuetudi- » nis, & Sacramenti unitatis. « Sacramentum verò significat unionem animæ ad corpus, quia sicut anima vivificat corpus, sic spiritus per Sacramentum vivificat animam: ideo executio gladij temporalis qui dividit animam à corpore, pœnes ministrum Sacramenti unitatis esse non debet: undè dicit idem Ber. Gladium materialem habet Papa nutu Imperator jussu, miles manu, vel usu: quòd innuit dicta *extravagans, & probant hoc jura alleg. in glos. in cap. novit, de judicijs, & cap. solite de major. & obe. & per Jo. An. in c. per venerabilem qui fi. sunt le.* de hoc pleniùs dicetur infrà in prima parte secundæ partis principalis. Ad secundum primæ partis dico secundum Doct. quòd duplex est Ecclesia, Militans, scilicèt, & Triumphans: prima est, in tempore peregrinationis: secunda, in æternitatis mansione. Prima in labore, secunda in requie: prima in via, secunda in patria: prima cum hoste pugnat, secunda sine hoste triumphat secundum Augustinum: facit Job. 7. » Militia est vita hominis super terram.« Sicut ergo Rex, vel Imperator militat pugnando, vincit fugando, & post victoriam triumphat: *ut in prœmio inst.* Sic & corpus mysticum fidelium, quòd dicitur Ecclesia Militans, cujus Caput, & Sponsus est Christus, in quo corpore sunt fideles, & infideles schismatici, & similes, habent enim bonos, & malos: 21. *dist. quamvis*, 26. *dist. acutius, & ibi glos.* & continet paleas cum granis: *de cons. dist.* 4. *est unitas.* Quæ quidem Militans Ecclesia ad exemplum Triumphantis Ecclesiæ diversitate officiorum, ac Ministrorum sibi servientium decoratur: *ut c. ad hoc*, 89. *dist.* Triumphans autem Ecclesia solum habet bonos, quia in illa non est macula venialis peccati, nec ruga mortalis: *de pœn. dist.* 1. *Eccles.* 32. *q.* 4. *recurat*, §. *item bon.* 24. *q.* 1. *omnibus, in fi.* Post universalem autem resurrectionem Ecclesia Militans fiet Triumphans, & desponsa fiet uxor, nam sicut sponsa corporalis inducta in domum fit uxor: *ff. de ritu nupt. l. minorem*: sic Sponsa Christi Ecclesia Militans, vel fidelis anima ducta in cœleste regno censetur uxor: *ut not. Jo. Mo. & Jo. An. in cap. fundamenta, de elec. lib.* 6. Ex his autem tertium subjungitur, an Ecclesia Sancta possit errare, & secundum Doct. dico, quòd Triumphans Ecclesia numquam errat, quia omnia novit antequam fiant, & nihil ei occultari potest: *ut c. à nobis*, 2. *de sen. excom. & de simo. c. tua nos in fi.* 24. *q.* 4. *cap. Deus cui de cons. di.* 2. *c. panem in fi. nam ait Hier.* » Ad Celantiam, numquam errat muta- » tio, quæ sequitur veritatem, & alibi » idem Hieronymus inquit, veritas clau- » di, & ligari potest, vinci autem non po- » test, & quæsitorum paucitate contenta » ex multitudine hostium non terretur, » Ecclesia autem Militans potest errare: ut dicto *c. à nobis*, & falli, & fallere, ut ibi pro ipsa tamen præsumitur quousque de errore probetur: *ut cap. fraterni-*

nitatis, §. *jus tamen de frigi. & male. c. fi.* Et potissimè præsumitur pro Ecclesia Romana: *ut cap.* 1. *de reli. & vene. Sanctorum*: debet tamen Ecclesia in quantum potest divinum judicium imitari: *Jo.* 11. *& cap. tunc verè* 11. *q.* 3. Si tamen de errore possit fides fieri, non negatur Ecclesia Apostolicæ sedis sententiam posse in melius commutari: ut legitur, & *not. in cap. cum olim.* §. *nos ergo, de re. ju. & cap. tamen ex litteris*, §. 1. *de in inte. re.* Ecclesia verò generalis simul congregata numquam errare potest: *ut cap. recta ergo fide.* 24. *q.* 1. Quòd credo verum in errore juris, de quo ait Dominus Petro: Ego rogavi pro te ne deficiat fides tua: *ut recitatur* 21. *di.* §. 1. *in fi. & in c. majores de bapt. licèt ibi dicit Host.* quòd pro persona tantum Petri Dominus rogavit: alij tamen Doct. intelligunt quòd pro generali Ecclesia, & ista approbatur. In errore tamen facti probabilitèr potest generalis Ecclesia errare, sicut specialis, ut putà contraxi cum Berta, vel non, quia facta peritissimos fallunt: *ut l.* 2. *ff. de juris, & facti igno.* Hoc enim judicia Dei scire non potest, ideoque verisimiliter errare quandoque præsumitur: *ut alleg. c. Deus cui*, 24. *q.* 3. *& c. humanæ aures*, 22. *q.* 5. *est tamen notandum secundum Host.* quòd licèt Militans Ecclesia fallere, & falli possit, tamen quantum in ipsa est nequaquam fallere debet: ut legitur, & notatur *in cap. per tuas*, §. *fi. de don. ex quibus dictis not. Jo. An. & Hen. in alleg. c. à nobis*: quòd ligatio, vel absolutio quam facit Ecclesia clave errante, nec ligat, nec solvit apud Deum. Ad quartum quòd proposui, est dicendum, quòd clavis est potestas ligandi, & solvendi, qua Ecclesiasticus Judex dignos recipere, & indignos excludere debet à Regno Cœlorum: 21. *dist.* §. 1. & §. *si autem*, 24. *q.* 1. Alij tamen dicunt, quòd clavis & potentia spiritualis supernaliter à Deo data, & infusa, non inventa, nec acquisita: *ut not. Jo. An. & Henr. in cap. tanta, de exces. Prælat.* Dicitur enim clavis à claudendo, nam sicut clavis naturalis est instrumentum cum quo aperitur, & clauditur ostium, sic ista clavis removet impedimentum, quòd est in introitu Regni Cœlorum, & quandoque claudendo apponit: *ut cap. quocumque*, 24. *q.* 1. Item, est notandum, quòd sunt duæ claves secundum Doct. Prima est, scientia discernendi, & cognoscendi quis sit dignus, & quis indignus: & ista dicitur clavis discretionis. Secunda est, potestas ejiciendi indignos ab Ecclesia, & recipiendi dignos, & aperiendi ostium, & protinus claudendi: 21. *d. c.* 1. Primam habent viri litterati, sed in eis non est propriè clavis, sed quidam habitus, & licèt inveniatur alicubi scientia potestati conjuncta, non ideo est clavis, est tamen necessaria potestatem habenti, sicut lucerna in tenebris ambulanti, ne sequatur id, si cæcus cæcum duxerit, &c. Secunda clavis quæ est potestas, & est duplex, quædam jurisdictionis, & alia ordinis, de qua diffinitio loquitur: quòd autem sint plures claves patet ex verbo plurali, quo usus Dominus Petro inquit, tibi dabo claves Regni Cœlorum: *Matth.* 16. *& in alleg. c. in novo*, 21. *dist. & c. nova quædam, de pœn. & rem. ubi Host.* exponit verbum illud, claves unam, scilicèt, fori contentiosi judicialis: *ut c. per venerabilem, qui fi. sunt le. & cap. fi. de pœnis*: aliam fori pœnitentialis voluntarij: *ut cap. omnis, de pœn. & rem. & alleg. c. à nobis*, 2. *de sent. excom.* Alij dicunt, quòd non est nisi una clavis tantum, quæ quidem est potestas, seu judicium, dicuntur tamen pluraliter claves propter plures effectus qui sunt ligare, vel solvere, claudere, vel aperire: & hanc tenet *Ray. in sum. tit. de pœna Sacerdotis revelantis confessionem*, §. *nota quòd claves.* Sed omissis circa hoc alijs opinionibus, est dicendum secundum Doct. *in l. c. tanta, & Host. in sum. tit. de remissionibus*, §. 1. quòd sunt duæ claves, una examinandi, & diffiniendi in judicio dubia, & per censuram Ecclesiasticam coercendi cujus, & exercitium committit Ecclesia Judicibus suis quamvis non sint Sacerdotes: *ut c. transmissam, de elec. & c. à multis de æta. & qua.* Alia clavis est audiendi, solvendi, & coercendi peccatores de plano, & sine strepitu, & reconciliandi eos, & hanc non habet nisi Sacerdos, & hæc videtur tutior opinio, & verior *Host. Jo. An. & Henr. in alleg. c. tanta.* Propter Domini auctoritatem quæ de plurali loquitur, quæ pluralitas duorum numero est contenta: *ut c. pluralis, de reg. jur. lib.* 6. Differunt autem istæ duæ claves primò quia æquè habet integraliter totam clavem ordinis unus simplex Præsbyter, sicut Papa: 21. *dist. cap. in novo, ibi*

ibi pari consortio, *&c.* *&* 95. *dist. cap. olim.* Nam Dominus parem potestatem in ordine, & dignitate omnibus Apostolis dedit per illa verba: Quorum remiseritis peccata, &c. *ut alleg. cap. loquitur*, 24. *q.* 1. Voluit tamen, ut in Beato Petro omnium Apostolorum uno eandem potestatem principalitèr collocaret: *ut in c. ita Dominus*, 19. *dist.* Clavis verò jurisdictionis soli Petro, suisque successoribus data fuit per dicta verba: Quodcumque ligaveris, &c. Item, clavis ordinis tollit impedimentum reatus, vel pœnæ peccati, & immediatè nobis Cœlum aperit: *de pœn. dist.* 2. *c. Romanos*, *& cap. Princeps.* Clavis tamen jurisdictionis solum tollit impedimentum, claudit, seu aperit ingressum Ecclesiæ Militantis, quæ est via ad Ecclesiam Triumphantem, seu ad Regnum Cœleste: *de summa Trinit. c.* 1. §. *una.* Et hoc dum tamen justè exerceatur: *ut cap. tunc vera*, 11. *q.* 3. Item differunt, quia clavem ordinis habent soli Præsbyteri: *ut alleg. c. una.* Clavem verò jurisdictionis habent alij: *ut alleg. c. transmissam*, *de elec.* Item, quia clavis ordinis non potest impediri, dum tamen adsit materia, & ideo quicumque Præsbyter, licèt simoniacus, vel infamis potest hac clave uti: 16. *q.* 1. §. *ecce*, *& in hoc c.* *& c. ex auctoritate.* Clavis tamen jurisdictionis benè totalitèr aufertur: *ut alleg. c. tanta*: ratio diversitatis est, quia prima respicit ordines qui perpetui sunt, ratione impræssi characteris: secunda prælationem quæ statim spirat, ex quo remoti sunt illi quibus præerat: *de dolo*, *& contum. c. veritatis.* Item nota, quòd istam clavem habet tota Trinitas per auctoritatem: *de cons. dist.* 3. *c. fi. Christus per excellentiam propter meritum Passionis*, *de pœn. dist.* 1. *c. verbum*, *& de cons. dist.* 4. *c. nemo.* Sacerdos propter mysterium quòd exercet virtute Passionis: *ut alleg. cap. verbum.* Et etiam quantumcumque malus sit Sacerdos, dum ab Ecclesia tolleratur, potest Sacramenta Divina licitè ministrare, tamquam per quoddam instrumentum tale, nec polluntur, nec virtute minuuntur: *ut c. fi.* 15. *q. fi.* Sed sicut aqua per canalem transit ad hortum, sic gratia Sancti Spiritus per istum transit ad fideles, nec ipse sibi retinet, sicut nec canalis: 1. *q.* 1. *si fuerit*, & hoc latè tenet *Ray. in sum. tit. de pœna Sacerdotis revelantis confessionem*, §. *restat videre.* De secundò, & hoc verum nisi iste sit primò ab Ecclesia præcisus, quia tunc licèt remaneant claves quantum ad essentiam ex parte annexitatis characteris, usum tamen amittit ex parte materiæ: & est ratio, quia cum usus clavium prælationem requirat, & iste præcisus jam Prælatus non sit, cum subjecti propter quos Prælatus dicebatur, per illum qui potuit sibi subtracti sunt: concluditur, quòd cessante Prælatione, cesset usus: & hæc est ratio quare mulier quæ est de natura sua subjecta, nec statum Prælationis habere potest, quia esset contra naturam suam: *ut c. hæc imago*, 33. *q.* 5. *& ideo claves non habet*: *ut in cap. nova quædam*, *de pœn. & rem.* Qualiter autem liget, vel solvat hæc clavis est in summa dicendum, quòd triplex est judicium: primum, Dei: secundum, Petri in Ecclesia Militanti: tertium, rursus in Curia Cœlesti. Primum, scilicèt, quo Deus mundat animam in contritione, hoc est, solius divini qui claudit, & nemo aperit, & è contra: *ut alleg. c. verbum*, *de pœn. dist.* 1. ubi verbum Dei dimittit peccata in filio qui verbum dicitur, nec per hoc excluditur Spiritus Sanctus, per quem etiam dicuntur peccata remitti: *ut cap. remissionem*, 1. *q.* 1. Nec excluditur Pater, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis: *ut c. omnes*, *de cons. dist.* 3. Nemo ergo tollit peccata mundi nisi solus Christus: *ut c. nemo*, *de cons. dist.* 4. Et istud primum judicium præcedit alia duo judicia effectu, & dignitate: *ut alleg. c. à nobis* 2. Secundum, officium est Petri, sivè Sacerdotis in foro animæ, qui licèt officium suum exhibeat, nullius tamen potestatis jura exercet, scilicèt, quoad Ecclesiam Triumphantem in qua nulla sua potestate propria utitur, sed tamquam minister, & instrumentum dictum est: *& est text. in alleg. c. verbum.* Tertium, est judicium approbationis, scilicèt, Curiæ Cœlestis, & Angelorum, & secundum ordinem hunc sic expone, quodcumque ligaveris super terram judicio Petri, vel justè, seu clave non errante, erit ligatum, & in Cœlis, scilicèt, per approbationem Cœlestis Curiæ, quia quòd in his pars Ecclesiæ Militantis facit in terris, approbat pars Ecclesiæ ejus Triumphantis in Cœlis. Ex quibus patet, quòd Ecclesia Militans, seu clavis discretionis, vel jurisdictionis, & etiam clavis ordinis, non secundum primum judicium,

cium, scilicèt, quo mundatur anima per contritionem secundum judicium, de quo suprà dixi, tàm in ligatione, seu absolutione mortuorum, quàm vivorum potest errare, & si in talibus error intervenit, non dicitur vera ligatio, nec vera absolutio quoad Deum per ea quæ dicta sunt, & per infrà dicenda. Ex his autem quæ dicta sunt, subjungitur quæstio an, scilicèt, Ecclesia Militans possit mortuos absolvere, vel ligare, & quòd possit est textus *in cap. sanè*, 2. *cum cap. seq.* 24. *q.* 2. Ubi probatur hæreticos post mortem excommunicari posse auctoritate, & doctrina Sanctorum Patrum, præterea hæreticus instituens hæredes potest post mortem accusari, & ligari: *ut c. si quis Episcop. de hæreticis*: & hoc etiam probatur *in cap. placuit*, 23. *q.* 5. Ubi se interficiens, vel in notorio crimine decedens post mortem damnatur, nec pro tali fieri debet in oblatione commemoratio, nec sepulturæ cadaver cum Psalmis est tradendum: ergo affirmativa vera quæ corroboratur *per cap. nec*, 88. *dist. juncta glos. ibi*, *& cap. pro obeuntibus*, *in fi.* 13. *q.* 2. *ver.* Si quem constat per testamentum suum in mortali peccato, vel impœnitentem decessisse, accusatur post mortem, & ligatur per Ecclesiam, ut pro eo non fiat oblatio, neque aliqua depræcatio pro nomine ejus in Ecclesia frequentetur: hoc etiam patet *in cap. quicumque Clericus*, 24. *q.* 8. Ubi & in bello, aut in rixa, aut gentilium ludus Clericus mortuus fuerit damnetur, nec in oratione, nec in oblatione pro eo postuletur, sed in manus incidat judicis, scilicèt, veritatis nempe Christi: concordat quòd notat *Archi.* 24. *q.* 2. *in sum. glos. fi.* Dicens, quòd sicut super terra potest aliquis absolvi si aliqua pœnitentiæ signa apparuerint, *ut alleg. cap. à nobis*: sic etiam potest ligari si in notorio crimine decesserit secundum Jo.An. ibi quòd intelligo posse ligatum denunciari. Ex quibus liquido intimatur, quòd si post mortem quis ligatur, quòd etiam & post mortem possit absolvi, patet, nam ubicumque Ecclesia Militans se invenit deceptam de injusta condemnatione alicujus, potest post mortem revocari, & mortuus absolvi: ut est expræssum *in alleg. cap. sanè* 24. *q.* 2. hoc clarè patet *in alleg. cap. pro obeuntibus*, *& cap. animæ* 13. *q.* 2. Ubi animæ defunctorum quatuor modis solvuntur, &c. Infertur etiam, quòd post mortem defunctorum animæ solvuntur. Item, mortuos ligasse, & solvisse Ecclesia legitur, ut in multis exemplis positis *in c. fi.* 24. *q.* 2. *&c.* Pro contraria parte quòd post mortem, scilicèt, nemo ligatur, nec absolvitur, ex verbis evangelij monstratur, dum dicitur. Quodcumque ligaveris super terram, &c. Matth. 16. *& cap. quodcumque*, *& cap. in novo suprà alleg.* Super terram inquit, non subtus terram, ostendens, quòd viventes pro varietate suorum meritorum solvi possunt, & ligari, de mortuis autem sententia ferri non potest: ut est expræssum 24. *q.* 2. *in prin. & c.* 2. Ubi de communione privatis, & ita defunctis horum causæ Dei judicio reservanda est, in cujus manu fit, ut talium obitus non usque ad communionis remedium differetur, nos autem quibus viventibus non communicamus, mortuis communicare non possumus: hoc idem *in cap. legatur in fi. cum c. seq. ead. causa*, *& q.* Præterea qualem te invenit dominus cum vocat, talem pariter, & judicat, & qualis hinc quisque egreditur, talis in judicio repræsentatur: *ut cap. qualis* 25. *dist.* Non ergo amplius potest ab Ecclesia Militante ligari, seu absolvi. Item, mortui vocati sunt ad majus tribunal, & judicio divino relicti: ut est expræssum *in cap. quorundam* 23. *dist.* Et sic de eo qui in divino judicio est constitutus, nobis fas non est aliud dicere præter id in quo dies supræmus eum invenit: *ut in c. nec quisquam* 24. *q.* 2. Non ergo inferior, scilicèt, Papa de divino judicio tribunalis Dei poterit se intromittere ligando, seu solvendo, *facit cap. cum inferior. de ma. & obe. & cap. inferior.* 21. *di.* Et hoc ideo, quia extra territorium jus dicenti non paretur impune: *ut l. fi. ff. de juris. omnium jud. & cap.* 2. §. *statuto de const. lib.* 6. Præterea crimina morte extinguuntur: *ut alleg. c. quorundam*, & crimen cum temporali pœna fit extinctum: *C. si reus, vel ac. mor. fue. l.* 2. & de his quæ foris sunt nihil ad nos: *ut cap. quòd super de voto* 2. *q.* 1. Multi non obstant jura pro contraria parte allegata, quæ asserunt hæreticos post mortem posse ligari, &c. Quia de jure in tribus casibus potest quis post mortem damnari de hæresi, ut in contrario, ut si quis hæreticos instituit hæredes: *ut cap. si quis Episcop. de hæret.* & si in no-

notorio crimine quis decedat: *ut c. neque* 88. *dist.* Et sic casus speciales non sunt ad consequentiam trahendi, de quibus *not.* 24. *q.* 2. *in summa*, & sic solvuntur argumenta prima pro contraria parte indulta, nec obstat quòd Ecclesia absolvit mortuum si inveniat deceptam, &c. Quia exponitur per omnes absolvit, id est, absolutum ostendit per infrà dicenda, nec obstat *cap. animæ defunctorum suprà allegata*: quia licèt nega dum non est, defunctorum animas pietate suorum viventium relevari *cum dist. tamen de qua in cap. cum marthe. in fi. de celeb. Mi. & cap. tempus* 13. *q.* 2. Scilicèt, si mortui sunt mediocriter boni, seu mediocriter mali, & si decesserunt in fide informatè operante, scilicèt, per dilationem: & de his tractat *Ray. in summa tit. de pœnitentia infirmorum* §. Item, quærit utrum ea quæ fiunt à vivis prosint defunctis, quòd ad præsens omitto, tamen illud habet locum per modum suffragij, tamen per modum auctoritatis, seu potestatis: *ut in proposita q. & hoc tenet glos. in cle. abusionibus de pœn. & remis.* Ubi damnatur illa abusio contra aliquos eleemosynarum quæstores qui mendaciter asserunt animas tres, vel plures parentum, vel amicorum illorum qui eleemosynas eis conferunt de purgatorio *extra hære. &c.* Nec obstat quòd ultimo allegatur, scilicèt, quòd per multa exempla legitur, Ecclesiam mortuos solvisse, ligasse, &c. Quia non quòd fit, sed quòd fieri debet considerandum est: *ut in cap. cum causam*, §. *quia igitur de elec.* Nec est exemplis, sed legibus judicandum: *ut C. de sen. & inter. omn. jud. l. nemo.* Nec Papa potest sibi jurisdictionem usurpare quam non habet: *ar. cap. à nobis infrà de sen. exc.* Sed videtur quòd hoc tenere est sacrilegium, seu periculosum; cum per Evangelistam veritatem, tàm in Cœlo, quàm in terra nostri attributa est potestas, & patet, quia qui moritur in excommunicatione non est absolvendus, si vivus non pœnituit: *ut cap. nec quisquam suprà alleg.* Si tamen signa pœnitentiæ apparuerint, nec per eum sterit quominus Ecclesiæ reconciliaretur, absolvitur: *ut alleg. cap. à nobis* 2. *de sen. excom.* Nec obstat illud super terram, &c. Quia intelligendum est, scilicèt, quandiu fueris super terram, & sic ad ligantem refertur, & te mortuo ad successores devolvitur hæc potestas: *ut cap. in novo* 21. *di. & cap.* 1. 22. *dis.* & hunc intellectum tenet *glos. in alleg. cap. legat.* 24. *q.* 2. Non enim prius erat ligatus delinquens apud Deum, ergo nihil prodest absolutio, vel ligatio Papæ, ut est expræssum *in cap. ut evidenter* 1. *q.* 1. *& cap. si quis non recto* 24. *q.* 3. Et sic videretur quòd nulla potestas Petro collata sit, vel Ecclesiæ, per hoc quodcumque ligaveris, &c. Et sic in tali absolutione, vel ligatione nullius potestatis vim exercet Papa: *ut alleg. c. verbum de pœ. dist.* 1. sed tantum ostendit ligatum, vel solutum: *ut cap. nec is*, 15. *q.* 1. Sed est dicendum, quòd quoad Ecclesiam Triumphantem nullius potestatis vim exercet, sed tantum ostendit ligatum, vel solutum, sed habet aliam potestatem qua ligat quoad Ecclesiam Militantem, & censetur ligatus, vel solutus quamvis injustè hoc fiat: *ut in cap.* 1. 11. *q.* 3. *& hoc notat glos. in d. cap. quodcumque* 24. *q.* 1. Sed licèt hoc sit verum, quòd quoad Ecclesiam Militantem, quæ quandoque sequitur opinionem, & fallit, & fallitur, censetur innocens ligatus, vel reus absolutus, non tamen quoad Deum, & hoc ideo, quia Deus neminem injustè ligat: 11. *q.* 4. §. *ex his*, & §. *cum ergo subditi.* & tribunal æterni judicis illum reum non habet, quem injustè judex condemnat: *ut c.* 1. *de re jud. lib.* 6. Hinc est quòd apud illud tribunal, sententia injustè lata non tenet, nec ea quis apud Deum ligatur, vel absolvitur: *ut est text. juncta glos. notabili. in cap. manet* 24. *q.* 1. *& text. in cap. non imperpetuum* 24. *q.* 3. Nam si quis non recto judicio eorum quibus præsunt in Ecclesijs, depellatur, & foras mittatur, si antea ipse non exit, hoc est si non ita egit, ut mereatur exire, nihil læditur in eo quòd non recto judicio ab hominibus videtur expulsus, & ita fit, ut interdum ille qui foras mittitur intus sit, & ille foris qui intus videtur retineri: *ut cap. si quis* 24. *q.* 3. *ubi not. glos.* Quòd quoad Deum non potest Ecclesia ligare nisi justè liget, dixit namque Dominus Petro, quodcumque solveris super terram, &c. Hoc est, ego Dominus, & omnis cœlestis militiæ ordines, de omnes Sancti in Gloria mea laudant nobiscum, & confirmant quos ligatis, & solvitis super terram, non dixit quos putatis ligare, & solvere, sed in quos exercetis opus justitiæ, & misericordiæ pœ-

pœnam, scilicèt, relaxando, & justa pœna ligando: *ut cap. quem pœnitet de pœ. dist.* 1. *& not. in alleg. cap. evidenter* 1. *q.* 1. *& ideo glos. in dict. cap. quem pœnitet* exponit solveritis, scilicèt, justè, & misericorditer, clave non errante, & sequitur ibi in textu allegato opera vestra in peccatores non cognosco, scilicèt, quòd dimittatis per vos peccata, & ibi glossa, non ergo sine causa dictum est, quòdcumque solveris, &c. Nec sine causa claves datæ sunt Ecclesiæ Dei, nec frustremus Evangelium Dei: *ut c. agite pœnitentiam de pœ. dis.* 1. Ex quibus infertur quòd, & si per solam contritionem peccatum remittatur, necessaria tamen est absolutio qualis agitur in Ecclesia Militante, per quam peccator in Cœlis absolutus declaratur: *ut ibi not. glos.* Et de hac absolutione Ecclesiæ Militantis loquitur illa auctoritas quodcumque ligaveris, &c. Nam si sine absolutione excommunicationis excommunicatus decederet, & per sola signa contritionis absolutus crederetur, frustra Ecclesiæ claves essent commissæ, ut ibi notatur, & licèt per gratiam internæ compunctionis quis à peccato absolvatur: *ut* §. *huic etiam media de pœn. di.* 1. Necessè tamen est ne claves Ecclesiæ contemnantur, ut per Militantem Ecclesiam absolutus declaretur: & ideo Doct. *in alleg. cap. à nobis signanter Inno. Host. Jo. An. Hen. & Ant.* Exponunt illud verbum signasse, & solvisse per legatos, & absolutos denunciase, & hæc est vera hujus antiphonæ solutio, ut ibi Host. nec obstat id quòd in fine dictæ auctoritatis dicitur, scilicèt, erit solutum, & in Cœlis, &c. Quia intelligitur per judicium approbationis curiæ cœlestis, & hunc intellectum: *Gre. & Leo Papa approbant in alleg. cap. tunc vera* 11. *q.* 3. *& in cap. mane.* 22. *q.* 1. Quia quòd juste fit in terra approbatur in Cœlis, allegatam enim injustam absolutionem, vel injusta vincula disrumpit justitia: *ut cap. cœpist.* 11. *q.* 3. Et temerarium judicium nihil nocet ei de quo temerè judicatur, ei autem qui temerè judicat ipsa temeritas necessè est ut noceat: *ut cap. temerarium*, 11. *q.* 3. Ex suprà notatis colligo, quòd non est differentia inter absolutionem, seu ligationem, quæ per Ecclesiam Militantem fit inter mortuos, & vivos quoad Deum, quia sicut nec ligat, nec solvit injusta sententia mortuos quoad Deum, sic nec vivos, ut ex superioribus satis liquet, posset tamen injusta excommunicatio vivum etiam quoad Deum ligare si eam contemnat: *ut est text. in cap. non solum*, §. *cum ergo* 11. *q.* 3. Quia nemo contemnere debet Ecclesiastica vincula, nam non homo est qui ligat, sed Christus qui hanc potestatem dedit, & dignos fecit homines tanti honoris: *ut cap. nemo* 1. 11. *q.* 3. Sed si nihil talis absolutio, vel ligatio Ecclesiæ Militantis quoad veritatem ligationis, seu absolutionis post mortem operatur, ut ex superioribus liquet, frustra fit. Sed est dicendum, quòd ideo fit talis ligatio, vel absolutio post mortem, ut censura Ecclesiastica magis timeatur, & in majori reverentia habeatur: *ut not. in cap. ut privilegia*, §. 1. *de privil.* Et ut sicut culpa mortui per sententiam fuit dum erat vivus publicata, sic & per solemnem absolutionem reconciliatio publicetur: *ut cap.* 1. *& cap. quæsitum de sen. excom. cap.* 1. *de pœn. & re. & cap. debent*, 11. *q.* 3. Et ut ostendat Ecclesia se in offensionem sponsi sui, scilicèt, Christi graviter fuisse læsam, & ut vivi ad reconciliationem affectu facilius inclinentur: *ut cap.* 1. *de sen. excom. lib.* 6. Et fit etiam ista absolutio ad consolationem vivorum potius quam ad expiationem defunctorum: *ut cap. tempus*, *& cap. pro obeuntibus* 13. *q.* 2. Item, prodest etiam animæ defuncti talis absolutio post mortem, quia ante absolutionem Ecclesia pro defuncto non orat, nec recipit oblationes per quas defunctorum animæ solvuntur: *ut alleg. c. animæ* 13. *q.* 2. *& cap. satis de sen. excomm.* post absolutionem verò Ecclesia orat, & oblationes recipit: *ut ibi*, *& in cap.* 1. 2. *&* 3. 24. *q.* 2. Ex quibus omnibus talis colligitur distinctio, si quærimus an Militans Ecclesia possit absolvere vel ligare mortuos, distinguo, aut quantum ad veritatem ligationis, vel absolutionis, & dic quòd non potest, ut patet, & liquet ex superius allegatis, aut quantum ad declarationem absolutionis à Summo Sacerdote in contritione facta, & dic quòd sic: *ut alleg. cap. à nobis.* Sed ante hujus declarationem indistinctè est servanda sententia Ecclesiæ Militantis: *ut cap.* 1. 11. *q.* 3. *& cap. solicitudinem de appe. & cap. sacris de sen. exc. sed contra suprà dicta facit quòd not. Guil. de Mon. laud. in cle. abusionibus*,

bus, §. *ad hoc*. Super verbo multiplici, ubi quæritur, utrum clavis, seu potestas Ecclesiæ extendatur ad existentes in purgatorio de quibus *not. in cap. legat.* 24. *q.* 2. Quidam dicunt quòd non cum vocati sunt ad majus tribunal, & relicti judicio divino: *ut alleg. cap. quorundam* 23. *di.* & *cap. qualis* 25. *di.* Alij contra asserentes, quòd si ad hoc intendat ille qui indulgentias dare potest, ut ne dum ad vivos, imò etiam ad illos qui sunt in purgatorio extendantur, cum tamen hoc exprimat, quòd illi quibus conceditur nedum pro se, imò etiam pro mortuis prosint faciendo aliquod opus per quòd potest illas lucrari, & cum hoc concordat *Inno. in cap. quòd autem de pœn. & rem. & Guil. de Mon. lau. ubi suprà.* Sed quicquid dicatur, DD. moderni, signanter *Hen. in alleg. cap. à nobis* 6. *di. dicunt*: quòd non videtur quòd illæ indulgentiæ valeant formaliter, cum mortui desinunt esse de foro, & jurisdictione Ecclesiæ Militantis, cui non subsunt sicut si essent vivi: ut est expræssum *in alleg. cap. à nobis.* Sed possunt tales indulgentiæ prodesse per modum suffragij sicut aliæ oblationes, & orationes: *ut alleg. cap. animæ defunctorum*: & hujus sententiæ sunt *Ricar. Pe. & Ray. in cap. quòd autem glos. pe. de pœn. & re. & Osti. lib.* 5. *tit.* 39. *de indulg. art.* 5. *quæst.* Utrum valere possit, & idem tenet: *Jo. An. in d. cap. à nobis dicens*, quòd prædicti non asserunt suffragia non prodesse, nam per suffragia non fit plena absolutio: *ut not. in alleg. cap. cum marth. in fi.* De materia autem indulgentiarum nota per Innoc. & alios DD. canonistas *in alleg. c. quòd autem de pœn. & rem.* An autem Papa habeat potestatem in infideles qui sunt extra Ecclesiam, & an potest ad loca infidelium occupanda indulgentias dare, vide notata per Innoc. & alios DD. *in cap. quòd sup. de voto.* Quinto est videndum de potestate concilij generalis, & an sit ejus potestas major quam potestas Papæ, & videtur quòd sit major concilij generalis potestas, cum descendat illa potestas ex lege divina quæ est immutabilis, cui Papa subjacet, & hoc probatur Lucæ 22. ubi Christus Apostolis suis inquit: »Ego dispono vobis sicut dis»posuit mihi pater meus regnum in Ec»clesiam, ut edatis, & bibatis super men»sam meam in regno meo, hoc est in Ec»clesia: *ut ibi dicit glos. & rursus*: Si»cut misit me pater, & ego mitto vos, »accipite Spiritum Sanctum, quorum re»miseritis peccata remittuntur, & quo»rum retinueritis retenta erunt: « ut hæc omnia habentur transumptive *in alleg. cap. loquitur* 24. *q.* 1. Quorum autem loco Apostolorum successerunt Episcopi: *ut in cap. in novo* 21. Et sit parem in communem potestatem omnibus Apostolis Deus dedit: *ut alleg. cap. loquitur*, nec obstat ad hoc 17. *di.* §. *prim.* Quasi per totum, ubi concilia Sedis Apostolicæ auctoritate celebrantur, & sic concilium habet potestatem Papæ, quia illud habet verum approbativè, non tamen dispositivè per auctoritatem, & jura suprà allegata sed dicendum est, quòd parem potestatem dedit Deus omnibus Discipulis in ordine, & dignitate consecrationis, secus in administrationis plenissimæ quæ satis differt ab alijs, quòd liquet: *exc. cap. in illis*, 80. *di. & not. glos. in alleg. cap. loquitur*, vel potest dici quòd licet Dominus hujusmodi potestatem omnibus dedisset Apostolis, voluit tamen, ut in Beatissimo Petro omnium Apostolorum summo eadem potestas principaliter collocaretur: *ut est tex. in cap. ita Dominus*, 19. *di. ad significandum Ecclesiæ* unitatem per unum caput Apostolorum Principem: *ut in d. c. loquitur*, *Francis. tamen de Zambar.* Olim Cardinalis Florentinus in tractatu suo de schismate hanc materiam latius declarando, dicit, quòd id quòd dicitur, Papam habere plenitudinem potestatis, debet intelligi non solum tamquam caput universitatis, ita quòd ipsa potestas est in universitate tamquam in fundamento, sed in Papa tamquam in principali Ministro per quem hæc potestas ostenditur, & experitur, ita tamen quòd præcedat clavis discretionis: ut elegantèr *not. Innoc. in cap. quanto, de jurejur.* & quòd potestas sit in ipsa Ecclesia, seu universitate probat ipse per *cap. legimus*, 93. *dist. ubi Hieron. dicit*: Quòd ors major est urbe, & ibi colligit glossa, quòd statutum concilij præjudicat statuto Papæ, *& in cap. sicut, & ibi glos.* 15. *dist. ideoque ponderandum est illud verbum, c. alleg. ita Dominus*, 29. *dist. ibi dum dicitur*: Quòd Dominus salutem unitatis omnibus Apostolis commisit, ita tamen quòd in Petro principalitèr collocavit, &c. Quia non dicit totalitèr ut alij excludantur, sed dicit principalitèr, & sic ple-

plenitudo potestatis in universitate ipsorum, & per singulos exercetur, sed principalitèr per Petrum, non tamen ut ei erranti standum sit: ideo legitur ad Galat. 2. quòd Paulus in facie restitit Petro, quia repræhensibilis erat: 2. *q.* 7. *Paulus.* Ex quibus infertur, quòd potestatis plenitudo est in Papa, ita tamen quòd non erret, si tamen errat hoc habet corrigere concilium, apud quòd ut dixi est plenitudo potestatis tamquam in fundamento, quia Ecclesiæ Congregatio habet judicare difficilia quæ emergunt, & sic tempore Apostolorum judicavit, per quæ ipse probat quòd concilium generale non subjiciatur juri positivo, cum habeat plenitudinem potestatis, ut dictum est, & hoc tenet quidam famosus Doctor Hispanus *Jo. Gund.* in tractatu suo quem fecit de schismate, *in* 3. *q. princ.* supradicta, tamen non credo regularitèr locum habere nisi in casibus in quibus concilium generale habet potestatem, quos laboriosè collegi per glossas juris canonici, & ex dictis Doctorum signantèr *Ant. de But. & Matth. de Mata. in suis tractatibus de schismate.* Primus casus, quando est probabile dubium juris, vel facti, quis ex duobus sit verus Papa, cujus decissio ad concilium expectat generale: *ut notat glos. in cap. si duo*, 79. *dist.* Secundus, in crimine hæresis, & generalitèr quando est dubium super articulis fidei, & super ei annexis, vel dependentibus: *ut not. glos. in cap. si Papa*, 40. *dist. & in cap. Anastasius*, 19. *dist.* & tunc opinio concilij generalis prævalet opinioni Papæ: *ut est text. juncta glos. in cap. sicut*, *in fi.* 15. *dist.* Tertius casus est, in materia nutriente schisma inveteratum, quòd longo tempore duravit, quia hoc expectat ad concilium generale, nec populus christianus sit in divisione, & habeat duo capita, & ad ea referatur, quia hoc jam videtur in hæresim transire: *ut cap. non auferamus*, 24. *q.* 1. *& q.* 3. *inter schisma*, *facit cap. teneamus*, *c. q.* 1. Quartus casus est, quando est aliquod crimen notorium, ex quo multum scandalizatur Ecclesia, & data incorrigibilitate, Papa tunc posset deponi, ut hæreticus: *ut not. gl. in prædicto c. si Papa*, 40. *di.* Quintus casus, in factis in quibus contingit turbari universalis status Ecclesiæ, & periclitatur etiam, quòd est grave delictum etiam in Papa quòd ad concilium expectat corrigi, in tantum quòd si Papa est incorrigibilis deponi potest à concilio: *ut glos. in d. cap. si Papa.* Sextus ubicumque Papa depræhenderetur à fide deviare: *ut est text. in d. cap. si Papa.* Septimus ubi induceretur novus ritus prorsus diversus à ritu antiquo in quo nutritus est populus christianus, quia etiam in isto casu debet congregari concilium generale, & super hoc habebit potestatem propter hujus criminis gravitatem, quòd sapit hæresim 24. *q.* 3. *cap. Adriani*: sicut si diceremus quòd Christianus observans Evangelicam legem servaret nihilominus ritum Judæorum, quantum ad servandum Sabbatum, vel utendum circuncisione, & in hoc casu Paulus Petrum repræhendit 2. *q.* 7. *Paulus.* Et potestas ista concilij in deponendo, vel corrigendo Papam non est concilio attributa per *text. in d. cap. si Papa.* Nam ille canon non fuit editus à Papa nec à concilio generali, sed solum narratur ibi pars gestorum bona facilij matris, nec potuisset Papa præcisè suos successores per suas constitutiones ligare: *ut in alleg. cap. innotuit de elec.* sed illa potestas descendit ex lege divina: ut suprà dictum est, quòd probatur etiam per id quòd habetur *Deuteron.* 13. *& transumptivè in c. si audieris*, 23. *q.* 5. Ubi propter hæresim civitatis omnes de civitate necantur, & igne civitas incenditur, & per id quòd legitur *Jo.* 15. » Si » quis in me non manserit mittatur foras » sicut palmes, &c.« & colligent eum, & in ignem mittent: *& not. in c. ad abolendam*, *de hæret.* & hoc finaliter sentiunt omnes DD. in ista materia. Ex quibus dictis quoad propositum satis potest rationabiliter circa hanc materiam distingui, quòd si loquimur in causa ubi concilium generale congregatur per Romanum Pontificem non pro facto suo, sed pro aliquibus magnis, & arduis negotijs Ecclesiæ providendis, quia tunc potestas concilij est à Papa tamquam in principali Ministro: si autem loquimur in casu ubi Papa mortuo, vel dejecto concilium generale congregatur, & tunc potestas concilij sit à Deo secundum quòd probant rationes, & auctoritates suprà scriptæ. Si verò loquimur in casu ubi concilium congregatur contra Papam propter hæresim, vel schisma, & tunc ad idem est dicendum, quòd ista potestas sit à Deo, ut probant illa quæ dicta sunt,

sunt, signantèr *alleg. c. si Papa*, *&* 2. *q.* 7. *Paulus.* Et sic licèt casualiter in his consilium habeat potestatem, ut præmittitur, regularitèr tamen tota potestas universalis Ecclesiæ est in Papa, qui est Vicarius Christi in toto orbe terrarum, per rationes, & jura suprà allegata. An autem in casibus suprà dictis concilium generale habeat ordinariam jurisdictionem, vel delegatam ad præsens non tango. Circa secundum principale, scilicèt, de potestate Regis, vel Imperatoris, & à quo Imperium processit, dico, quòd sicut Papa, sic & Imperator, vel Rex divinitus, à Cœlesti Majestate habet gladij potestatem: *C. de vete. jur. enu. l.* 1. *in princ. & cap. si Imperator*, 96. *dist.* Et propter vindictam noxiorum gladium permissum est, & ita potestas à Deo est concessa: *ut c. quæsitum*, 23. *q.* 4. Et Imperium Deus de Cœlo constituit *in auct. de instr. cau.* §. *quia igitur*, *coll.* 6. *& in auct. quomodo oportet Episcop. in princ. coll.* 1. Et Deus misit Regem legem animatam in terris: *ut in auct. de consul.* §. *fi. coll.* 4. *nec obstat cap. legimus*, 93. *dist.* ibi regite legem Christi, quia loquitur in spiritualibus, nec obstat *c. alius*, 15. *q.* 6. quia loquitur in casu ubi Rex est in Regno inutilis, & insufficiens: *concord. cap. grandi de suple. ne. præl. lib.* 6. *& cap. ad Apostolicæ, de re jud.* Idem in casibus alijs notatis *in c. licèt*, *ex suscepto de foro competent.* nam Papa propter crimina deponit Imperatorem: *ut alleg. cap. ad Apostolicæ, & c. licèt de voto.* Item, Regi malè administranti dat coadjutorem: *ut alleg. cap. licèt*, *de foro comp.* Item, compellit Regem justitiam administrare: *ut c. administratores*, 23. *q.* 5. & jus canonicum debitis casibus observare: *ut c.* 2. *de foro comp. lib.* 6. *de jurejur. licèt eod. lib.* Nam unum oportet esse Principatum ad quem omnes recurrant: 7. *q.* 1. *in apibus*: & tamen notandum, quòd Rex, cui per successionem Regnum defertur, non potest propter dissipationem Regni, seu propter negligentiam privari, sed solum sibi coadjutor datur: ut est expræssum *in d. c. grandi*, *& ibi not. glos. benè notabilis*, *& est text. in c. denique*, 7. *q.* 1. Item, Romani Principes Romanum Pontificem venerantur, & ab eo approbationem personæ imperialis celsitudinis apicem assumendæ, nec non unctionem, consecrationem, & Imperij coronam accipiunt, & ei non reputant indignum sua mittere capita, habuit enim potestatem Imperium à Græcis in Alamanos transferri: *ut cle. Roman. de jurejur.* Maximam enim potestatem habet Papa circa Imperium: *ut cap. in synod.* 63. *dist.* Hæc omnia ex plenitudine potestatis quam Rex Regum, & Dominus dominantium Papæ in personam Beati Petri concessit ipse potest: *ut cle. pastoralis de re. jud.* & sic licèt casualitèr, vel per quasdam consequentias Papæ sit permissum se intromittere in temporalibus regularitèr non impedit ei mittere falcem in mesem alienam: *ut in cap. venerabilem*, *de elec.* 6. *q.* 3. *cap.* 1. *& cap. nullus, de paroch. & cle. pastoral. de re. jud. & in cap. per venerabilem*, *qui fi. sunt leg.* Nec obstat id quòd consuevi notari monstrum esse duos Vicarios Dei in terram, ne unum corpus duo habeat capita: *ut in cap. quoniam de offi. or. & cap. loquitur* 24. *q.* 1. *suprà alleg. & not. in cap. causamque* 2. *qui fi. sunt le.* Quia illud habet locum in eadem potestate vel quæ pati non potest distinctionem seu divisionem ab alia per *alleg. cap. in apibus* 7. *q.* 1. Sed cum distinctæ, & divisæ sunt dictæ potestates, & jurisdictiones non est monstrum in earum quacumque unum caput habere, vel potest illud habere locum in Imperio tempore Constantini Imperatoris qui Imperium transtulit in Ecclesiam: 96. *di. Constantinus, & cap. fundamenta*, *de elec. lib.* 6. quia extra Ecclesiam non est Imperium: *ut* §. *sed illud*, 24. *q.* 1. & Ecclesia illud transtulit in Alamanos: *ut alleg. cap. venerabilem*, *de elec. & ibi glos.* Non tamen habet locum in Regibus, & Principibus, maximè in his qui per successionem obtinent Regna, & Principatus: ut notat *Archi. in d. c. grandi*, *& maximè.* Si in temporalibus superiorem non recognoscunt, ut est Rex Hispaniæ, & Franciæ: *ut not. glos. in c. Adrianus*, *& in c. synod.* 63. *dist.* Sed contra hoc facit quòd suprà allegatur, scilicèt, quòd Imperium processit à Deo, & omnes Principes ei subsunt: *ut in alleg. c. in apibus*, 7. *q.* 1. *& omnes nationes*, 10. *q.* 1. §. 1. *& omnes provinciæ*, 63. *dist. Adrian.* & quòd omnia sunt in potestate Imperatoris: *ut c. quo jure*, 8. *dist. & c. convenior*, 23. *q.* 8. *& est dominus totius mundi*, *ut ff. ad l. Rod. de jac. l. depræcatio.* Ergo licèt Imperator à Deo habet potestatem, ut

ut suprà dictum est, omnes tamen Reges habuerunt potestatem ab Imperatore cum postea fuerunt regna ab Imperio divisa: ut legitur in historijs, & chronicis: sed est dicendum, quòd supradicta non obstant quia Imperium habet limites: *ut C. de fundis, limi. l 1. & de comer. & mer. l. mercatores, & lib. feu. tit. de pace tenen, & jura fir. c. 1. & clarè patet in cle. pastoralis de re.judi.* & licèt olim omnia regna Imperio subjecta essent: ut patet *C. de offi. præfe. affirm. l. fi.* consuetudo tamen introducta ex tanto temporis cursu cum frequentibus actibus qui dant jurisdictionem, Reges à potestate Imperatorum totaliter exemit: nam populus ad quem de jure communi expectat electio, & creatio Principum: *ut l. cunctos populos, C. de summa Trin.* potuit dare jus regibus quos creavit: *instit. de jure natu. §. sed quòd in princ. ff. de origi. juris, l. 2. §. postea, & §. novissime.* Maximè cum potestas Romanorum fuit per violentiam usurpata, ut infrà dicetur, & licèt in omni orbe olim fundata fuit Imperatoris potestas, hodie verò divisum est Imperium Dei permissione, & alij Reges, & Principes per populos ad quos pertinet sunt constituti, & per consequens alij destituti: ut notatur *in c. cum ex invicto de hæreticis, & de statu. mo. c. ea quæ §. præcipimus, & not. Archi. in alle. c. grandi, nec obstat alle. per Hosti. in c. 1. de offi. Archi.* Qui tenet quòd Imperator est de jure communi fundatus, & nullus alius Rex, vel baro, per jura in contrarium allegata, quia potest dici quòd quicumque habet territorium limitatum ab antiquo sit fundatus de jure communi infrà metas ejusdem ad exercendum in qualibet parte jus quòd in toto universaliter exercet: *ff. de ver. sig. pupillus, §. territorium not. de præscrip. si diligenti. 8. dist. quo jure, & notant Doct. signanter Jo. Fa. in all. cap. cunctos populos.* Concludo ergo, quòd Reges sicut Imperator omnes permissivè habent à Deo potestatem, & omnes sunt Dei ministri: *ut c. qui malos 23 q. 5.* nec obstat id quòd dicitur quòd Princeps habuit à populo potestatem: *ut l. 2. §. deinde, & §. novissimè, ff. de orig. jur. suprà all. & C. de veteri. jure enu. l. 2. §. hic nihilominus 93. dist. legimus.* Ergo non habet potestatem à Deo, &c. quia hoc habet verum permissivè, dispositivè autem habet potestatem à Deo: ut notat *gl. in auct. quomodò oportet Episcopos in prin. colla. Jo. Fa. tamen instit. de jure na. §. 2. & C. de summa Trin. l. cunctos populos*: dicit, quòd melius diceret illa glossa quòd potestas Principis processit à Deo permissivè, & à populo dispositivè, quia ita disposuit, & voluit ex quadam necessitate: *ut all. §. deinde.* Nam si Dei dispositione Princeps potestatem haberet, non posset præferre multis sapientibus Prælatis, & sanctis continentibus, & honestis, cum multi Imperatores fuissent turpes, luxuriosi, & fatui. Nero enim incontinens, & inhonestus, præfuit Petro, & Paulo, & Senecæ quos in biennio occidi fecit: ut patet per chronicas, & nec tot mali imperassent qui sanctos crudeliter trucidassent: ut patet in historijs Ecclesiasticis, & in historijs sanctorum, imò in chronicis ut lege reperitur quòd Romanorum potestas fuit per violentiam acquisita, & maximè in tempore Julij Cæsaris qui multas Provincias debellavit: ut notat *Jo. Fa. ubi supra*: & sic credo eum benè dixisse quòd talis sit potestas à Deo regibus concessa potestas permissivè non dispositivè, tamen Papæ fuit à Deo concessa potestas dispositivè, ut supradictum est: facit ad hoc non est potestas nisi à Deo, sivè jubente, ut in Papa, sivè sinente, ut Imperatore ad Roman. 13. *& in c. quid culpatur 23. q. 1. & 22. q. 1. §. sic etiam in fi. cum §. seq.* Et in eo quòd suprà dicitur quòd Romanorum potestas fuit per violentiam acquisita, dantes tamen in sua Monarchia, de qua facit mentionem *Bart. in l. 1. ff. de requi. re. tractat de tribus.* Primò, àn in terra sit Monarchia, seu unus Principatus, & concludit quòd sic per multas rationes. Secundò, an populus Romanus justè quæsiverit Imperium, & concludit quòd sic per auctoritatem, & etiam attento quòd nobilior fuit alijs, & respondit ibi ejus nobilitatem, & à quibus ortum habuerunt Romani. Item, attentis miraculis quæ pro ipsis obvenerunt, & attentis ejusdem populi Romani virtutibus, qui ultra cæteros pro republica bellarunt, & certarunt: ut habetur 8. *q. 1. §. ex his*, ubi Romani suis virtutibus promeruerunt Imperium. Tertiò, an Imperij potestas dependeat à Papatu, & dico quòd non, sed à solo Deo: vide tamen circa hoc *extravagan. Bonifacij, unam sanctam.* Sed oppo-

ponitur quòd Imperatores, & Reges à Christi Vicario habeant potestatem, quòd patet per notata *per Inno. in c. licèt ex suscepto de foro compet. inquiens*, quòd Dominus creavit à principio cœlum, & terram, &c. per seipsum spiritualia, & temporalia regit, & delinquentes per seipsum punivit usque ad Noæ, & ex tempore Noæ cœpit Dominus creaturas suas regere per ministros, quorum primus Noæ de quo dicitur quòd fuit rector populi, quòd ex eo apparet, quia sibi Dominus gubernationem archæ per quam Ecclesia significatur commissit. *Gen.* 6. Item, quia idem Noæ leges suis subditis dedit. *Genes.* 9. *Noæ*: & si non legatur Sacerdotis fuisse officium, tamen exercuit Sacerdotis officium statim post egressum arcæ antequam leges populo daret. *Gen.* 8. Quòd officium Sacerdotis simul Abel, & Cain fecerunt. In hac autem Vicaria successerunt Patriarchæ, Judices, Reges, Sacerdotes, & alij pro tempore fuerunt in regimine populi Judæorum, & sic duravit usque ad Christum, qui fuit naturalis Dominus, & Rex noster, de quo dicitur: Deus judicium tuum Regi da. Christus autem Vicarios suos constituit Petrum, & successores suos quando eis dedit claves Regni Cœlorum per verba suprà posita, licèt in multis sunt distincta officia, & regimina mundi, &c. *ut plenè per Innoc. ubi suprà.* Et sic utraque jurisdictio ad Petrum, & successores suos pervenit: hoc probatur *Lucæ* 22. *ibi* duo gladij sunt hic: ex quo datur intelligi, quòd utraque potestas fuit à Christi Vicario, & summa dona à Deo Papæ concessa sunt, scilicèt, Sacerdotium, & Imperium: *ut in auct. quomodo oportet Episc. in princ. coll.* 1. Sed suprà dicta non obstant, quia & si utramque potestatem Papa sibi vendicat in habitu, non tamen in exercitio, quia mediator Dei, & hominum actibus proprijs, & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit: *ut cap. cum ad verum*, 96. *dist. & cap. quoniam*, 10. *dist.* Et licèt utrumque habeat gladium, tamen temporalis gladij non habet exercitium, cum illum gladium teneat in vagina præcipiente Domino Petro mitte gladium tuum in vagina tua, &c. *Matth.* 27. *& notabilitèr per Jo. Fab. in l. cunctos populos, C. de summ. Trinit. in sum.* est notandum, quòd non frustra est instituta potestas Papæ, & Regis, & executionis justitiæ officia habent omnia ista modos suos, causas, rationes, & utilitates: hoc tamen timetur, & mali coercentur, & boni quiete inter malos vivunt: *ut c. non frustra*, 23. *q.* 5. & hoc benè actum est ut vita hominum corrigatur: *ut cap. prodest, ead. caus. & q.* Circa secundum articulum secundæ partis principalis, scilicèt, de potestate Principis est dicendum, scilicèt, quòd ista materia est multum longa, & profunda. Nam est incidere in mare magnum, de qua potestate ferè omnia jura canonica, & civilia loquuntur, de qua *Host. & Henr. post eum in cap. quanto, de consuetudine dicunt*, quòd de potestate Principis non audent disputare. Idem dicit *Jo. An. in c. actus legitimi, de reg. jur. lib.* 6. *in mercur.* dicit tamen quòd ipse Princeps, de cujus potentia quæritur solvat, & de ista potestate quam plurimi DD. maximos tractatus fecerunt, scilicèt, *Beatus Thom. & Ægidius Correatus, & Aug. de Ancho. & Pet. de Palu. & Alvarus Hispanus in lib. de statu Eccles.* & Herveus Magister in sacra pagina Ordinis Prædicatorum, & quidam famosissimus Doctor mei temporis *Jo. Gund. Episcop. Cudic.* Sed omnibus dimissis, quantum ad propositum videtur posse dici secundum dictum *Jo. Gund.* quòd quatuor sunt præmittenda circa Principis potestatem. Primò, quomodo in eo est duplex potestas, scilicèt, una ordinaria, alia absoluta. Secundò, est videndum in quibus Princeps potest uti absolutè potestate, seu plenitudine potestatis. Tertiò, circa quas personas hoc potest. Quartò, quando Princeps videtur uti plenitudine potestatis, & quando non. Circa primum est dicendum, quòd sicut dicimus quòd Deus potest uti duplici potestate, scilicèt, ordinaria, & absoluta, sic est dicendum in Papa, seu Principe, quòd in actibus suis potest uti ista duplici potestate, una ordinaria, & hæc subjicitur juris dispositioni, quia dicit seipsum velle jura servare: *ut l. Princeps, ff. de leg. & l. divina vox, C. de leg. de qua infrà plenius dicetur.* Secunda est potestas suprema ex parte, & ex plenitudine potestatis, & hæc non subjicitur juris dispositioni: hoc notant *DD. in cle. pastoralis, & in cap. quanto, de consuetud. & not. Henr. in c. si Sacerdos, de offic. ord.* & magis latè ad propositum *in c. nulla, de conces. præben.* Circa secundum est dicen-

cendum, quòd cum quæritur quando Papa potest uti plenitudine potestatis, aut loquimur in sacramentalibus, & tunc dic ut notant *Innoc. & alij DD. post eum in cap. quanto*, *de consuetud.* aut loquimur in spiritualibus, & dic quòd si loquimur in beneficialibus, clarum est quòd Papa in eis potest uti absoluta potestate, seu plenitudine potestatis: *ut in cle. si duobus*, *ut lite pendente per quam Clem. Paulus*, *& Ant. de But.* post eum ibi determinant quòd Papa potest quem nuda voluntate privare beneficio suo de absoluta potestate: *ut in c. per principalem*, 9. *q.* 3. Si autem loquimur in alijs spiritualibus, & tunc conclusio est *Innoc. in cap. bonæ* 2. *de post. præl.* quòd Papa circa spiritualem jurisdictionem, omnia potest, & habet plenitudinem potestatis, idem dicit in prædicto *cap. quanto*, quòd in omnibus spiritualibus est Papæ obediendum, & in his quæ ad animam expectant nisi sint contra fidem, vel ei spiritualiter sint prohibita. Item, etiam regulariter in his quæ sunt de jure positivo Papa potest uti plenitudine potestatis, propter quòd dicunt Doct. in prædicta *cle. pastoralis*, quòd Princeps potest supplere defectum in his quæ sunt juris positivi: *C. de test. l. omnib.* Circa tertium, quòd fuit, scilicèt, circa quas personas Papa potest uti plenitudine potestatis est dicendum quòd *dict.* §. *cæterum*, *prædictæ cle. pastoralis*, quòd supremus defectus ordinis judiciarij Imperatoris non profecit quoad non subjectum, & sic Imperator ea quæ sunt desuper ordinata, & desuper naturali potestate non exercet nisi in subjectum, & sic dicimus processum Principis non subjici solemnitatibus juris positivi, est verum quoad subjectum, non tamen quoad non subjectum, & propter hoc dico, quòd Papa non posset aliquod de his quæ sunt supponere potestatis in laycum, nisi quatenus procederet ordine judiciario, & quoad alia, in quibus non est subjectus, & fortè idem in patrimonialibus Clerici secundum eum: *ut not. Ant. de But. in dict.* §. *cæterum.* Circa quartum, quòd erat quando Papa potest uti plenitudine potestatis, & quando non, est dicendum, quòd circa hoc est triplex modus dicendi: unus modus est, qui communiter dicitur per advocatos consistoriales, quòd Papa non videtur uti plenitudine potestatis, nisi hoc exprimat: allegabat *cap. per venerabilem qui filij sunt leg. & Innoc. in c. innotuit*, *de elec.* Alius modus dicendi secundum Jo. Cald. in repertorio suo juris canonici, quòd tunc Papa, vel Imperator utitur plenitudine potestatis quando transcendit jura communia quòd potest: *ut in dictis ll. divina vox*, *& l. Princeps*, *& de conces. præbend. c. proposuit*, *& ibi Host. & Dominus Ant. de usu pa. cap. ad honorem*, *& quòd ibi not. Host. in summ. de usu pa.* §. 1. Sed non debet uti plenitudine potestatis nisi ex causa: *ut not. Innoc. in cap. innotuit*, *de elec.* & hæc quæ dicta sunt notat *Jo.Gund. in suo tractatu de Papæ absoluta potestate.* Sed licèt Doct. in ista materia unam tantum faciunt differentiam inter Principis potentias, scilicèt, una ordinaria, alia absoluta, ego tamen cum præmissa correctione trinam facio differentiam: nam una est potestas ordinaria, alia est plenitudo potestatis Principis, alia est absoluta potestas, de quibus, & de effectibus earum aliquid infrà tangam. Circa primum potest dici, quòd Principis ordinaria potestas est illa quæ in jure communi repetitur scripta, quia decet Principem jura servare: *ut l. divina vox*, *C. de leg.* ne jura sua negligere videatur, qui alios in sua justitia confovet: *ut cap. licèt de supplen. ne præl.* Et justitia ac rationis ordo suadet, ut quia successores desiderant mandata servari decessoris sui, proculdubio voluntatem, & statuta custodiant: *ut cap. justitiæ*, 25. *q.* 1. *cum seq.* facit ad hoc quòd legitur Matth. 3. Quòd cum Christus baptizari vellet à Joanne, sic ait, nos decet omnem justitiam adimplere: *& c. per aquam*, *de cons. dist.* 4. Decet ergo Principem communia jura servare, nam quòd quisque juris in alterum statuit, juxta illud patere legem quam ipse tuleris: *c. cum omnes*, *de const. undè Aug. inquiens*, *talis sum in scriptis aliorum quales volo esse intellectores meorum*: *ut cap. neque quorum licèt*, 9. *dist.* Nec debet Princeps legem imponere quam ipse negligit observare: *ut c. pro illorum*, *de præben.* hoc approbat *Greg. Felici Episcop. scribens*: Si ea destruerem quæ antecessoris nostri statuerunt, non constructor, sed eversor esse comprobarer, testante veritatis voce, quæ ait, omne Regnum in se divisum desolabitur. Matth. 12. Et omnis scientia, & lex adversum se divisa destrueretur: *ut cap. si ea cum seq.* 25. *q.* 2. *undè Christus*

tus in Evangelio Matth. 5. Non veni tollere legem, sed adimplere eam, &c. Contra statuta ergo patrum concedere aliquid, vel mutare Sedis Apostolicæ auctoritas non potest: ut est expræssum *in c. contra statuta*, 25. *q.* 1. Et potest horum esse ratio, quia quæ ad perpetuam generalitèr ordinata sunt utilitatem, nulla commutatione varianda sunt, nec ad privatum commodum sunt trahenda quæ ad bonum sunt commune præfixa: *ut c. quæ ad perpetuam, ead. caus. & q.* Ex quibus infertur, quòd ordinaria Principis potestas est jura communia observare, & contra ea statuere, seu scribere non debet, sed quòd mihi videtur etiam contra jus commune Princeps ordinariè facere potest, nam Princeps contra jus dispensat, etiam sine causa, quia in tali dispensatione sufficit sola voluntas dispensandi, quòd probatur. Nam si sola voluntaria constitutio erat causa quare aliquid prohibebatur, & sola voluntas erit causa quare prohibitio relaxetur, quia illius est destruere jus qui illud condidit: *ff. de re. jud. l. quòd jussit*: nec tenetur Princeps sua lege ligatus: *ut alleg. l. divina vox.* Item, Princeps assumptus est in plenitudinem potestatis, nec legibus est astrictus: *ut* 2. *q.* 6. *decreto de usu palij, cap. ad honorem*: imò est legibus solutus: *ut alleg. l. Princeps*, 25. *q.* 1. §. *si ergo.* Et hoc maximè de Papa dici potest qui est successor Petri, & Vicarius Jesu-Christi, vicem non puri hominis, sed puri Dei, & veri gerens in terris: *ut c. inter corporalia, & c. quanto, de transl. & c. licèt, & c. ut nostrum, ut Eccles. benefi. & c.* 1. 21. *dist. & cap. pro human. de homic. & c. quoniam vetus*, 24. *q.* 1. & habet in terris plenitudinem potestatis: *ut alleg. c. decreto* 2. *q.* 6. & ei jura Cœlestis, & terreni Imperij à Deo commissa sunt: *ut cap.* 1. 22. *dist.* Potest ergo omne jus tollere de jure, & de jure suprà jus dispensare, & hæc est sua ordinaria potestas à Deo sibi concessa per illa verba: Pasce oves meas, &c. ut satis suprà liquet, non obstant auctoritates, & jura suprà in principio allegata ad quæ respondetur, quòd Sacrosancta Romana Ecclesia jus, & auctoritatem sacris canonibus impartitur, sed non eis alligatur: habet enim jus condendi canones, sicut & Princeps leges, ut pote quia caput, & cardo est omnium Ecclesiarum à cujus regula dissentire nemini licèt, ita ergo canonibus auctoritatem præstat in seipsum illis non subjiciat, hinc est quòd sicut Deus solvit legem quam dederat, sic & Princeps potest: ut plenè *in §. his itaque*, 25. *q.* 1. Sed contra hoc potest instari quòd Princeps non concedit rescriptum contra jus canonicum, vel civile in casu in quo specialitèr prohibetur impetratio: *ut cap. fi. de rescript. lib.* 6. ibi dum dicitur in fine, quòd quæ nobis licere non patitur successoribus indicamus: *& C. si nup. ex rescript. pec. l. mitta, & l. jubemus nullam, C. de Sacros. Eccles.* Idem si generalitèr prohibeatur impetratio, & per rescriptum alter gravitèr lædatur: *ut in l. rescripta, C. de preci. Imperat. offe.* Sed est dicendum, quòd etiamsi impetratio specialitèr prohibeatur, vel generalitèr, & Princeps de honestate id teneatur servare, non tamen tenetur ad hoc de necessitate quando posset liberè legem sui prædecessoris tollere: *ar. l. si quis in princ. ff. de leg.* 3. *& ne quid in lo. pu. l.* 2. §. *si quis à Principe.* Idem si apparet ex Principis concessione quòd voluit juri contrarium asserenti derogare: *ut c.* 1. *de const. lib.* 6. & est ratio, quia par in parem, &c. *ut c. innotuit, de elec.* Sed adhuc fortiter instatur *in cap. cum ad Monasterium, de sta. Monach.* Sed hoc contrarium expedietur infrà, & hæc de jure videtur ordinaria Principis potestas qua potest liberè, & contra, & suprà jus commune, scilicèt, humanum, vel gentium statuere, seu dispensare, etiam sine causa, & sic de prima differentia sum brevitèr expeditus. Ad secundum dici potest, quòd cum Princeps in plenitudinem potestatis est assumptus, in signum utilis dominij aliqua sibi reservavit de plenaria potestate, in quibus nemo se valet intromittere, quæ longum esset enarrare: sed elegantèr per *Spec. connumerantur in tit. deleg.* §. *nunc ostendendum, per tot. & ibi per Jo. An. in addit.* inter quæ de plenitudine potestatis supplet defectum, si quis est in contractibus, vel judicijs: *ut in cap.* 1. *de transl.* 3. *q.* 6. Hoc quippè ideoque in confirmationibus beneficiorum, frequentèr apponitur clausula illa, supplentes defectum si quis est de plenitudine potestatis: & probatur *in c. illa de elec.* & secundum hanc clausulam potest de jure suprà jus dispensare, & illud tollere: *ut c. proposuit, de conces. præb. & c.* 1. *de cogn. spi.* & notatur suprà in pri-

primò quæsito, gratia cujus nota, quòd si talis clausula suppletur, &c. Ponitur in privilegijs, intelligitur dispensatum esse in defectum, si quis fuerit circa solemnia juris, non autem si is de quo agitur erat excommunicatus, nec illegitimè natus, vel alium materialem defectum patiebatur, nam tunc necessaria est expræssa dispensatio: *ut notat Spec. in alleg.* §. *nunc ostendendum*, *ver.* 18. Potest etiam Princeps ex plenitudine potestatis contra jus naturale primævum, non tamen ex instinctu, vel inclinatione naturali introductum, sed solum ex quadam naturali ratione proveniens, scribere, seu dispensare ex quadam ratione naturali, qua consideravit omnes homines ex eisdem parentibus, & ex eadem stirpe processisse, & paris esse conditionis, quia pauperes, & divites de uno limo fecit Dominus: 8. *dist. in princ. & c. quo jure.* Et statuta talis juris sunt mutabilia, saltim in particulari de jure gentium, scilicèt, qui acquisitionem, vel occupationem dominij per jus gentium postea factum: *ff. de just. & jur. l. ex hoc jure*: & de jure civili per usucapionem, vel præscriptionem: *ff. de divers. & temp. præscript. l. si quisquam, & de aqua plu. ar. l.* 1. *in fi.* & alijs legitimis modis quibus hodie dominia acquiruntur: *ff. de acqui. re. do. per totum, inst. de re. div. per totum.* Idem in servitute quæ est contra jus naturale, quia potest illam ex causa inducere ex plenitudine potestatis: ut notat *Ci. in l. rescripta*, *q.* 2. *C. de preci. Imper. offe.* & sic intelligo quòd *not. glos. in c. auctoritatem* 15. *q.* 6. Contra jus tamen naturale primævum ex instinctu, & naturali inclinatione introductum, quòd natura omnia animalia docuit, ut maris, & fœminæ conjunctio, liberorum procreatio, & educatio: de quo 1. *dist. jus naturale, ff. de just. & jur. l.* 1. §. *jus naturale.* Non potest Princeps facere, & statuta talis juris nequeunt immutari: *inst. de jure naturali*, §. *sed naturalia, &* 5. *dist.* §. 1. *&* 6. *dist.* §. *his ita.* Et est ratio, quia Principis ordinatio est actus civilis, qui tale jus naturale tollere non potest: *inst. de leg. agn. tu. in fi. ff. de reg. jur. l. jura.* Nec obstat id quòd argumentari solet, quòd quicquid fieri potest per sententiam quæ est actus civilis, potest fieri per Principem, sed per sententiam potest tale jus naturale: *ut ff. de pœnis, l. quòd ad statum, & l. qui ultimo.* Item, per sententiam fit jus, & totaliter jus filiationis, & agnationis: *ut ff. de lib. agn. l.* 1. *in fi.* ergo per Principem qui est lex animata in terris: *ut in auct. de consulibus.* Non enim procedit ista argumentatio, quia in his casibus sententia non principalitèr tollit jus naturale, sed per quandam consequentiam, declarando sic esse, vel non esse. Ideo, &c. ut plenè per *Ci. & Bar. in alleg. l. rescripta*, *q.* 2. & hæc quæ dicta sunt intelligo de jure naturali mero, quòd facit speciem separatam à jure divino: ut notant *DD. in c.* 1. *de const.* Item, ex plenitudine potestatis Papa potest contra statuta divina, mystica, seu sacramentalia, quæ sunt figurativa, de quibus ratio reddi potest ad litteram, vel contra cerimonialia, de quibus ratio reddi non potest statuere, seu facere: ut notat *Jo. in* §. *his ita*, 6. *dist. & not. Henr. in c.* 1. *de const.* Non tamen potest contra statuta divina moralia quæ mores informant facere, eo quia sunt intelligenda ut ipsa verba sonant, & ideo mutationem aliquam non recipiunt, sed debent ad litteram ab omnibus observari: ut notat *Jo. in d.* §. *his ita*, *& Ber. & Host. in c. fi. de consuet. & Host. in cap. à nobis*, *de decimis*: ubi tenet, quòd talia moralia præcepta, nec præscriptionem, nec exemptionem, nec compositionem, nec dispensationem admittunt: *facit c. fi. de transact.* fallit tamen hoc in præcepto morali præstationis decimarum prædialium quòd recipit dispensationem, & interpraetationem Papæ: ut notatur *in d. c. à nobis*, *de decim.* Potest etiam Papa super dubijs fidei, vel Evangeliorum ex plenitudine potestatis declarationem facere, vel constitutionem: 24. *q.* 1. *cap. quotiens*, *& c. hæc est fides*, *& cap. quoniam vetus.* Et potest addere, vel pro parte derogare, vel interprætari Evangelium, dum tamen sine peccato hoc faciat, nam in Evangelio *Matth.* 16. *dicitur quòd in ore duorum, vel trium, &c. ut cap. in omni*, *de test.* Princeps tamen statuit in aliquibus causis plures testes adhibendos: ut notatur *in cap. licèt universis*, *de test. & in Spec. tit. de teste*, §. *restat*, *in princ.* Et in hoc lex divina recipit interprætationem à conditore legis, vel canonis, non tamen potest Princeps alias contra legem Evangelij facere, quòd si faceret, non videretur le-

legem dare, sed quòd verius est errare: *ut* 25. *q.* 1. *cap. sunt quidam*, & quòd ibi notatur, hoc tamen fallit in his quæ sunt consilij perfectionis: *ut* 13. *q.* 1. *c. quisquis.* Et est suprà dictorum ratio, quia Princeps est servus Dei: *ut C. de offi. præfec. Affri. l.* 1. ergo non potest legem Domini tollere: *ut c. inferior*, 21. *dist. & c. cum inferior*, *de majo. & obe.* 10. *dist. c.* 1. & sic loquitur *c. nulli fas* 25. *q.* 1. Item, licèt sit duorum, non tamen est impossibile quòd Papa faciat contra Apostolum, & contra quatuor Concilia: de quibus *in c. sicut*, 25. *dist.* dum tamen nil statuat contra fidem: *ut in cap. sicut quidam* 25. *q.* 1. quòd enim contra Apostolum statuere possit de plenitudine potestatis est textus *in cap. lector.* 34. *dist.* & contra canonem Apostoli *in cap. Præsbyt.* 32. *dist. & hoc not. glos. in cap. post transl. de renun.* Quòd autem contra quatuor Concilia statuat: est ratio, quia auctorum illorum Conciliorum in parem non habuit potestatem: *ut c. ex parte*, *& ibi glos. fi. de cape. mona. in cap. innotuit*, *de elec.* Item, licèt contra utile statutum Ecclesiæ Papa dispensare non possit: *ut in c. memor sum* 24. *q.* 1. *& in alleg. c. quæ ad perpetuam* 25. *q.* 1. Potest tamen ex plenitudine potestatis ex causa contra generale statutum Ecclesiæ statuere sicut *Innoc. Papa fecit in cap. non debet*, *de consang. & affin.* Potest etiam Papa, licèt non debeat, dispensare cum simoniaco in ordine pro pecunia ordinato, & cum scienter rebaptizato, & etiam ubi status Ecclesiæ decoloratur: & in alijs casibus de quibus plenè per *Spec. tit. de dispensatione*, *sub tit. deleg.* §. *nunc breviter*, *vers. in sequentibus.* Potest etiam Princeps, licèt non debeat, spurium ex plenitudine potestatis in præjudicium legitimorum legitimare, & natalibus restituere, ut in ista lege, & potest facere gratiam juramenti, & de infame facere bonæ famæ, & deducere quem de non esse, & alia facere quæ ad excellentiam pertinent solius Principis: de quibus per *Bal. in l.* 1. *C. de jur. anu. aure. & aliquid per Inno. in c. cum p. de fi. instrum. omnia n. ista*, & alia in quibus Princeps potest, sed non debet statuere, seu dispensare, & quæ sunt sibi soli reservata in signum universalis dominij ex plenitudine potestatis, quam nullus alius habet, nec habere potest, videtur facere posse. & hoc de secunda differentia potestatis Principis. Ex superioribus dictis tertia resultat differentia, quæ scilicèt, sit absoluta Principis potestas, & potest dici, quòd id quòd Princeps de facto facit ultra id quòd à jure sibi permittitur, cum sua potestas sit à Deo, ut suprà satis liquet. Nam Dominus Beato æternæ vitæ clavigero terreni simul, & Cœlestis Imperij commisit: *c.* 1. 22. *dist. omnia.* Ideo regit, & disponit, & judicat prout sibi placet: 9. *q.* 3. *cuncta*, *& c. per principalem.* Et dummodo contra fidem non veniat in omnibus, & per omnia, potest dicere, & facere quicquid placet, & ex hac absoluta potestate potest auferre jus unius, & alteri dare, quia non est qui ei dicat cur ita facis: 19. *dist. c. in memoria*, *de pœn. dist.* 3. §. *ex persona*, *&* §. *quamvis.* Et ex hac potestate absoluta est apud eum pro ratione voluntas, & quòd ei placet legis habet vigorem: *inst. de jure nat.* §. *sed quòd princ.* & ipse est super omnes, neque potest ab aliquo judicari: 21. *dist. in novo*, *& cap. nunc autem.* Quòd autem Princeps ex ista suprema potestate possit rem uni auferre, & alteri dare: *est text. in cap. convenior* 23. *q.* 8. *& in l. benè à Zenon. C. de quadr. præscript.* & probatur, quia potest dare prædia nostra militibus ob publicam utilitatem, & potest aliquem servo suo privare: *C. pro quibus caus. serv. pro prem. acci. lib. l.* 1. Pro contraria parte facit *c. non licèt*, 10. *dist.* ubi inquit, non licèt Imperatori, vel cuiquam justitiam custodire debenti, aliquid contra divina mandata præsumere, nec quicquam quòd Evangelicis, seu Apostolicis regulis obviet agere, cum autem res ab alio injustè auferre est contra jus divinum: *Deuteron. c. fi. ibi*: *non concupisces domum, aut agrum proximi tui, &c. & contra Evangelium Matth.* 19. *Exod.* 20. & contra Apostolicam, seu canonicam regulam quæ præcipit jus suum unicuique tribui possessori: 8. *dist. c. quo jure* 23. *q.* 7. *c.* 1. Ergo Princeps non potest hoc facere per jura suprà allegata, facit ad hoc quòd etiam Papa non potest uni Ecclesiæ, vel personæ detrahere, & alteri dare in alterius injuriam: *ut c. Ecclesiæ*, *& c. nullus*, 99. *dist. & in c. Ecclesiasticis* 25. *q.* 2. Nec obstat id quòd dicitur, quòd Princeps potest prædia nostra militibus dare, &c. quia illud verum pretio nobis dato: *ut C. pro quibus*

cau-

causis serv. adep. liber. l. servi. Nec obstat id quòd allegari solet, quòd omnia sunt Principis: *ut c. convenior suprà alleg.* & est Dominus mundi: *ut alleg. l. benè à Zenone.* Quia licèt omnia sunt Principis, intelligitur quoad jurisdictionem, & licèt omnes homines, qui sunt in Regno sunt sub Principatu, & potestate Regis, & in eis habet Imperium generalis jurisdictionis, & potestatis, quæ potestas pluribus modis accipitur: *ut ff. de verb. sign. l. potestatis verbum.* Non tamen bona eorum sunt Regis nisi quoad jurisdictionem generalem: *ut not. Spec. tit. de feud.* §. *quoniam, ver.* 13. Item, Rex est Dominus sui Regni quoad protectionem, vel jurisdictionem, non tamen est Dominus rerum singulorum: *ut alleg. l. benè à Zenone.* Nec quoad proprietatem, nec quoad dominij translationem: *ut notat Host. in sum. tit. de præscript.* §. *quæ exiguntur, vers. sed numquid majus peccatum sunt etiam sua si ea emat, ut* §. *quamvis* 23. *q.* 8. Nec etiam Papa potest ex hac absoluta potestate rem meam auferre, quia in hoc licèt non habet liberam administrationem, nec potestatem, nec etiam potest Papa privatum hospitale declarare publicum proprio motu, quòd est notandum pro quadam quæstione quæ accidit de facto: *ut notat Ant. de But. in cle. si duobus, ut lite pend. & in prædicta cle. pastoralis,* §. *cæterum.* Ubi determinat per prædicta, quòd si Papa in patrimonialibus Clerici vellet sententiare, vel statuere eo non vocato, quòd non valeret, quia faceret ad ejus præjudicium, propter quòd dixit de facto quòd domum privatam non potest declarare publicam, ut contigit in Florentia, ubi fuit magna quæstio, & dicit obtinuisse. Ad jura alia suprà in contrarium allegata respondet, quòd Rex potest singulorum res auferre ex causa legitima: *ut in c. conquæstus, & c. nunc verò, & c. per principalem* 9. *q.* 3. *& notat glos. in cap.* 1. 22. *dist.* ex causa autem non vera, seu legitima non potest, quia non videtur posse, quòd non justè, seu honestè potest, nec intelligitur fieri quòd non legitimè fit: *ut l. vulgo, ff. de sta. ho. & l. si se.* §. *condemnatum, ff. de re. jud.* Si autem sine causa, vel cum causa non justa, seu illegitima, Princeps hoc faciat de facto, agit & utitur absoluta potestate, & agit contra conscientiam, & injustè utitur sua potestate, aliud namque est injusta potestate justè velle uti, & aliud est justa potestate injustè velle uti: *ut in cap. neque, in fi.* 14. *q.* 5. Papa tamen etiam sine causa potest ex plenitudine potestatis beneficium Ecclesiasticum uni auferre, & alteri dare, ut suprà dictum est: ut notant DD. moderni *in c. quæ in Ecclesiarum, de cons. & not.* 25. *q.* 2. *in summa.* Item, licèt Papa de ordinaria potestate dispensare non potest cum Monacho, ut proprium habeat: ut est expræssum *in c. cum ad Monasterium, de sta. Mon.* Potest tamen de absoluta potestate dispensare secundum quam potest mutare substantiam rei: *ut C. de rei uxo. act. l. unica, & potest de eo quòd nihil est aliquid facere,* 3. *q.* 3. hoc quippè, *& not. in c.* 1. *de transact.* & secundum hoc exponitur ibi *in d. cap. cum ad Monasterium.* Non potest, & non congruit suæ potentiæ, vel de solito cursu, quia non consuevit Papa hoc facere, si tamen velit, potest, vel exponitur ibi non potest, scilicèt, sine causa, sed ex causa maximè si est magna potest: ut plenè notatur per *Host. & Jo. An. post Innoc. in d. c. cum ad Monasterium.* Sed contra hoc instatur quòd sine causa Papa possit in hoc casu dispensare de jure ordinariæ potestatis, quòd probatur, quia omnis Religionis regula à sua auctoritate tantum vires assumit: *ut in c. fi. de reli. do.* Sicut enim Religionem, & ejus substantialia approbat, sic & ipsa tollere potest, ut patet in eo quòd legitur, & notatur *in cap. approbat.* sic, & ipsa tollere potest, ut patet in eo quòd legitur, & notatur *in c.* 1. *de reg. jur.* & probatur ex his quæ dicta sunt suprà in prima differentia: sed *Vincent. & Jo. in alleg. cap. cum ad Monasterium,* dicunt: quòd super his Papa non potest dispensare cum Monacho, quamdiu est Monachus, quia esset impossibile juris, & regulæ suæ, quòd si proprium haberet, vel castitatem non servaret, non diceretur Monachus per *cap. cavete* 23. *q.* 5. *potest tamen Papa facere de Monacho non Monachum, ut in c. quorumdam,* 74. *dist.* quo facto per consequens, & proprium habebit, & uxorem ducet: facit quòd notatur *in c. veniens qui Clerici vel voven.* Vel etiam potest aliter solvi, quòd sicut Deus omnia potest, sed virginem post ruinam suscitare non potest: 32. *q.* 5. *si Paulus,* & non congruit suæ potentiæ, sic in hoc casu, si tamen hoc vult,

vult, potest ex absoluta potestate, ut suprà dictum est: & notat plenè *Innoc. & Host. post eum in d. cap. cum ad Monasterium.* Vel etiam potest hoc facere Papa ex causa ex qua potest cum Monacho dispensare, ut fiat Rex, & uxorem ducat: ut ipsi exemplificant, ubi suprà hæc quæ dicta sunt concludit, & tenet *Jo. An. in mercur. in reg. semel Deo, de reg. jur. lib.* 6. per copiosas rationes quas hic inserere esset longum. Ex hac absoluta potestate consuevit dici, quòd licèt Papa non possit in gradibus divina lege prohibitis dispensare, etiam de plenitudine potestatis: *ut in c. litteras, de rest. spol. & in cap. gaudemus, de divortijs.* Poterit tamen ex magna causa de absoluta potestate qua omnia potest, dum tamen nil faciat contra fidem: *ut alleg. c. sunt quidam* 25. *q.* 1. Quid enim si totum Regnum esset in magnam ruinam, & perditionem, nisi Monachus uxorem duceret, vel nisi Rex cum sorore matrimonium contraheret. Nonne in hoc casu quilibet debet se offerre totum Deo in holocaustum, ut ei in eo quòd sibi plus placet sibi præeligat servire, sed præ omnibus placet ei creaturam suam rationabilem, & corporalem conservare, pro qua etiam ipse animam suam dedit, minori etiam bono majus est præponendum, & privatæ communis utilitas est præferenda: *ut c. licèt de renunc.* 11. *q.* 3. *si quis non rectè* 7. *q.* 1. *scias.* Item, nonne etiam in tali casu tantum approbabis unius hominis contemplationem, & ideo reputabis dictum crudele quòd nolit per dispensationem sui Vicarij tantæ multitudini Christianitatis providere, nam cum potestas sua ad majora extenditur generalitèr, quanto magis confiteri oportet, quòd cum unica persona valeat dispensare, potest etiam Papa solvere, & ligare: *ut in d. c. quodcumque* 24. *q.* 1. & id quòd magis Deo placet, potius est eligendum: ut patet in eo quòd legitur, & notatur *in c. scripturæ, de voto.* Sed credendum est quòd magis Deo placeat id quòd communiter, ut illud eligatur, undè dicendum est, quòd in tali casu non est censendus fractor legis qui obedit Vicario Jesu-Christi, nam quòd ipse Vicarius facit, Deus facere intelligitur: *ut in c. inter corporalia, de transl. Episcop.* & hæc quæ dicta sunt plenius notantur per *Innoc. & Host. in alleg. c. cum ad Monasterium.* Nec obstat si dicatur quòd talis dispensatio nutrit peccatum mortale, scilicèt, incestum divina lege damnatum, quia absoluta potestas Papæ ex evidenti utilitate, & ex causa legitima interposita facit peccatum cessare, nam si duo mala propter periculi instantis necessitatem ita urgent, ut alterum eorum necessè sit eligi, id debemus resolvere, quòd minori nexu noscitur obligare, & in tali casu habet locum dispensatio etiam contra jus naturale: ut est expræssum *in cap.* 1. 13. *dist.* & minus malum permittitur, ut majus malum evitetur: *ut cap. offerebat* 30. *q.* 7. Item, omnia potest Papa quæ non sunt contra articulos fidei: *ut not. glos. in cap. sicut*, 15. *dist. & in cap. de illo, & ibi glos.* 32. *dist. & not. glos. in c. sunt quidam* 25. *q.* 1. & talis dispensatio nec est contra fidem, nec inducit fidei subversionem: *ut not. Henr. in cap. proposuit, de conces. præben.* Et potestatem habet Papa fingere matrimonium ubi fortè non est, & vera matrimonia lege divina firmata sua canonica constitutione potest irritare: ut legitur, & notatur *in c. his qui fidem de spons. & ibi Host. & Jo. An.* quòd est contra Evangelicam legem prohibitivam, quos Deus conjunxit, &c. Sed illud ex causa facere potest, *ut ibi not.* & cum matrimonium consummatum sortitur effectum ex lege divina, & circa illud Papa constituit, ut suprà dictum est: & probatur *in c. ex publico, de conver. conjug.* à fortiori dispensare poterit circa matrimonium non consummatum, quia sortitur effectum ex constitutione Ecclesiæ: *ut in d. c. ex publico, & ibi Host.* Item, ut utrumque matrimonium consummatum, scilicèt, & non consummatum ex ore Dei sumpsit effectum, ut patet in eo quòd *not. in cap. fi.* §. *pen. de fri. & malè.* Et à Deo fuit in Paradiso institutum: *ut in cap. unico, de voto, lib.* 6. Tamen Papa ex causa etiam consummatum separat, ut patet *in d. tit. de frig. per totum, & de conjug. lepro. per totum, & de spons. impub. cap.* 1. *& per totum.* Hæc enim omnia licèt sint contra legem divinam Papa facere potest ex absoluta potestate ex causa tamen: ut plenè *not. Host. in d. c. ex publico.* Nec obstat ad hoc *c. litteras suprà alleg.* ibi non potest dispensare, &c. quia intelligitur sine magna causa, vel de ordinaria potestate, secus de absoluta, ut

ut suprà dictum est: nec obstat *c. fi. de transact.* quia ibi loquitur de matrimonio legitimè contracto, in quo nulla admittitur dispensatio ad illud separandum, quia esset contra legem Evangelicam, & in tali casu cum gravis necessitas, vel communis utilitas pensatur, ut in casu isto non humana, sed divina potius auctoritas hoc facit: ut est expræssum *in cap. quanto, de transl. Episcop. vel elec.* hoc idem concludit *Jo. An. in cap. actus legitimi, de re. jur. lib.* 6. *in mercur. in q.* An Papa potest dispensare, ut matrimonium contraheretur duraturum solum usque filius masculus ex matrimonio haberetur, & arguit pro, & contra: solutionem remittit Papæ, consuluit tamen quòd Papa à tali dispensatione abstineat, sed si dispensat, multis videtur quòd valeat talis dispensatio, secundum quos *cap. cum quidam suprà alleg.* non vetat Papam contra Evangelium posse dispensare ex causa, sed vetat Evangelium destruere: ut ibi notat *Laurent. & Spec. tit. deleg.* §. *nunc ostendendum, ver.* 89. Est tamen notandum, quòd securus non est quoad Deum is cum quo Papa dispensat, nisi subsit causa dispensandi, sicut nec dicitur solutus qui causam excommunicationis supprimit: *ut c. ex parte, de offic. ord. & c. cum causam, de sent. excomm.* Habebit tamen exceptionem quoad Ecclesiam ille cum quo sine causa dispensatum est: *ar. ff. de furtis, l. inter omnes,* §. *pen.* quoad Deum autem sibi allegatio non valebit ubi judicabitur eo teste, quo Judice: *ut cap. aliorum hominum* 9. *q.* 3. *& not. glos. in cap. non est de voto.* Idem si ex falsa causa fiat dispensatio, quia tolleratur quoad Ecclesiam, non tamen quoad Deum, & nisi justa causa subsit, peccat dispensans, & cum quo dispensatur: *ut cap. quia circa, de consang. & affin.* Potest etiam Papa, & etiam alius inferior Prælatus injustè aliquem excommunicare, & talis sententia est timenda, ne quis ex contemptu ligetur: *ut cap.* 1. 11. *q.* 3. Non tamen injustè ligatus, vel solutus in terra erit, & in Cœlis, cum injusta vincula disrumpit justitia errante clave: *ut in c. cœpisti* 11. *q.* 3. *& in c. manet* 24. *q.* 1. Quoad Ecclesiam enim Triumphantem nullius potestatis vim exercet Papa, sed quoad Militantem tantum: *ut in alleg. cap. quodvumque*, in qua non est credendum Papam errasse: *ut in c. recta, & in c. pudenda ead. caus. & q.* ideoque sua dispensatio quantumcumque contra jus est reputanda justa, cum pro eo præsumatur: *ut infrà not.* Est tamen notandum, quòd ubicumque ratio patet dispensandi, peccat Papa nisi dispenset: *ut cap. Domino Sancto,* 50. *dist.* quia ratione duce dispensare potest, & debet in omnibus: *ut ibi, & c. ponderet, in fi. & c. considerandum, & c. fidelior,* 50. *dist. & c. quia simplicitèr,* 56. *dist.* dispensatione ergo non est utendum nisi sit necessitas, vel utilitas: *ut c. tali* 1. *q.* 7. Item nota, quòd licèt plenitudo potestatis est in Papa principalitèr: *ut in c. ita Dominus,* 19. *d.* non tamen ut ei erranti sit standum: ideo legitur ad Galat. 2. *c. Paulus* 2. *q.* 6. quòd Paulus in facie resistit Petro, quia repræhensibilis erat, ex quibus infertur, quòd ligatio, vel absolutio quam facit Papa clave errante, nec ligat, nec solvit apud Deum: *per alleg. c. à nobis* 2. *de sent. excom. ubi hoc not. Abb. & Jo. An. & Henr. ibi* 1. *d. in fi.* tamen quoad Ecclesiam Militantem quicquid facit statuit, vel jubet, debet teneri propter bonum obedientiæ, & communem opinionem, seu tollerantiam. Ex quibus omnibus quoad propositum prælibatæ quæstionis taliter colligitur distinctio. Aut Princeps agit circa ea quæ de jure potest, & debet, aut circa ea quæ non de jure potest, sed non debet, aut circa ea quæ non de jure, sed de facto potest, & non debet, aut circa ea quæ nec de jure, nec de facto potest, nec debet. In primò casu utitur ordinaria jurisdictione sibi à Deo concessa per jura suprà in prima differentia allegata. In secundò casu cum agit circa ea quæ de jure potest, sed non debet, in his utitur plenitudine potestatis in quibus casibus nisi causa subsit, peccat: ut patet ex his quæ notata suprà in secunda differentia. In tertiò casu cum agit circa ea quæ non de jure, sed de facto potest, & non debet: in his utitur voluntaria, & suprema, seu absoluta potestate per notata suprà in tertia differentia. In ultimò verò casu cum Princeps agit circa ea quæ nec de jure, nec de facto potest, nec debet, ut contra articulos fidei, vel contra subversionem universalis status Ecclesiæ, vel si vellit tollere jus divinum, vel naturale in præceptis, vel prohibitionibus. In his nullam habet potestatem clave errante, sed ad congregatio-

tionem generalis concilij debet haberi recursus per ea quæ suprà dicta sunt. Circa quartum articulum secundæ quæstionis principalis, an, scilicèt, processus Principis in crimine sine citatione valeat in notorijs, & videtur quòd valeat, quia est suprà jus: *ut in c. proposuit, de conces. præben.* & est legibus solutus, & habet plenitudinem potestatis per jura suprà allegata. Sed contra, quia citatio est principium processus: *ut in c. quoniam contra falsam, de probat.* & ad finem judiciorum qui est sententia, requiritur citatio: *ff. de re jud. l.* 1. cui adjungi sine principio non potest, & cum citatio est de pertinentibus ad ordinem judiciorum, judiciarius ordo requirit ut Judex quilibet præmissa citatione procedat. Sed considerandum est primò, qualiter ad jus se habeat Judex, scilicèt, Papa, vel Rex. Secundò, qualiter ad jus citatio spectet. Tertiò, ex his deducetur solutio quæstionis. Quartò, respondebo ad contraria. Circa primum dicendum est, quòd præter legem æternam divini intellectus, quæ secundum *Aug. in* 1. *lib.* de libero arbitrio summa ratio nominatur, de qua habetur 23. *q.* 5. Lex æterna fuit necessè aliquam legem naturalem, seu aliquod jus naturale imprimi homini tamquam per participationem quamdam legis æternæ, in quo statim nobis à principio nota fierent principia agendorum, putà quòd benè est agendum, & nulli nocendum, & quòd benè agentes præmiari deberent, & peccantes puniri: 3. *dist. omnis autem lex.* Præter hoc etiam necessè fuit esse aliquam legem divinam, sivè aliquod jus divinum, propter legem naturalem non poterat homo dirigi in finem suprà naturalem, eo quòd naturalem virtutem, & facultatem hominis lex divina excedit: 8. *dist. & 9. per totum*, à lege autem naturali derivatæ sunt leges humanæ, sed simplicitèr derivantur à lege naturali: uno modo, sicut conclusiones derivantur ex principijs: alio modo, sicut determinationes aliquorum, per quem modum formationis artis derivatur ad hanc domum, vel ad illam, putà forma domus ad domum quadratam, vel rotundam: nam lex humana dicit non esse occidendum, derivatur sicut conclusio à lege naturali, quæ est nulli malum esse faciendum. Secundò, lex humana quæ est, quòd talis tali pœna puniatur, derivatur, ut determinatio quædam à lege naturæ quæ est ut peccans puniatur. Sic igitur quantum ad propositum expectat, undè præmittendum est, quòd quintuplex est lex. Prima æterna, quæ idem est quòd divina essentia, vel veriùs, lex æterna est secundum Aug. contra Faustum, divina voluntas ordinem universitatis conservari jubens, & perturbare vetans. Secunda, est lex divina quæ regulat actus humanos in ordinem supernaturalem vitæ æternæ. Est tertia lex naturalis, quæ nihil aliud est quam participatio legis æternæ in rationabili creatura. Est quarta lex humana derivata à naturali, ut conclusio ex principijs. Est quinta lex humana derivata ex naturali, ut determinatio quædam, ut suprà exponitur: & eodem modo est quintuplex jus, scilicèt, æternum, divinum, naturale, humanum derivatum à naturali, ut conclusio ex principijs, & humanum derivatum, ut declaratio, vel determinatio cujusdam communis. Præmissa probantur à principio decretorum usque ad 15. *dist.* suprà nullam dictarum legum, & suprà nullum dictorum jurium Papa potest, vel quilibet alter homo Christo excepto: 14. *dist. cap. fi.* 15. *dist. per totum.* Quòd licèt ex se manifestum existit præcipuè quoad quædam illorum legum, potest tamen ad omnia una ratio communis adduci, talis nullus potest suprà jus quòd non condidit, sed jus conditum præsuponit, sed Papa, vel purus homo nullum dictorum jurium condidit, sed aliàs conditum præsupponit: 25. *q.* 1. *sunt quidam.* Ergo suprà nullum ipsorum potest, major patet, minor manifesta est quantum ad legem æternam, vel jus æternum, divinum, naturale, & quantum etiam ad jus humanum, quòd derivatur à naturali, ut conclusio ex principijs, quia sicut principium est naturale, & conclusio, sic enim naturalis ratio dictat non esse malefaciendum, ita non esse occidendum, quia unum statim deducitur ex alio: 24. *q.* 5. Sequitur ergo conclusio, scilicèt, quòd Papa non potest nisi suprà jus quintò modo dictum, scilicèt, jus purè positivum, & sic patet primum principale. Secundò, est videndum qualiter citatio ad jus spectat. Est autem manifestum, quòd non spectat ad jus primò modo dictum, scilicèt, ad jus æternum, nisi qua-

quatenus quicquid dicat jus naturale, & jus humanum, & positivum dictat principalitèr jus æternum, quia omne jus rectum ab illo derivatur: 35. *dist.* §. *& è contra.* Nec spectat etiam citatio ad jus divinum, eo modo quo nunc loquimur de jure divino, cum dicitur aliquid esse de jure divino, prout distinguitur à quatuor alijs jam prædictis, quòd non est ratione naturali inductum, nec humana ratione adinventum, sed ex divina inspiratione tamquam excedens facultatem naturæ hominibus revelatum. Nam quòd in canone Bibliæ continetur est de jure divino, nec contra alia jura dividitur: imò continentur ibi decem præcepta moralia, quæ omnia sunt de jure naturæ, & præcepta judiciaria quæ sunt de jure humano, & alia multa hujusmodi restat ergo videre si citatio sit de jure naturali, vel humano derivato à naturali, ut conclusio ex principijs, quia si sit Papa contra talia jura non potest, ut ex præcedentibus patet. Consequens est, quòd contra nullum possit procedere citatione non præmissa: 3. *q.* 9. *c.* 1. *& in c. absens, & per totum* 2. *q.* 1. *c.* 1. *cum sex capitulis sequentibus, de majo. & obe. c. inter quatuor, de causa pos. & proprie. c.* 1. Est igitur considerandum, quòd ad hoc videtur quis citari quando id de quo reus impetitur plenè discutiatur, & per consequens si condemnari, vel absolvi debeat, aut innocens ostendi, vel sententiari, ut clarius, & perfectius cognoscatur: 2. *q.* 1. *in primis, de test. c. in nomine Domini* 3. *q.* 9. *revera.* Est autem de jure naturali, quòd benè, & plenè cognoscatur id super quo sententiari debet, & judicium dari, quia naturale est quòd unusquisque benè judicet, & eorum quæ cognoscit sit bonus Judex: 21. *q.* 3. *c. grave*: & judicium de agibilibus ad sinesim spectat, quòd est benè judicare: ut dicitur 6. *ethim.* Sinesis autem est pars prudentiæ, quæ benè videt cum considerat circunstantias quæ habentur: *de pœn. dist.* 1. *ut facta, & dist.* 5. *c. consideret.* Cum igitur non potest ad plenum factum justum, vel injustum scire præsentia ejus qui judicari debet, debet cognosci, & sciri: 30. *q.* 5. §. *his ita usque in fi. de re jud. c. cum Bertoldus* 11. *q.* 3. *eorum.* Tunc necessè est ipsum citari, & vocari, nec potest Papa hoc committere, & minus alius Judex, quia si committeretur cognitio quæ ad judicium requiritur de necessitate, undè cum injustum, seu injustitia facti sit defectus judicij, qui dependet ex circunstantijs multis quæ continentur in illo versu quisquis, ut ibi quibus auxilijs, cur, quomodo, & quando, & habentur à Tulio in Rhetorica, & *Philosof.* 3. *Ethicorum.* Impossibile autem est omnes circunstantias hujusmodi plenè cognoscere absque præsentia rei, quia multoties se excusant homines prætextu ignorantiæ alicujus circunstantiæ in 3. *Ethic. Philosof.* ponit exemplum quasi ad omnes circunstantias, necessarium est omnino habere præsentiam ejus qui fortè facit, ut factum, vel defectus, vel malitia facti plenius, & perfectius cognoscatur, & sic patet secundum, & tertium simul, scilicèt, quòd citatio est de jure naturali, & per consequens quòd Papa contra aliquem procedere non potest, nisi citatione præmissa hoc enim liquet etiam in notorijs in quibus non esset juris ordo servandus usque quaque, servandus tamen est citando, & in sententiando: *de jurejur. ad nostram* 2. *q.* 1. *in primis, de divor. c. porro* 2. *q.* 1. *manifestans, de accu. cap. qualiter, & patet Gen.* 18. ubi factum erat notorium, attamen Deus primò voluit probare, & videre antequam judicaret, ut à præcipitatione judicij compesceret præsidentes: ut dicit *glos. Gen.* 4. quid fecisti, verum fratris tui sanguinis clamat ad me de terra, nec obstat *de accus. c. evidentia*, quia ibi non tollitur citatio, nec sententia: *quia Gen.* 4. Probatur utrumque necessarium, vel quòd apparet aliter confitens præsens, & sic habetur pro citato per confessionem factam, quæ facit factum notorium: *de cohab. Cler. & mulier. cap. fi.* attamen sunt in confessum partes judicis servandæ in sententiando, vel præceptum dando, licèt non in cognoscendo: *ff. ad l. Acquil. proinde, ff. de re jud. l. si debitori.* Item, de unoquoque est ferenda sententia partibus præsentibus, verè, vel interprætativè: *extra de in integ. rest. cap. tum ex litteris, §. tandem, ff. de re jud. l. de unoquoque, & in arduis pronunciandum de citando ante citation. C. de exhi. & tran. reis, l. fi. & citatio dicitur sentent. C. de Episcop. & Cler. l. cum Clericis.* Ad primum argumentum in oppositum est dicendum, quòd Papa est suprà jus in hoc quòd ipse solus potest

test æquitatem non scriptam ex sui interpretatione præferre juri scripto: *C. de leg. & constit. l.* 1. undè ipse potest multa dispensando quæ non potest inferior: *ut in d. c. proposuit.* Nam nullus ab eo dat jus ad vacaturas: *ut extra de conces. præb. c.* 2. & sic suprà jus dispensat. Sed hoc debet esse cum ratio postulat: *de conces. præb. c. de mulcta in fi.* 50. *dist.* ut constitueretur, vel potest propter urgentem necessitatem, vel evidentem utilitatem Ecclesiæ: 1. *q.* 7. *dispensationes*, & duobus capitulis sequentibus non propter Bursæ repletionem illius cui providet: *ar.* 24. *q.* 1. *manet*: privilegium tamen ipsius æquitate procedit, aliàs est dispensatio secundum Ber. nam Princeps est verus Christi æquies, hoc est, legis director, ut statuat, vel dispenset: contra jus autem scriptum si æquitas quæ movet ipsum, movisset legislatorem, si casus nunc emergens esset sibi expositus: *Ethic.* 5. *cap. ultimo*: ubi optimè ponitur tractatus virtutum moralium de pigejo, quæ præcipuè solo Principi competit: *de transl. Episcop. c.* 1. Ad secundum dico, quòd Princeps solutus est à lege quintò modo dicta sunt pura positiva, & hoc quoad vim legis coactivam nulli subditur, nisi quem lex cogit, vel cogere potest, undè alius non habet vim coactivam, nisi ex Principis potestate, & nullus à seipso cogitur, ut sibi imperet: *ff. de arbit. l. pen.* & hoc modo Princeps non est subditus legi, sed est à lege solutus, verum quoad vim derectivam legis Princeps legi subditur: *ut cap. cum omnes, de const. C. de leg. l. digna vox.* Aliàs Princeps est de numero eorum de quibus Dominus Matth. 3. dicit, dicunt, & non faciunt, & alijs onera gravia, &c. ipsi digito autem suo nolunt moveri. Ad tertium dico, quòd Papa in quo est plenitudo potestatis, &c. & cum potentia, & potestas sunt de genere bonorum, ut posse malum, non est posse, sed non posse, & in Papa præsertim vitium est impossibile moris, & indebitè facit procedendo contra non citatum: *de ma. & ob. inter quatuor*, 2. *q.* 1. *c.* 1. Et Princeps juris compendium seu potestatem trahere non debet ad iniquum dispendium: *C. de usuris, l. proinde.* Ex quibus manifestè sequitur conclusio quòd Papa contra aliquem procedere non valet, citatione non præmissa, etiam in notorijs, hanc etiam opinionem sequuntur multi Doct. primò *Oldral. in consilijs suis* 2. *Franciscus de Zambarelis in cap. sicut unire de exces. prælato.* Ubi determinat, quòd etiam per Papam quis non privatur suo beneficio nisi citatione præmissa, cum citatio fiat ad defensionem quæ est de jure naturali, quæ per Principem auferri non potest: *ut in cle. pastoral.* §. *cæterum.* Ad hoc facit determinatio duorum Doctorum solemnium, scilicèt: *Petri de Anch. & Francisci de Rampodibus* in quodam consilio, quòd super ista materia dederunt in tali quæstione an, scilicèt, sententia lata contra absentem qui in actis non apparet citatus, sed benè apparet post prolationem sententiæ nuncium retulisse qualitèr citavit, & relatio est scripta an talis sententia sit nulla, ita quòd de nullitate opponi possit non obstante statuto excludente exceptiones nullitatis: & determinat quòd sic *Pet. de Ancha.* Quòd probat quadruplici ratione, quia sine aliqua citatione vel saltim legitima sententia lata contra absentem, est nulla: *ut in l. ea quæ, C. quomodo, & quando ju.* Et talis sententia non meretur nomen sententiæ habere: *ut l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re jud. & est text. notabilis in dicta cle. pastoral.* §. *cæterum.* Secunda ratio est, cum citatio jus defensionis compræhendat, sicut non potest pacto expræsso se astringere ut se non defendat: *ut not. glos. in l. pactum juris, ff. de pactis.* Sic non potest se astringere, ut non citetur: & est ratio, quia quis non potest suæ defensioni renuntiare, quæ est de jure naturali: *ut in l. defensionis facultas, C. de jure fisc. de quo per Bar. in l. ut vim. ff. de just. & jur.* Item, nec per statutum quòd dicitur quædam tacita civium conventio: *ut not. glos. & Bar. C. de cre. decu. super rubrica, lib.* 10. Nec potest adimi propria defensio, nec etiam Imperator hoc posset facere: *ut est text. in d. cle. pastoralis.* Cum jus civile, vel possitivum non potest tollere jus gentium, vel naturale: *inst. de jure na.* §. *fi. in fi.* Ex quibus eliciuntur duæ conclusiones secundum eum, prima est quòd ferri non potest per pactum expræssum, aut tacitum, vel per legem, statutum, aut constitutionem, sententia contra non citatum, vel minus legitimè citatum, cum illud esset tollere jus naturale, secunda conclusionem ponit ad propositum prædictæ quæstionis, sententiam fore nullam, &

& nullitatem posse opponi, non obstante quòd statuto excludente exceptiones nullitatis accedat: quòd *not. glos. in cle. ad compescendas de sequæstra. pos. & fruct. & per Bar. in l. his, ff. quòd vi. aut clam.* Non obstat quòd Judex pronunciavit ipsum contumacem, quia sibi non constabat, nec apparet ex actis, & judici primò debet constare de contumacia antequam pronunciet reum contumacem: *ut l. properandum, §. sed si, & §. sed quidem, C. de judi.* Nec obstat quòd dicitur de relatione facta post prolationem sententiæ *per l. 2. & quòd ibi not. ff. si quis in jus vo. & in l. si finita, §. Julian. ff. de dam. infe.* Quia respondetur ut suprà dixi, hæc *Pet. de Ancha. Idem, dicit Franciscus de Rampodibus*, quòd non obstante statuto, possit opponi exceptio nullitatis ex duplici capite, primò proptèr adversarij suggestionem, qui suggessit adversarium contumacem, de qua per acta, vel alitèr judici non constabat, & ad ejus assertionem sententiam illam tulit, & quòd ista falsa suggestio reddat sententiam nullam probatur *in l. probationis 1. & 2. quomodo, & quando ju.* & licèt statutum excludat omnem exceptionem nullitatis, tamen nullitas causata dolo partis non videtur exclusa. Quid enim si per falsa instrumenta, vel per gratiam, vel sordes sententiam obtinuit, nulli dubium, condemnatum posse tales exceptiones nullitatis opponere, non obstante statuto: *ut in l. si prætor, §. Marcellus, & quòd ibi not. ff. de judicijs.* Sicut enim generalis dispositio, quantumcumque latè concepta, restringitur, ut dolus, & machinatio absit: *ut in l. Lucius, ff. manda. ita & statutum*: nam cum iste dolosus præstiterit causam nullitatis, sibi est imputandum: *ut in l. 2. §. si verò, & quòd ibi not. ff. si quis cau.* & iste dans talem causam juris beneficio non utitur: *ut in c. alma mater de sen. ex. lib. 6.* Secundario ex alio capite probatur, quia constat omne judicium incipere à citatione: *instit. de pœna teme. liti. & in cap. Ecclesia S. Mariæ de const.* Et in quocumque actu judiciali requiritur citatio: *ut in l. de unoquoque, ff. de re jud.* Citatio dicitur defensio descendens à jure naturali, qui non potest à Principe tolli: *ut in cle. pastoralis, suprà alleg.* Si ergo non potest Imperator, multo minus statutum quòd est pars juris civilis: *ut in l. omnes populi, ff. de just. & jure.* Sed dices quæ exceptiones nullitatis tolluntur per statutum, ut statutum aliquid operetur: *ut debet l. 1. ff. ad munici.* Ad hoc est dicendum, statutum tollere illas nullitates, quæ descendunt à jure positivo, de quibus multæ numerantur *in Spec. ti. de sen. prolat. §. juxta, & in cap. 1. de re jud.* Illas enim benè potest statutum removere, non autem illas quæ descendunt à jure naturali, quòd jus civile corrumpere non potest, & ita dicit Franciscus de Rampodibus, quòd fuit determinatum Bononiæ, quia ibi fuit addita nova constitutio, quòd contra sententias latas per Gofalerios, nulla exceptio admitteretur, & postea per eos fuit lata sententia contra minorem indefensum: & hac ratione opponebatur exceptio nullitatis *per l. cum minor. C. si adversus rem jud.* & obtentum fuit bis quòd opponi possit, non obstante statuto *per d. cle. pastoralis.* Item, de nullitate, quæ constat ex actis, non videtur statutum debere intelligi, quòd illam debet Judex ex officio opponere ex quo judici, ut judici constat, quia ex his resultat quoddam notorium impedimentum, quòd sine partis allegatione Judex debet discutere, quia licèt est parti præclusa via per statutum opponendi, tamen non intelligitur præclusa judici, qui quandoque potest objicere quæ non potest pars: *ut in cap. cum Joannes de fide inst.* Circa istam materiam dicit *Bal. in l. ut vim. ff. de just. & jur.* quòd præsupposito quòd omnia judicia, & omnes sententiæ sunt de jure civili: *ut not. inst. de ver. obl. in princ.* & ideo videtur quòd aliquis possit per statutum à limine judicij repelli: ut est expræssum de decretis *ab ord. fa. l. 1.* ibi dum dicit, & à judicio projicient, tamen istud debet intelligi naturali defensione semper salva, & circa hoc alibi dicit Bal. quòd renunciare non potest quis suæ defensioni, vel testibus in causa criminali, quia defensio est de jure naturali: *ut not. in l. inter hæredem, ff. de pact. & not. per Jo. An. in cap. fi. de in inte. rest. in novella, & Spe. tit. de ren. & concl. §. 1. vers. quid si aliquis renunciet omnibus exceptionibus.* In causa verò civili potest aliquid renunciare appellationi: *ut eod. tit. l. tale pactum, §. 1. secundum Bal. in prædicta l. pactum.* Sed collationis gratia prædicta opinio Doct. *Jo. Gundi.* in prædicto suo tractatu reprobatur quadrupliciter. Primò, per textum in expræsso.

so. Secundò, per rationes urgentissimas. Tertiò, per exempla. Quartò, per nobilissimorum Doctorum determinationes. Venio ad primum, & dico, quòd dictorum Doctorum opinio reprobatur per textum in expræsso. Et primò probatur *per cap. quanto de transl.* Secundò, *per cap. cum olim de re jud.* Tertiò, *per cap. cum sit Romana de appel. in fi.* Quartò, *per cap. illud de cler. excom. minis.* qui textus omnes velle videntur citationem non esse necessariam in Principe volente procedere contra aliquem, maximè in notorijs. Secundò, reprobatur dicta opinio per rationes, & primò probatur sic. Certum est quòd Papa potest quem nuda voluntate privare beneficio suo de absoluta potestate, ut dictum est suprà 9. *q.* 3. per principalem facit quòd *not.* 10. *d. cap.* 1. & 2. & 6. *q.* 1. *omnis*, & *cap. seq.* Et ista est vera conclusio communiter secundum omnes DD. ut notavit *Host. & Hen. in cap. nulla. de conces. præben.* Si ergo prædictam privationem Papa potest facere nuda voluntate, ergo sequitur quòd ad eam faciendam non requiritur partis citatio ex duplici causa, primò per illud generale quòd dicitur, quòd si aliquid potest fieri me invito, à fortiori me ignorante. Secunda causa, quia ex quo ista privatio potest fieri nuda voluntate Papæ absque alia causa existente ad eum privandum, ut supradictum est, frustra fit ad hoc citatio, cum citatio solum fiat ad finem defensionis innocentiæ, ut supradictum est. Ad idem, & secundario quòd non requiratur aliqua citatio, probatur primò ratione causæ efficientis. Secundò ex parte causæ finalis. Primò, ratione causæ efficientis probatur sic, quia causa efficiens est Papa, de quo credendum non est, quòd si aliquid faciat videatur injustum, si rationem non possumus assignare, nihilominus illud justum est: ut est glossa notabilis quæ in mundo sororem non habet *in cap. Nabuchodonosor* 23. *q.* 4. *super verbo si rationem*: hoc etiam *per Inno. in cap. inquisitionis de sen. excom.* ubi dicit, & determinat, & si Papa justum præcipiat quia superiorem non habet coram quo agi possit, etiamsi sit injustum, id servandum est quia nemini licèt de ejus factis judicare: 40. *dist. Si Papa* 9. *q.* 4. *c. cuncta.* Nisi mandatum hæresis contineret, vel nisi ex præcepto injusto vehementer præsumeretur statum Ecclesiæ perturbari, vel alia mala ventura esse, quia tunc subditi peccant obediendo, cum debeant futura mala præcavere. Secundò, probatur ex parte causæ formalis, quia cum prædicta privatio sit facta ex certa scientia Papæ contra eam nihil objici potest: *ut not. Inno. in cap.* 2. *de confir. uti. vel inuti.* Tertiò, probatur ex parte causæ materialis, ex eo quia præsupponimus quòd prædicta privatio sit facta per Papam de beneficio Ecclesiastico, in quo Papa habet liberam administrationem, quia in beneficialibus potest uti plenitudine potestatis: *ut suprà plenè dixit, & not. in cap. licèt de præben. lib. 6. & in alleg. cle. si duobus, ut lite pendente.* Quartò, probatur ex parte causæ finalis, ex eo quia in factis Principis præsumi debet causam subesse: ut notat *Ci. in l. rescripta, C. de præc. Imper. offe. & in l. fi. C. si contra jus, vel uti. pu.* Quintò, probatur per exempla, & probatur exemplo Apostoli qui Corinthium absentem, & irrequisitum excommunicavit: *ut in c. de manifest.* 2. *q.* 1. *ad Corinthi. cap.* 1. Sextò, probatur per determinationes Doct. de quibus plenè scripsi *suprà eod. foro, lib.* 1. *tit. de los que no obedecen los mandamientos del Rey, l. unica*, quòd hic adde ad hoc *not. suprà lib.* 1. *tit. de los que no obedecen al Rey, l. unica*: & ultra illas determinationes quæ hic ponuntur adde quòd *not. Bal. in auct. cessante, C. quomodo, quando Judex.* Ubi dicit, quòd in processu Principis non requiritur citatio, dummodo justa causa subsit: *ut not. in l. antepe. ff. ex qui cau. majo.* secus in processu inferioris à Principe: *ut not. in l.* 1. *in fi. ff. quando app. sit, & C. de accu. l. si accusatoribus.* Sed idem *Bal. in l. si quis iniquum*, §. *si is pro quo, ff. quòd quisque juris.* Tenet quòd Princeps potest de plenitudine potestatis auferre alicui defensionem, quòd intelligit ipse in causa civili, & pecuniaria, secus in causa criminali, & status: *ut in cle. pastoralis suprà alleg. facit quòd not. in alleg. l. pactum inter hæredem, ff. de pactis, & de re mil. l.* 3. §. *si ad diem.* Et in hoc videtur concordare Jo. Gund. in prædicto suo tractatu, dicens, quòd in his quæ sunt juris naturalis Papa non potest uti plenitudine potestatis, nec etiam in his quæ sunt contra jus primum, secundum, tertium, & quartum, suprà notatum, prout *not. Doct. in dict. cle. pastoralis.* Proptèr quòd dicunt

ibi

ibi, quòd suppletio defectus per Principem facta, etiam ex plenitudine potestatis in sententia, vel contractu refertur ad defectus de jure positivo inductos, non autem refertur ad defectus naturales, vel à jure naturali inductos, & sic non potest Princeps actum firmare contra defectum juris naturalis.

Ex quibus omnibus traditur corolarium quòd Princeps in puniendo aliquem pœna corporali non potest uti plenitudine potestatis, & sic nec in pœnis corporalibus infligendis, quòd credo verum, nisi Princeps, in puniendo aliquem corporaliter, informet conscientiam suam cum veritate facti: ut plenius dixi *in d. l. unica*, *suprà l.* 1. *tit. de los que no obedecen los mandamientos del Rey*. Istis ergo præmissis circa principalem materiam, cum quæritur an Papa contra aliquem procedere valeat, citatione non præmissa, putò quòd in ista materia sit facienda talis distinctio, quòd aut Papa procedit contra aliquem citatione non præmissa in his in quibus habet liberam administrationem, seu in quibus potest uti plenitudine potestatis, ut in beneficialibus, & in alijs de quibus supradictum est. Aut Papa procedit contra aliquem citatione non præmissa in his in quibus non habet liberam administrationem, seu non potest uti plenitudine potestatis. In primò casu aut constabat, quòd Papa voluit in prædicta privatione uti plenitudine potestatis, & tunc non est dubium quòd prædicta privatio teneat, & valeat, & in isto casu debent intelligi determinationes Doctorum pro ista parte allegatorum, aut non constabat, nec constare potest, quòd Papa voluit uti plenitudine potestatis, & tunc aut loquimur in notorijs, aut in alijs. Si in notorijs, & credo quòd possit secundum *Jo. Gund.* Si autem in alijs non notorijs, non credo quòd valeret privatio. Si autem loquimur in his, in quibus Papa non habet liberam administrationem, & tunc credo quòd non valet procedere contra aliquem sine citatione, per rationes, & jura suprà allegata. Sed circa istam materiam ponamus, quòd aliquis per Papam est citatus, & subest causa depositionis, sed de ea non constabat confessione, vel alia probatione, nihilominus tamen talis deponitur per Papam. An depositus potest petere de jure rescindi dictam sententiam, quatenus processit, & videtur quòd non, quia Papa potest justificare sententiam quam tulit ex veritate facti, sicut habet eam rescindere, si sibi constat de surreptione: *de in inte. rest. tum ex litteris*, §. *nos igitur*. Secundariò ad idem probatur, quia posita causa sequitur effectus, sed causa depositionis suberat, ut est præsuppositum, ergo & effectus, scilicèt, depositio. Tertiò, probatur sic, quòd Principi placuit legis habet vigorem: *inst. de jure natur.* §. *quòd Principi ergo*, *&c.* Quartò, sic jugu Sedis Apostolicæ est tenendum, quamquam durum: 19. *di. in memoriam ergo*, *&c.* Ad oppositum fiunt duæ rationes. Prima, quia à citatione ad sententiam proceditur, sicut à principio ad finem *inst. de pœna teme. liti.* §. *fi.* sed ab extremo ad extremum sine medio non est deveniendum, & sic de probatione per aliquem modum probandi debet deveniri ad sententiam: *de verb. sig. cap. forus*, §. *in omni*, *ergo*, *&c.* Secunda ratio, quoniam quilibet præsumitur innocens, nisi probetur nocens, maximè cum sententia Papæ, quoad ipsum Papam proferentem non transit in rem judicatam. Dicendum est, quòd ista sententia debet rescindi quòd probatur quadruplici ratione. Primò, quidem ex parte judicis, nam quilibet Judex in judicando, & sententiando debet assimilari primò, & supremo judici, sed judicium supremi judicis, scilicèt, Dei erit manifestum: prima *ad Corinth.* 4. *cap. ergo*: & judicium cujuscumque judicis inferioris, sive Papæ, sive alterius debet ex manifestis procedere, aliàs non est conforme divino judicio, nec per consequens justum. Secundò, patet ex parte rei, nam reus, seu ille qui judicari debet, potest causam suam multipliciter excusare, vel ostendendo se processisse ex ignorantia aliquarum substantiarum, vel ex ignorantia, vel ex infirmitate, potest seipsum aggravare, vel etiam accusare, confitendo se egisse, quòd egit ex certa malitia. Cum igitur manifestum sit, quòd talia ignorare non debeant, ut pote quorum ignorantia judicij certitudinem tollit, de necessitate concluditur, quòd illa sententia non est justa ad quam proceditur talibus prætermissis. Tertiò, patet ex parte principij, quia talis sententia profertur sine prudentia, non enim potest judicium esse rectum sine prudentia, & nisi ex prudentia, procedat ratione cujus ad quemlibet judicem ex-

expectat diligenter inquirere, & investigare quæ ad causa pertinent. *Job.* 3. Causam quam nesciebam diligentissimè investigavi, non ergo Judex potest ad sententiam, procedere nisi præmissa diligenti investigatione, & discussione causæ, si igitur secus procedat, potest peti rescindi sententia tamquam injusta. Quartò, probatur ad idem ex fine judicij, finis enim judicij est promotio boni communis, sed si procederetur ad sententiam ignorata causa, vel non discussa bonum commune non promoveretur, sed potius retardaretur, quia ex hoc sequæretur quòd eadem ratione posset damnari innocens, vel bonus, nec malus condemnaretur, ex quo de causa damnationis nulla fuit facta probatio, ut de se manifestum est, ergo, &c.

Ad primum ergo contrarium dic, quòd sententia debet esset justa ex actis notis, & sic hujusmodi sententia Papæ, ex quo non fuit sic justificata, rescindi potest ab eo à quo appellari non licèt: *ut in d. c. cum olim.* Ad secundum dico, quòd licèt causa depositionis subsit secundum rem, non tamen subest secundum cognitionem, cognitio autem necessaria est ad judicium, non igitur sufficit subesse causam secundum rem, nisi subsit secundum cognitionem, ita quòd manifestè in judicio de ea constet. Ad tertium dicendum est, quòd voluntas Principis legis habet vigorem si sit ratione regulata, & fiat animo condendi legem, cujus forma traditur: *C. de leg. l. humanum.* Cum autem judicat Princeps, vel sententiat sine causæ discussione, non habet voluntatem regulatam secundum rectum judicium rationis. Ad quartum est dicendum, quòd secundum Philosof. in primò Polit. duplex est Principatus dispositivus, scilicèt, & politicus, primus est domini ad servum, secundus Principatus est patris ad liberos qui habet jus in aliquo resistendi, & talis est Principatus Ecclesiæ, non enim est verisimile quòd Principatus Ecclesiæ sit dispositivus, quia non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos redemit: *ad Galat.* 4. hoc etiam probatur *per dictam cle. pastoralis*, §. *ut illud*: quia ibi inter plura quæ reddunt sententiam nullam ponitur hoc, scilicèt, quando sententia est præcipitata & absque cognitione lata: ad hoc de *in int. rest. cap. tum ex litteris. Ideo dicit Bar.* quòd quando sententia lata est tam brevi tempore, quòd verisimiliter apparet defectus causæ cognitionis reddit sententiam nullam: *ut in l. prolatam, C. de sententijs.* Idem dicit Paulus *in d.* §. *ut illud*, quòd festinus processus non est causa concludendi nullitatem, quòd intellige quando non supplantatur in cognitione causæ, aliàs sic *de re ju. cum Bertoldus.* Ad hoc etiam faciunt notata *per Bar. in l. multum, ff. de cond. & demonst.* Ubi dicit, quòd sententia lata facta citatione antequam relatio nuncij fuisset facta judicij quòd non valet, quia de ejus contumacia tempore latæ sententiæ judicij non constabat: facit ad hoc *l. hoc autem*, §. *non defend. ff. ex quibus causis in posse. ea.* Ibi constari debet, liquereque prætori, quia ut patet per illum, §. non sufficit quòd aliquis sit contumax, sed necessarium est quòd de ejus contumatia constet judici, ad hoc quòd quis pronuncietur, & puniatur ut contumax, debet liquere prætori quòd est contumax: *Anto. de Butrio in ista materia in cap. via de coha. Cler. & mulier.* Dicit quòd sola omissio non admissæ defensionis non facit sententiam nullam, sed injustam: ut ipse dicit *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de const.* Nisi ubi aliter evidenter materet causæ cognitionem exclusam, & hoc quia multa possunt judicem movere quæ non patent: *ut in cap. in præsentia de prob. & in cap. sicut de re jud.* secus si ex temporis brevitate pateret: *ut not. Bar. in alleg. l. prolatam*: & ad hoc facit *text. in alleg. cap. tum ex litteris.* Ex quibus ultimum (quòd proposuit) deciditur, scilicèt, quòd in his quæ non potest Princeps est ejus mandatum observandum, quòd etiam probatur. Nam de divino præcepto est non occides, potest tamen mandare Princeps, ut aliquis occidatur, seu suspendatur, & quantum ad observantiam tenet, sive causa sit vera, sive falsa, quia præsumendum est quòd causa subsit, & sententia sua præsumitur semper justa, & rescriptum, seu mandatum suum supponimus ex justa causa interpositum, & talis præsumptio est violenta in personam Principis, qui potest, suprà legem adeo quòd secundum conscientiam suam potest judicare, quia præsumitur incorruptibilis, & præsumitur pro eo quòd justè facit, quòd facit ita quòd non admittitur probatio in contrarium: ut notat plenè *Ci. in l. rescripta, q.* 3. *& q. fi. C. de præcibus impera. offe.*

ve-

verum tamen si constat causa non subesse, ipse Princeps peccat: *ut cap. sacro de sen. excom.* & agit contra conscientiam: *ut cap. litteras de rest. spo.* ejus tamen mandatum adimplendum est, cum sit lex animata in terris: *ut in auct. de const. suprà alleg.* Et si Judex inferior judicat secundum legem iniquam non peccat quia Judex subest legi, cui necesse habet parere, undè si Judex judicat quòd major natu totum habeat, non peccat ipse, sed peccat Princeps qui hoc præcipit in gravem exhæredationem aliorum filiorum, quòd est contra Apostolum dicentem, si filius, ergo hæres: *ar. in auct. de jud. §. omnes, coll. 6. & in c. fi. 17. q. fi. in princ.* Filius etiam major peccat qui certus est quòd causa legitima non subest: *ar. ff. de ver. ob. l. continuus, §. cum ita.* Non autem peccat Judex Principis mandatum adimplendo, ut dixi: & notat *Ci. in alleg. l. rescripta, q.* 3. ratio est, quia in Principis præcepto resistendo quis Dei ordinationi resistit: *ut cap. qui resist.* 11. *q.* 3. & sic, licèt vix ferendum à Principe, imponatur jugum, tamen feramus, & pia devotione tolleremus: *ut alleg. cap. in memoriam,* 19. *dist.* Sed contra supradicta instatur, quòd non est contra divinum præceptum occidere, quia permittitur homicidam occidere secundum legem divinam: *ut cap. lex æterna, & cap. qui malos, & cap. homicidas* 23. *q.* 5. *& in auct. de mandat. princ. §. non permittas, coll.* 3. Item, non est verum secundum Henr. quòd dicunt DD. quòd si constaret quòd Princeps præciperet sine causa aliquem interfici, quòd valet quantum ad observantiam, & est ei obediendum, quòd probatur *per cap. non semper, & cap. si dominus, & cap. Julianus* 11. *q.* 3. Ubi non semper malum est non obedire præceptis, cum enim Dominus jubet quæ Deo contraria sunt, tunc ei obediendum non est, & si malum est quòd præcipit Imperator, respondetur oportet Deo magis obedire quam hominibus, ut ibi. Præterea mandata, seu rescripta Principis contra jus illicita ab omnibus judicibus sunt refutanda, ergo non sunt adimplenda: *ut alleg. l. rescripta, C. de præc. Imper. offe. & cap. rescripta* 25. *q.* 2. Item, Regum officium est proprium facere judicium, & justitiam: *ut cap. Regum* 23. *q.* 5. Si ergo justitiam non facit Princeps, excedit officium sibi à Deo attributum, & potestatem non exercet, quòd patet ibi dum dicitur. Si inquit hoc feceritis, ò Reges Juda tenebitis pristinam potestatem, &c. Ergo à contrario si justitiam non exerceant, nullam teneant potestatem, & meretur potestatem amittere, qui concessa abutitur: *ut cap. privileg.* 11. *q.* 3. Item, illud dicimur posse facere quòd justè facere possumus: *ut in c. faciat hom.* 22. *q.* 2. *& c. nos in quem quam* 2. *q.* 1. de qua potentia notat *glos. & Inno. in c. sciscitatus de rescriptis*: cum verò Princeps non justè agit, nullam potentiam ad hoc habet: facit *cap. Daybertum, & cap. per illicitam* 1. *q.* 7. Concordat auctoritas Evangelica suprà allegata. Matthæi 3. Sic nos decet omnem justitiam implere, &c. Si ergo Princeps justitiam non administrat, facit contra legem divinam, & nomen Regis meretur admittere: *ut cap. scelus* 2. *q.* 1. Facit ad hoc, quia injustum judicium, & diffinitio injusta Regis metu, vel jussu à judicibus ordinata non valet: *ut cap. omne quòd* 25. *q.* 1. Sed dici potest ad primum contrarium, quòd si Judex justè occidat, & ea intentione quòd delinquens malus est, & habet occidendi potestatem, talis est minister Dei, & permittitur de jure divino, ut in juribus pro contraria parte allegatis. Si autem occidat sine causa nullam exercendo potestatem, tunc est contra jus divinum, & sic non obstat contrarium, nec obstant alia capitula in contrarium allegata per Henr. per quæ ipse tenet, quòd si Princeps sine causa aliquem mandet occidi, etiam quantum ad observantiam non valet, quia hoc non probant dicta jura, sed solum loquuntur quando aliquid contra fidem præcipitur, quia tunc oportet Deo magis obedire quam hominibus: *ut alleg. cap. Julianus, & cap. si dominus.* Unum tamen est notandum, quòd injusta Principum mandata super animadversione prolata, differenda sunt donec Princeps consulatur, maximè si ex improviso propter furorem procedant: *ut in cap. cum apud* 11. *q.* 3. facit ad supradicta, *cap. quid culpatur* 23. *q.* 1. Ubi bella licitè geruntur, & homines occiduntur sivè Deo, sivè aliqua legitimo Imperio jubente, etiamsi aliquod dubium sit an bellum sit justum quia reum facit regem iniquitas imperandi. Ostendit autem innocentem militem ordo serviendi, & sic licèt Princeps injustè faciat præcipiendo, subditus tamen non peccat parendo, sivè obe-

TITULO VII.

DE LA GUARDA DE LOS HUERFANOS, y de sus bienes.

Ley I. De qué edad ha de ser el que ha de guardar huerfanos.

TOdo home que hobiere de guardar huerfanos, è sus bienes, debe ser de veinte años (a)

---

obediendo: ut ibi, *& cap. qui contra morem in princ. 90. dist. & in dubijs semper est obediendum, ut cap. in memor. 19. dist. nec obstat alleg. l. rescripta.* Quia licèt executio rescripti, vel præcepti contra jus debeat supersederi, tamen si secunda jussio interveniat adimpleri debet: *ut not. in cap. si benè de rescriptis, & per Inno. in cap. quæ in Ecclesiarum de const. & per Archi. 1. dist. jus civile.* Nec obstat argumentum capitis Regum suprà in contrarium allegatum, quia licèt non sit Judex in quo justitia non est: *ut cap. 1. 23. q. 2.* tamen quandiu tolleratur ejus mandatum, debet adimpleri: *3. q. 7. §. ultimo.* Sic in Rege inique mandante, nec etiam obstat ultimum contrarium, quia licèt Princeps inique præcipiendo non utitur ordinata potestate, utitur tamen potestate de facto, & absoluta, quæ si contra fidem esset, ei non esset parendum, aliàs regulariter. Sic etiam in dubio per jura suprà allegata.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 4. tit. 16. de la 6. Partida: la qual Ley manda, que el que hobiere de ser guardador sea de veinte y cinco años: y esta Ley dice que sea de veinte años, la qual Ley manda que sea varon, è no hembra, excepto en ciertos casos. Item, que no sea mudo, ni sordo, ni desmemorado, ni de malas mañas, ni prodigo: vey la Ley 14. del dicho tit. que pone otras muchas personas que no pueden ser guardadores, ni Tutores de los menores.

(a) TODO HOME, DE VEINTE AÑOS. De jure tamen requiruntur vigintiquinque anni: *ut inst. qui dari tut. po. §. furiosus, & inst. de excus. tu. §. minores, 6. Part. tit. 16. l. 4. & C. de del. tu. l. fi.* Hoc tamen servatur de jure hujus Regni, licèt sit fœda confusio nominum, & rerum quòd habeat potestatem in alio qui sub aliena potestate consistit, & quòd alium possideat qui ab alio possidetur: *ut in l. fi. & ibi Ci. C. de leg. tu.* & vide rationem, *suprà eod. lib. tit. de las mandas, l. 7.* Non enim est dandus tutor qui administratore seu curatore indiget: *ut alleg. §. minor. undè Terentius ait*, opus est defensione ei, quem mihi defensorem paro: *not. glos. Laurentij in §. necesse est, 47. dist. facit, C. quando mu. tu. offi. fun. potest. l. 2. §. his illud.* Est tamen notandum, quòd & si testamentarius, vel legitimus tutor sit minor ætate, & hac de causa datur alius tutor dativus, quòd his ætatibus pervenientibus debent habere tutelam: *ut in dicto §. furiosus, notat Spe. tit. de tutor. §. si verò ver. sed pone cum sequentibus, & §. nunc dicendum ver. sed pone aliqua. 15. annorum, &c.* Et idem dicimus de furioso in testamento dato cum pervenerit ad sanam mentem: *ut in dicto §. furiosus, & not. in l. cum furiosum, ff. de judi.* Item, contra legem istam instatur, quòd minor non obligetur ex hac tutela, imò & si lædatur restituitur: ut scripsi suprà *lib. 1. tit. de pactis, l. fin. facit, l. fi. de leg. tu. sed ibi. Cin. & Bald. & in l. si captiv. C. de Episcopis, & Cler. & in l. 1. C. qui, & adversus*: quos dicunt quòd quandocumque minori datur à lege administratio, ut hic in his quæ ad administrationem pertinent potest obligari, nec potest restitutionem petere, etiamsi lædatur, quia à lege habilitatur ad contrahendum facit ad hoc: *cap. si annum de jud. lib. 6.* Idem dico de judice qui secundum legem ordinationis hujus Regni potest esse minor, qui non restituitur: *ut suprà.* Item, quia hic defertur à lege tutela propinquiori qui ab intestato potest pupillo succedere: *ut not. infrà l. proxima.* Et si minor lædatur propter ne-

al menos, è debe ser cuerdo (*a*), è de buen testimonio, è abonado (*b*): è si tal no fuere, no pueda guardar à ellos, ni à sus bienes.

Ley II. Como los parientes mas propinquos deben ser tutores de los menores.

SI algunos huerfanos que sean sin edad fincáren sin padre, ò sin madre, los parientes mas propinquos (*c*) que hayan

negligentiam talis tutoris minoris permittitur à lege, ut vicisitudinariè graventur: *ar. l. si pater*, *C. de inoffic. testament.* Item, quia licèt hic detur tutela minori à lege, non tamen hic negatur quin talis tutor minor debeat jurare, & satisdare, & alia facere, de quibus *infrà l. proxima*. Cum autem juramentum eum repræsentat majorem, abilitat eum ad contrahendum: *ut auct. sacramenta puberum*, *& scripsi in d. l. fi. suprà de pactis*. Est tamen notandum, quòd excusatur à tutela qui fidejussorem non invenit: *ut not. Bal. in l.* 1. *C. quòd cum eo, in fi. quòd nota*.

(*a*) Cuerdo. Nisi enim compos esset mentis absurdum esset, ut tutor daretur ad alium administrandum, qui seipsum gubernare nesciret: *ut cap. indecorum de æta. & qual. &* 6. *Part. eod. tit. l.* 4.

(*b*) E abonado. Sufficit tamen quòd tutor sit fidelis, & diligens, etiamsi pauper sit: *ut inst. de suspec. tu. §. fi. & ff. de suspe. tu. l. suspectum*: quia tutorem suspectum non facultates, sed fraudulenta, & calida conversatio in rebus pupillaribus commendat: *ut l. si creditores*, *ff. de priv. cred.* requiritur tamen quòd si pauper est tutor, quòd satisdet: *ut C. de tuto. & cura. qui satisda. non po. l.* 1. Quia non est permittendus solus administrare, ut ibi, & circa tutorem Regis quis, & qualis debeat esse, & quid debeat jurare, & servare, & quot possunt ejus esse tutores, & usque ad quòd tempus: *vide* 2. *Part. tit.* 15. *lib.* 3. An infamis potest esse tutor, vel procurator: vide quòd scripsi *suprà lib.* 1. *tit. de los Escribanos*, *l.* 1.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 9. *de la* 6. *Partida, tit.* 16. *y esta Ley, è la dicha Ley* 9. *hablan en los Tutores legitimos; pero algunas veces el padre, ò la madre dexa Tutores à sus fijos, los quales se llaman Testamentarios: destos habla la Ley* 3. 4. 5. 6. 7. *è* 8. *del dicho tit. que largamente hablan como el padre, è madre pueden dexar Tutores en sus Testamentos, è à quién pueden dexar: è la Ley* 2. *del dicho tit. declara quántas maneras hay de Tutores, è Curadores: è la dicha Ley* 8. *declara que el padre puede dexar Tutores à los fijos legitimos, è à los bastardos, è à qualquier otro Escribano que instituyere por heredero: en quanto esta Ley manda que el Tutor, ò Curador ha de estár en juicio por el menor, è administrar sus bienes è hacienda, vey la Ley* 17. *de la dicha* 6. *Partida: è la Ley* 20. *del dicho tit. pone cómo han de dar de comer à los menores destos bienes, y de los fructos, è rentas dellos: è la Ley* 18. *de la dicha Partida pone la solemnidad que se ha de guardar quando se han de enagenar los bienes de los menores: è la Ley* 1. *de las Ordenanzas Reales, lib.* 5. *tit. de la guarda de los huerfanos manda, que el Tutor no compre los bienes de su menor, è si los comprare, la venta sea en sí ninguna, è torne lo que comprare con el quatro tanto.*

(*c*) Si algunos, mas propinquos. Qui quidem si ab intestato succedunt pupillo mortuo patre, non petant, infrà annum tutorem dari pupillo denegatur eis pupilli successio: *ut est text. in l. sciant omnes*, *C. de leg. hæred. &* 6. *Part. tit.* 16. *l.* 12. de matre autem *not. infrà l. proxima* circa quòd nota, quòd curatorem bonis potest Judex proprio motu dare: *ff. de cura. bo. dan. l.* 2. *& ibi glos.* Et hoc propter publicum interesse, ne bona dissipentur, per hoc etiam patet quòd possit dari furioso, & prodigo: *ut ibi not. Bar.* & nota quòd licèt curator non datur nisi minori præsenti, & petenti: *ut l. qui habet*, *ff. de tutelis*, *& l. divus*, *§. fi. ff. qui pe. tut. & inst. de tute. §. Item inviti*. Si tamen minor est absens, & caret legitimo defensore, & administratore bonorum, potest ad petitionem agnatorum, & cognatorum curator dari: *ut l.* 2. *ff. qui pe. tut. facit*, *l. illud cum l. sequent. ff. de tu. & cur. dam ab his.*

edad (*a*), è sean para ello, resciban à ellos, è à todos sus bienes, delante el Alcalde (*b*), è delante homes buenos, por escripto (*c*), è guarden-

Item nota, quòd curator ad instantiam creditoris datur bonis absentis, non autem latitantis, undè sicut cauti creditores, ut prius probent absentiam, ita quòd de absentia constet in actis, alioquin non valeret datio curatoris secundum Di. & hæc verà in curatore qui datur bonis viventis, sed in curatore qui datur bonis mortui, vel hæreditati jacenti dic: *ut ff. de cur. fur. l. curator.* Item, curator potest peti dari bonis debitoris, quando debitor est multum absens à longinquo secundum *Di. quòd not. ff. de tut. l. invit.* §. *tutor*, sed in datione talis curatoris vocantur illi, quorum prima est causa in successione: *ut l.* 1. *ff. de cur. bo. dam. & potest curator.* dari absenti, & peti, & dari per procuratorem: *ff. de procur. l. invitus*, §. *his*, qui datur etiam curator surdo, & invito qui propter infirmitatem non potest suis interesse negotijs: *ff. de postu. l.* Item, *eorum* §. *fi. cum l. seq.* practicam autem dandi curatorem bonis: vide *ff. de negot. gest. l. qui negotia*, §. *fi.* & nota, quòd curator datus bonis potest petere restitutionem sine spirituali mandato: ut notat *glos. in l. ab hostibus*, *ff. ex qui caus. ma.*

(*c*) Más propinquos. Ad quos, scilicèt, pertinet defuncti hæreditas si sint masculi, & perfectæ ætatis agnatione non inspecta, & si sunt plures ejusdem gradus committitur magis idoneo: *ut in auct. de hæred. quæ ab intest. ven.* §. *ex his colla.* 9. *& in auct. sicut hæredit. C. de leg. tu.* Cæteris tamen paribus præfertur agnatus si sit idoneus: *ut not. in l. fi. ff. de leg. tu. & in l. ad agnatos, C. eod. tit. de hoc*, 6. *Part. tit.* 16. *l.* 9. his autem non stantibus, vitricus potest esse pupilli tutor, dum tamen non alatur: *ut not. in l. fi. de contrario jud. tu.* Item nota, quòd onus tutelæ vadit, cui adhæret emolumentum futuræ successionis: *concord. auct. sicut hæredit. C. de leg. tu. & quòd ibi notat Ci.* & circa hoc nota, quòd licèt prior in successione debeat esse tutor, non tamen educatur: *not. glos. in l.* 2. *C. ubi pupilli educantur*: & circa hanc materiam est notandum, quòd dari debet tutor qui est sub jurisdictione Judicis domicilij, vel ejusdem provinciæ: *ut l.* 1. *& l. jus dand. ff. de tu. & cur. da. ab his, & l. etiam ibi glos. ff. de tut. & text. in l. neque, C. qui da. tu. vel cur. possunt, & l. in locum, C. qui pe. tu.* & si datus fuerit non valet ipso jure: *ut in jur. suprà alleg.* Item nota, quòd licèt pater in testamento velit filium suum educari apud succedentem pupillo ab intestato, à voluntate tamen patris quandoque recedit Judex, ut si sit maligna suspitio contra eum: *ut l.* 1. *ff. ubi pupilli educari de.* vel si præsumatur quòd insidiabitur pudicitiæ ejus: *ut l. pe. eod. tit.* Ideo apud substitutum pupillus non debet ali ne insidietur vitæ ejus: *ut eod. tit. l.* 1. *& de nup. l. viduæ, & alleg. l.* 1. *ff. eod. tit.*

(*a*) Que hayan edad. *Ut suprà l. proxima.*

(*b*) El Alcalde. Reffert hic Dominus Episcopus, quòd non intelligamus, quòd in conficiendo inventarium sit necessaria præsentia Judicis: ut ipse notavit 6. *Part. tit.* 16. *l.* 15. Video tamen per hanc legem quòd ejus præsentia sit necessaria, si benè hujus legis verba intueantur, cum qua concordat *Azo. in sum. C. de adm. tut.* §. *& erit inventarium faciendum, &c. & not. glos. ordinaria in l. tutor. vel curator. C. de adm. tut.* Et est ratio, secundum ipsos, quia cum dicat lex ex inventario posse conveniri debitores, patet quòd apud Judicem facta fuit insinuatio, aliàs non crederetur ei si sine Judice inventarium faceret, nec præjudicaret creditoribus: *ut est text. ff. de adm. l. chirographis, & ibi Bar. & in auct. ut spo. larg.* §. *in super*: & per alia in dictis locis notata per *Azo. & Accurs.* lex etiam Partitæ hoc idem requirit: *ut* 6. *Part. tit.* 16. *l.* 15. Quæ requirit publicum notarium, & Judicis auctoritatem Ci. & alij moderni *in d. l. tutores* dicunt, quòd communiter observatur, quòd inventarium fit coram tabellione tantum, & non requiritur Judicis præsentia, & sic observatur.

(*c*) Por escripto. Et ad hujusmodi inventarij confectionem tutor debet festinare, mox cum ordinatus fuerit priusquam addita hæreditate per pupillum cum ejus auctoritate, quòd habet locum cum extraneo hærede. Sed si esset suus cum exis-

existentia sui hæredis habeatur pro additione potest dici statim confici posse inventarium: quòd dic, ut eleganter per *Ci. in d. l. tutor. q. 2. & in l. 2. q. 3. C. de test. tutel.* ubi latè, & notabilitèr per eum, & per *Bar. in l. nemo, ff. de test. tut.* Et nota, quòd antè inventarij confectionem tutor administrare non valet, nec agere: *ut in l. tutor qui repertorium, ff. de adm. tut.* Idem, si tutor non cavit rem pupilli salvam fore, quia tunc acta per eum nomine tutoris sunt nulla ipso jure, nec est necessaria in integrum restitutio: *ut est text. in l. si tut. C. in qui. cau. in int. rest. non est nec.* quid si actus sunt in utilitatem minoris: *vide ibi Salice.* Nota etiam quòd in hujusmodi inventarij tutoris confectione non requiritur quòd creditores legatarij, nec alij absentes vocentur, nec intersint, ut in hærede requiritur: *ut in l. scimus, §. cum igitur, C. de jure deli.* Et est ratio, quia hæres habet duo beneficia propter inventarium, scilicèt, Falc. & quia creditoribus, scilicèt, hæreditarijs tantum tenetur: *ut not. in alleg. l. tutor. & in l. chirographis in princ. ff. de adm. tut.* tutori autem imminet tantum onus, & hoc idem tenet *Bal. in dicto §. cum igitur, & glos. in cap. 1. extra de sol.* An autem curator ad lites datus teneatur facere inventarium: *not. de Episcop. aud. l. de curatoribus, & Bart. in l. sed si ad tempus, ff. rem pupilli sal. fore, & in alleg. l. tutor qui repertorium, & Spec. tit. de auctore universitatis, §. Item sindicus, & ibi Jo. An. in addi.* Item nota, quòd non solum res, sed etiam earum æstimationem debet tutor in inventario apponere: *ut not. Bar. in alleg. l. tutor qui repertorium,* quòd probatur *in l. 1. C. si qui se ab hæred. abst. ubi not. Salice.* Quòd ne dum rerum quidditas, & substantia, & earum qualitas, sed etiam quantitas, & æstimatio debet in inventario poni, ut fraudibus obvietur, quæ de facili, si hoc non fiat, in rerum vilium subrogatione committeretur facit: *l. fi. C. de mag. conv.* Item nota, quòd si pupillus nihil habet in bonis, tutor protestetur coram judice nihil esse in bonis, & habebitur protestatio loco inventarij: *C. de annal. excep. l. ut perfectius, hoc est consilium Bal. in l. cum solito, C. qui bo. ce. pos.* Quòd si inventarium factum non est, per tutorem removetur, ut suspectus, & vinculis detinetur, & pœnis legitimis coercetur, & diffamatur: *C. arb. tut. l. ult. §. ult. ff. de susp. tut. l. 3. §. tutores.* Et hoc intelligo cum est pertinax in conficiendo inventarium, vel pecuniam ad comparationem non deponendo, & tunc dicitur pertinax, vel pertinaciter resistere, quando Judici præcipienti non obedit: *ut l. tutor. ff. de suspec. tut. & ibi not. Bart.* Et tenetur pupillo in id quòd interest, quòd ex jurejurando in litem æstimabitur, nisi in aliqua necessaria, & justissima causa possit allegari cum id factum non sit, præsumitur enim dolo prætermissum: *ut not. Azo. in sum. C. de adm. tut. §. quòd si inventarium*: & est expræssum 3. *Part. tit.* 11. *l. 6. facit quòd not. Bal. in l. 1. §. Item solent. ff. de offi. præf. urbis.* Dicens quòd tutor qui malè confecit inventarium studio, in imperitia punitur, & removetur, aliàs non imperitiæ enim parcitur, & maximè muliebri: *ff. de eden. l. 1. in fi.* quia in mulieribus non præsumitur dolus: *ut ff. de eden. l. doli. §. fi.* Undè inter bona pupilli non assignat mater legata sibi inutilitèr facta quæ maritus ei coram testibus reliquit, certè non punitur mater, nec tutor punitur qui non assignat debita à pupillo, sed ille punitur qui scienter bona pupilli occultat, sed ista mulier potuit probabilitèr, & de jure gentium credere quòd istud legatum pertineret ad ipsam, undè excusata est à pœna juris: *ar. l. 1. in fi. ff. de abig. non obstat quòd not. in l. 2. §. sed si mater ad Tert.* Quia ibi error juris non potest probari, nam ad probandum errorem oportet quòd pateat de tali facto super quo error aliqua naturali ratione, vel grossa opinione possit cadere: *ut C. de his qui sibi ascri. l. senatus.* Sed in glossa contraria nullum erat factum inventarium legitimum, nec excusabile, & sic non obstat: *& vide quòd not. in simili in l. divus in princ. de bonis da.* quòd enim diu non est administratum inventario ponere non tenetur. Item nota, secundum Franc. de Scalis, quòd tutor, qui non fecit inventarium tempore quo tutelam acceptavit, sed postea ex intervallo, non potest ei opponi si vult agere, vel administrare, nisi prius removeatur, ut suspectus, quia auctore prætore potest moram purgare. Item, quandoque seorsum tutelam suscipit: *ut l. de die, §. tut. & l. si fidejussoris necessaria qui satis cogu.* Item, ex post facto, quia crescit patrimonium pupulli, vel decrescunt opes, vel fidejussorum satisdatio

tio minus idonea reperiatur, cum tutela non viciatur: *ut C. de jure do. l. si mulieres.* Item nota, quòd contra proprium inventarium non potest probari error per tutorem: *C. arb. tut. l. fi.* Nisi fecerit ipsum sub verbo credulitatis, non sub assertione, vel sub protestatione quòd uti valeat veritate, sed hæres suo non obligatur stare inventario, si vult probare errorem: ut notat *Albertus in Margarita in tit. de fide instr. in tit. ut reffert Bal. ubi suprà.* Nam regula est, quòd veritas rerum eorum gestibus non viciatur: *ut l. illicitas*, §. *veritas*: licèt alibi dicatur, quòd desiderium apud acta publicatum non potest corrigi: *ut not. C. de omni agro deser. l. rura. lib.* 11. Quia est infirmitate decreti valatum. Item nota, quòd tutor septem facere tenetur. Primò, personam curare. Secundò, res custodire. Tertiò, sine ulla cunctatione personam, & bona defendere. Quartò, jurare. Quintò, satisdare, nisi sit datus in testamento, vel cum inquisitione majoris Judicis: *ut not. omni. C. eod. tit.* Ex causa tamen supervenienti cogitur satisdare: *ut not. Bar. in l. etiam*, *ff. de adm. tut.* Jurare namque debet utilia facere, & inutilia prætermittere: *ut in auct. ut hi qui obli. hæred. prob.* §. *fi. colla.* 6. Jurare etiam debet, quòd res, & jura, & bona pupilli utilitèr administrabit, & quòd debita solvet, & residuum conservabit, salvo quòd ei uti licèt: *ut C. de Episc. aud. l. de creat. & auct. ibi posit. C. de cur. furi. l. fi.* Item, debet promittere cum satidatione pupillum indefensum non derelinquere: *ut not. Ci. in l. fi. C. de admi. tut. circa fi.* Sextò, tenetur inventarium facere, ut hic, & hoc verum nisi testator in testamento inventarij confectionem remittat tutori, quòd potest: *ut in l. fi.* §. *ff. C. arb. tut.* & hoc quando talis remissio est testatori damnosa: *ut ibi*, *& C. ut in poss. leg. l.* 2. Si autem fuerit hæredi damnosa non valet: *ut C. de usufruct. l.* 2. quia tunc esset jus publicum remittere: *ut l. quidam decedens*, *ff. de adm. tut. not. extra de pig. c. fi. glos.* 2. Si tamen nova supervenerit causa ob quam utile est pupillo inventarium conficere, ad id potest Judex tutorem cogere, remissione testatoris non obstante: *ut l. utilitatem*, *ff. de confir. tut. & in l. in confirmando*, *C. de confir. tut. & Ci. in alleg. l. fi. C. arbit. tut. hæred.* tamen nullo modo potest per testatorem remitti inventarium: *ut in l. scimus*, §. *cum igitur*, *C. de jure deli.* & quæ est ratio vide ibi per *Bal. & de hoc vide Jo. An. in addit. Spec. tit. de tut.* §. *generalitèr*, *vers. sed quid si cœpit.* Valet etiam remissio redditionis rationis de damno, quòd sua culpa sentit tutor, secus de dolo, quia tenetur tutor, & non potest per testatorem remitti: *ut Bar. in d. l. quidam decedens*, *ff. de adm. tut. & de lib. le. l. Aurelius*, §. *Gajus*, *& ff. de pœnis*, *l. si unus*, §. *illud.* De inventario hæredis an in eo requiratur decretum Judicis, vel citatio legatariorum, vel aliorum, & quot tabelliones, vel testes requirantur in eo: vide plenè per *Bal. in auct. sed cum testat. C. ad l. Falc.* Unum tamen nota, quòd si quando à tutore petitur copia inventarij, non debet dari tota copia mobilium: *ut l.* 1. *C. de ali. pupi. præs.* & est ratio, ne manifestetur pompa in divitibus, & ne in pauperibus manifestetur vilitas: *ut l.* 2. *C. quando*, *& à quibus quarta pars*, *&c. lib.* 10. Nam sufficit dari initium, & finis inventarij, ut ex hoc appareat quòd tutor possit administrare, & ex hoc pars tuta est: *ut l.* 1. §. *defend. quibus ex caus. in poss. ead. ut not. Bart. in d. l.* 2. *C. quando*, *& quib. quarta pars.* Ubi ipse notat, quòd in rebus minutis, & mobilibus est credendum juramento hæredis: facit quòd habetur *in l. scimus*, §. *in computatione*, *C. de jure deli. & C. de his qui ad Eccles. confug. l. præsenti*, *& l. divus*, *ff. sicut plusquam per l. Falc. & quòd ibi not. Bar.* Septimò, tenetur tutor de licentia, seu decreto Judicis administrare, nisi necessitas incumbens aliud permittat: *ut l. si. de tut. & curat. qui satisd. non de.* vel nisi testator dixerit quòd possit administrare sine decreto: *arg. l.* 1. *de rebus eorum.* An tutor possit accusari de suspecto antequam gerat: *vide ff. de negot. gest. l. nam*, *& servus*, *& C. de suspect. tut. l. præses provinciæ*, §. *tutores*, *per Ci.* An autem procurator absentis possit removeri per Judicem ratione suspitionis: videtur quòd sic, *C. de procur. l. eum qui res agit hæredum.* An possit patri interdici administratio ratione suspitionis: *vide ad Trebel. l. Imperator*, *& C. de sent. passis*, *l. fi.* Unum tamen nota circa satisdationem tutoris, quòd si tutor promisit fidejussori suo extrahere eum de obligatione, fiet executio hujus promissionis



los fasta que los huerfanos vengan à edad (*a*): è si no hobieren parientes que sean para ello, el Alcalde délos à guardar con todos sus bienes à algun home bueno (*b*), è tengalos asi como es sobredicho:

nis animo novandi offerendo fidejussorem æque idoneum, & si quidem pupillus legitimè eum acceptat benè quidem, sed si non acceptat satis est tutor quòd fecerit quicquid potuit de jure, & de facto cum tunc satisdet fidejussori ita quòd eum certum faciat damnum pati non posse: *ut l.* 1. *ff. qui satisd. co. not. Bal. in l. quamquam*, *C. de sent. quæ si cer. quant. pro.* Item, in eo quòd de satisdatione dixi, nota, quòd non solum tenentur fidejussores tutorum de mala administratione tutorum, sed etiam nominatores tutorum, & affirmatores, scilicèt, qui idoneos esse tutores affirmaverint, nam hi fidejussorum vicem sustinent: *ut est text. in l. cum ostendimus*, *ff. de fidejuss. & nominato, & hæred. tut.* Item nota, quòd ad ea tenetur protutor ad quæ tenetur ipse tutor: *ut est text. in l.* 1. *C. de eo qui pro tut. negotia gessit*: & sic est privilegiata actio pro tutelæ, sicut actio tutelæ: *ut ibi glos. & ff. de priv. cred. l. dabimus*, §. 1. & idem si ex officio amicitiæ aliquis negotia impuberis gessit: *ut l. si negotium*, *eod. tit.* Item, in eo quòd suprà dixi de remissione inventarij, nota quòd propter utilitatem pupilli receditur à voluntate defuncti: *ut alleg. l. in confirmando*, *ff. de confir. tut. simile in l.* 1. *ff. ubi pu. edu. de.* & per hoc dicebat Marsil. quòd licèt pater prohibuerit confectionem inventarij, quòd potest: *ut alleg. l. fi. in fi. C. arb. tut.* Tamen si Judici videbitur quòd utilitati pupilli expetit, compellet eum ad inventarium: *ar. dictæ l. in confirmando*, facit hoc ad id quòd notat *Bar. in l. pen. ff. de codicillis.* Quòd si testator relinquat multa legata tempore quo non habebat liberos, postea suscepit simul plures, quòd propter supervenientes liberos præsumantur recessisse ab illis legatis: tetigit *Bar. in l.* 1. *C. de codicillis*, *& in auct. ex causa*, *C. de lib. præt. & notat Bar. in alleg. l. in confirmando.* Item nota, quòd si est datus tutor ad unum actum tantum, non habet necessè facere inventarium sicut dicimus in curatore dato ad litem: *ut not. in alleg. l. de creationibus*, *C. exam. audi.* sed si detur simplicitèr, credo quòd debet facere inventarium de omnibus bonis pupilli: ut notat *Bar. in l. si hæreditas*, *ff. de test. tut.* Item nota, quòd omissio signi sanctæ Crucis in inventario, quia est levis solemnitas non viciat cum talis omissio nullum, vel parum præjudicium generat: *ut l.* 1. *in fi. ff. de ventre inspici.* Illa enim dicitur gravis solemnitas, qua omissa multum obstat personæ: *ut l. cum ij.* §. *prætor*, *ff. de transact. & not. Bar. l.* 1. §. *fi. ff. de vent. inspic.*

(*a*) Edad. Scilicèt, masculus quatuordecim annorum, fœminis autem duodecim annorum si est datus tutor, si autem sit curator usque ad vigintiquinque annos: *ut* 6. *Part. tit.* 16. *l.* 12.

(*b*) Home bueno. Qui sit curiosus, & diligens, non simplex, nec rusticus: *ut* 6. *Part. tit.* 16. *l.* 17. nec se reddat suspectum procurando ei tutelam dari: *ut l. magistratus*, *ff. de tut. & curat. da. ab his.* Potest etiam Clericus legitimam habere tutelam licèt illam suscipere non cogatur: *ut c. fi.* 86. *dist. & in cap. religiosum*, 87. *dist.* Episcopus tamen, seu Monachus non potest tutelam suscipere nisi sit miserabilium personarum: ut notat *glos. in alleg. l. fi.* 86. *dist.* Item, de jure auctenticorum debitor pupilli non potest esse ejus tutor si debitum præcessit officium per *auct. minorum debit. C. qui tut. da. po.* hoc tamen est verum donec est creditor, vel debitor, sed debito soluto cessat ratio impediens, & redditur habilis ad tutelam: *ut l. impuberi de tut. & cur. datis ab his.* Item, modi cum debitum, vel creditum, non repellit à tutella: *ut ff. de exc. tut. l. athlet.* §. *dant remissione*, *& ibi Ja. de Are. & Doct. in d. auct. minorum*, *ut reffert Bal. in l. cum in eo*, *ff. de pactis.* Ubi ipse notat, quòd creditor, vel debitor pupilli potest esse tutor testamentarius, ubi testator sciebat tutorem debitorem, quia ejus fides videtur per testatorem approbata: & hoc tenet glossa, & Doct. *in l. pater filio*, *ff. de procur.* Item nota, quòd licèt mater, & avia, avus, & pater sint debitores pupilli, possunt tamen esse ejus tutores: *ut in auct. ut sine probib. ma. deb. & cred.* fi-

è quienquier que los tenga, mantengalos de los frutos (*a*), è tome para sí el diezmo (*b*) de los frutos por razon de su trabajo: è quando vinieren à edad dexeles todo lo suyo ante el Alcalde, por el escripto con que lo rescibió, è déles cuenta (*c*) derecha de los fru-

---

in rubro, *& in nigro*. Item nota, quòd filius, etiamsi sit debitor patris furiosi vel mente capti potest esse ejus curator: *ut l. nam*, *& si parentibus*, *ff. de inoffi. test.* Secus in fratre, & sic nota quòd ascendentes, vel descendentes non repelluntur à tutela, & si sint debitores pupilli, secus in transversalibus secundum eum. Item nota, quòd pater potest esse tutor filij naturalis propter naturalem affectionem: *ut l.* 2. *&* 3. *ff. de nat. lib.* Tamen posset dici in spurio contrarium, quia non meretur filius nominari, undè pater nullum habet privilegium: ut notat *Inno. in c. nonnulli de rescriptis.* Item, quærit *Bald. in d. l. cum in eo*, ponè quòd Titius habet quendam filium spurium pupillum, & est dives ex successione materna, & quia infirmus timens pater ejus de ejus morte, quid faciet pater, ut ipse succedat, & non fiscus: & quædam *glos. ff. de re jud. l. tutela dat modum.* Scilicèt, quòd pater faciat se dari tutorem huic pupillo, & cæteris deficientibus succedet eidem ratione susceptæ tutelæ, & excludet fiscum secundum illam glossam quam Di. dicit non esse alibi. Bar. tamen reprobat eam *per l. nutritoribus*, *C. communia de succes.* Item nota, quòd licèt creditor pupilli non potest esse ejus tutor, ut suprà dictum est, potest tamen talis creditor dari hæreditati jacenti: ut est casus singularis *in l. debit. ff. de neg. ge.* de jure tamen antiquo poterat creditor pupilli ejus tutor dari: *ut l. creditorem*, *C. qui dari tut. po.* Illa tamen lex debitor non est correpta per auctenticam minorum quæ introducta fuit in favorem pupillorum.

(*a*) De los frutos. Quæ quidem alimenta pupillis, vel juvenibus constituuntur boni viri arbitrio pro modo facultatum, vel si tutor arbitrio suo vult pupillum alere, quia videt minori expedire non divulgari secreta patrimonij hoc potest: *ut in l.* 1. *&* 2. *C. de ali. pu. præstan.* Et quid debet Judex considerare ad moderandum alimenta: *vide ibi Azo.*

(*b*) El diezmo. Nota hodie taxatum salarium tutoris, Judex tamen ex causa constituere potest certum salarium tutori gerenti, & hoc etiam possunt contutores gerentis ex causa si plures sunt tutores, & unus eorum gerit, & administrat: *ut l.* 1. *§. si pupillus*, *ff. de tut. & ratio dist. & Bar. in l. in eos*, *ff. de tut. & in l. à tutoribus*, *ff. de adm. tut.* Et nota quòd non solum tutor alimenta debet pupillo decernere, ut suprà, *& in l.* 3. *§. tut. ff. de susp. tut.* sed etiam tenetur instruere pupillum bonis moribus: *ut ff. de adm. tut. l. cum plures*, *§. cum tutor.* & corpus, & salutem corporis sui debet tueri: *ut ff. de cur. fur. l. cum filio*, 1. *responso.* Debet etiam patrimonium pupilli reficere, & gubernare: *ut alleg. l. consil. de cur. fur.* & ipsum opus testificabitur quantitatem expensæ refectionis: *ut l. lex*, *§. sed & si parens*, *C. de ad. tut. vide foro ju. lib.* 4. *tit.* 3. *l.* 3.

(*c*) Deles cuenta. Scilicèt si fuerint perfectæ ætatis. Si autem administrans sit tutor, & post pubertatem detur curator pupillo, tenetur tutor curatori ad hoc deputato rationem reddere: *ut cap.* 2. *§. illi etiam de rel. dom. in cle. & in auct. de Sanct. Episcop. §. iconomos.*

(*c*) Deles cuenta. Prius tamen requisito tutore ad hoc, ut in mora constituatur, cum tempus certum non sit hic adjectum, puniri tamen potest si requisitus non facit: ut notat *Pau. & Jo. in d. §. illi etiam.* Si autem dies certa sit adjecta à jure vel ab homine dies statuta interpellat: *ut cap. potuit extra de locat. & not. in lib. feu. quo tempore miles invest. pet. de cap. sanc.* 12. *q.* 2. *cap. longinquitatem*: quòd dic ut plenius *not. Paulus de Liaz. in d. §. illi etiam*, *in glos. super parte reddere rationem.* Tamen ubi forus de Sepulveda contingit quolibet anno tenetur tutor rationem reddere propinquioribus consanguineis pupilli, & si in ratione reddenda invenitur suspectus, removetur à tutela: *ut lib.* 3. *l.* 106. cum qua concordat *alleg. §. illi etiam.* Et quia hic loquitur de computatione, gratia hujus nota quòd computatio facta per errorem

tos que ende rescibió: è si alguna demanda ficieren à los huerfanos, ò ellos hobieren à demandar à otri, aquel que los tiene en guarda pueda demandar (*a*), è responder por ellos; y lo que ficiere vala (*b*), fueras si lo ficiere con engaño (*c*), ò daño de

---

rem nullo modo nocet, nec computatio erronea habet vim sententiæ: ut notat *Bar. in l. inst. C. de jure fisc. lib.* 10. Et potest retractari computatio ratione erroris habiti in computatione si non approbetur per judicem usque ad triginta annos: *ut l. calcul. ff. de adm. re. ad civ. parti.* Sed si quis vult retractare calculationem ratione gratiæ adhibitæ in ea, ut quia calculator admissit exceptionem quam admittere non debebat, vel computabat introitum quòd computare non debeat, poterit retractari calculatio, usque ad decem, vel viginti annos: *ut l. in omnibus*, §. 1. *ff. de diver. & tempo. præscrip.* Item, si computatio est facta inter privatos, & calculator fuit à judice positus inter eos, talis calculator valet, & plenam fidem facit: *ut l.* 2. *C. de usuris.* Potest tamen prætextu erroris officio Judicis committentis retractari usque ad sententiam: *C. de jure, & fact. ign. l. error. & l. ab arbitrio, ff. qui satisd. cog.* Si verò computatio est facta ab ipsis partibus: *vide l.* 1. *C. de error. cal.* Si autem computatio continet pactum, vel transactionem generalem, vel specialem facit præjudicium inter partes: *ut l. error.* §. *Lucius, ff. de pactis, & l. si quidem, C. de transacti.* Sed computatio facta à tabularijs, seu à calcularijs vim sententiæ non habet quoad condemnationem, seu absolutionem, nisi per judicem confirmetur: *ut alleg. l. instar. & ibi not. Bart.* in eo quòd dixi, quòd de jure fori ratio singulis annis debet reddi. Nota quòd si quis dedit pecuniam mercatoribus pro certa parte liciti lucri, & damni, quòd solum in fine anni potest petere rationem à mercatoribus, & non antè: *ut in l. neminem, & ibi Bar. C. de suscep. & archadijs, lib.* 10.

(*a*) Pueda demandar. Nota ergo quòd tenetur tutor defendere pupillum si ab alio conveniatur: *ut hic ff. de adm. tut. l. tutoris præcipuum*, alioquin removetur ut suspectus: *ut C. de adm. tut. l. fi.* 1. *responso, & de procur. l. eum.* Debet etiam pro minore promittere, & pro eo solvere, & judicium contra alium intendere, nam si debitorem minoris non conveniat, & desinat esse interim solvendo tenetur tutor ad sortem, & ad usuram: *ut ff. de adm. tut. l. si tutor constitutus, ut C. eod. tit. l. debitoribus*: Secus verò si casu fortuito desierit esse solvendo: *ut ff. de adm. tut. l. si res pupillaris*: eandem ergo diligentiam tutor servabit in rebus pupilli quam idoneus paterfamilias in rebus suis faceret: *ut ff. de ad. tut. l. tutor generalis, & l. à tutoribus.* Item nota, quòd tutor non debet novum frumentum vendere nisi prius vendatur vetus. Et si contra facit tenetur de omni damno futuro secundum qualitatem temporis, quia frumentum novum debet servari ne corrumpatur: *ut l. is cui*, §. *quoniam, ff. ut in poss. leg.* Et notat *Bar. in l.* 1. *C. de conduct. principatum erogandis, lib.* 10. Ubi etiam textus dicit, quòd licitum est commisceri fructus corruptos cum incorruptis. Est tamen notandum, quòd tutor magni patrimonij, vel aliquis positus in magna administratione excusatur si in negotio proponit aliquem sufficientem factorem: ut notat *Bar. in l.* 2. *C. de cond. & pu. error. & l.* 1. *in fi. eod. tit. & ff. commod. l. argentum*: primò inspicere debet an sit certus, &c.

(*b*) Vala. Majorem enim plenitudinem administrationis deferre: *l. tutori, quam tutor. & l. cum in una*, §. *tutor. ff. de appel.* nam tutor addit, & acquirit hæreditatem pupillo, & non curator: *ut l. infanti, & ibi Bal. C. qui admit. ad bonorum poss. po.*

(*c*) Con engaño. Non enim valet quòd dolo fit per tutorem contra pupillum: ut hic à contrario sensu, facit quòd *not. per Jo. Fab. inst. de act.* §. *actionum, super glos.* 2. qui tenet, quòd si quis propter magnam exuberantiam bonæ fidei dolum communicat, quòd contractus est nullus, exemplificat in socio, & in religioso: eadem videtur ratio in tutore ratione juramenti quòd præstat, vel potest dici: *ut not. Jo. Fab. ubi suprà*, quòd

ellos (*a*) : è si por su negligencia (*b*), ò por su culpa algun daño rescibieren los huerfanos en sus bienes, sea tenudo de gelo pechar (*c*) : è si los huerfanos algun Pleyto le ficieren de su daño por alguna guisa, mientra los tuviere en su poder, (*d*) no vala : è si despues que fueren de edad les tuvieren sus bienes, ò alguna cosa de ellos, respondanles sobre ellos quando quier que gelos demandáren, è no se pueda defender (*e*) por año, è dia : è quando

---

quòd licèt teneat contractus factus per dolum, tamen est nullus in effectu, non ipso jure : *ut l. eleganter*, *ff. de dolo.* Item nota, quòd tutor, seu curator non tenetur calumniosam actionem proponere, quòd si fecerit non repetet sumptus à minore. Idem si aliquid malitiosè agit ipse tenetur non minor : *not. Spec. tit. de exec. sent.* §. *sequitur videre*, *ver. sed quid si procurator.*

(*a*) O DAÑO DE ELLOS. Nota ex hac lege, quòd non solum tenetur tutor de dolo, sed tenetur de culpa lata, etiam levi : *ut in l.* 2. *& l. quicquid*, *C. arb. tut.* non tamen tenetur de levissima culpa: *ut ibi gl. & Doc. & est tex. in l. periculum*, *ff. si cer. peta quandoque*, de levi culpa non tenetur: *ut in casu l.* 2. *C. arb. tut.*

(*b*) NEGLIGENCIA. Negligentia enim in non conveniendo debitores, & in pecuniam mutando imputatur tutori : *ut l. si tut. ff. de adm. tut.* & nimia negligentia, vel festinantia tutoris in rebus vendendis, vel non emendis punitur : ut notat *Bar. in l. tutor qui repertorium*, §. *si tut. &* §. *fi. de adm. tut.* Nota etiam circa hoc, quòd si patri pupilli consuevit negotia gerere, quòd commune damnum est tutoris, & pupilli : *ut not. Bar. in l. Titium*, §. *à matre de adm. tut. concord. Styllo*, *l.* 227. Item, tenetur tutor pecuniam pupilli, vel in emptione prædiorum, vel ad honestam partem lucri mercantiæ dare aliàs tenetur ad interesse : *secundum Bart. in l. divus*, *ff. ad l. Falc. & alleg. l. tutor qui repertorium*, §. *si pater*, *cum seq. &* §. *ex cæteris*, *& est casus in cap. per vestras*, *in fi. de donat. inter vir. & uxor.* Item, præsupposito quòd ubi sunt plures tutores unius pupilli, quòd unus tenetur ex mala administratione alterius, si ille alter non est solvendo, & præsupposito quòd magistratus potest plures tutores uni pupillo dare, qui si malè administraverint in subsidium convenitur magistratus per jura vulgaria : nunc autem dicit *l.* 1. §. *Julianus*, *ff. de tut. & ratio distra.* quòd antequam perveniatur ad magistratum ex mala administratione unius debet prius conveniri tutor, & ultimo magistratus, sed limita illum textum nisi sint plures tutores diversimodè dati, ut quia alter testamentarius, alter dativus qui malè administrat, potest tamen Judex prius conveniri, qui eum dedit tamquam contutorem. Casus est singularis *in l. Lucius*, §. *ex testam. ff. de adm. tut.* quòd ibi Bar. commendat. Item nota, quòd non imputatur tutori si non exigit debitum in quo oportebat eum plus expendere quam de commodo percipiatur : *ut l. meditaneæ*, *C. de annonis*, *& tributis*, *lib.* 10. *& ibi Bar.* quòd facit quòd Judex non debet facere citari testes ad locum judicij, quando tantum distant, quòd plus expenderetur in adventu quam sit valor causæ : *ar. dictæ l. meditaneæ.* Sed tunc Judex debet delegare æstimationem : *ut l. apud eloquentissim. de fide instrum.* Item facit, quòd si in habendo recursum ad superiorem expenderetur plusquam sit valor causæ, quòd tunc repræsaliæ possunt impetrari : *ut not. Bart. in alleg. l. meditaneæ.*

(*c*) DE GELO PECHAR. Sufficit enim probare : contra fructus bona fide percipi potuerunt : *ut not. Bart. in l. sine hæred.* §. *tutor. ff. de adm. tut.* & est hujus legis ratio, quia ultra latrocinium peccat tutor qui pupillos bonis parentum relinquit excordes alia retinendo, & alia contra leges, & jura vendendo : *cap. in religiosum*, 87. *di.* Potest tamen tutor etiam sinè interpositione decreti vestes detritas, & supervacua animalia vendere: *ut l. fi. quando decre. opus non est.*

(*d*) EN SU PODER. *Suprà eod. fo. lib.* 1. *tit.* 11. *l. fi.* & quòd ibi dixi.

(*e*) E NO SE PUEDA DEFENDER. Ipse, sci-

el padre, ò la madre murieren, è los fijos fincáren, entren los fijos (*a*) en los bienes del muerto, ò otros (*b*) herederos derechos, si fijos no hobieren.

Ley III. Como la madre es tutriz de los menores mientra no casáre.

SI el padre (*c*) muriere, è fijos dél fincaren sin edad, la madre (*d*), no casando, tome à ellos, è à sus bienes si quisiere (*e*), è tengalos en su guarda fasta que

---

scilicèt, tutor, nec etiam hæredes ejus eo mortuo: *ut l. omnes, & l. si defunctus, C. arb. tut. & l.* 1. *& fi. C. de hæred. tut.* Nec potest obstare ei cujus tutelam, vel curam gessit longi temporis præscriptio: *ut l. tutores, C. arb. tut. & l.* 2. *C. de const. pet. & hic.*

(*a*) ENTREN LOS FIJOS. In bonorum possessionem secundum tabulas, si parentes decesserunt testati, vel contra tabulas, si præteriti, vel exhæredati fuerint, quæ datur liberis: *ut l.* 1. *C. qui admit. ad bo. posse. po.*

(*b*) O OTROS HEREDEROS. Per bonorum possessionem, undè legitima quæ datur his qui de præteritione, vel exhæredatione conquæri non possunt: *inst. de leg. ag. succ. in princ. & in dicta l.* 1. *qui admi. ad bo. poss. po. & not. in l. non hoc, C. undè legi. & in l. centum eod. tit.* In his enim bonorum possessionibus cum sint juris, & facti, & repræsentant hæreditatis aditionem, sufficit sola cognitio, etiamsi non interveniat decretum Judicis: *ut not. in d. l.* 1. *C. qui adm. ad bo. posse. po. & ibi per Bal.* Secus enim in alijs bonorum possessionibus quæ sunt solum facti, & non tribuunt jus, ut Carboniana, & ventris nomine: de quibus aliquid tetigi *suprà tit. prox. l.* 3. An, & quando hæreditati jacenti, vel infanti qui debitori successit debeat dari curator: vide quòd scripsi *suprà lib.* 2. *tit. de los emplazamientos, l.* 6. Est tamen notandum, quòd consilium conjunctorum excusat tutorem à dolo, vel à culpa: *ut not. glos. magist. in l. Polla. C. de his qui ut indi. & ibi Salic. in fi.* quòd est notandum.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 5. *de la* 6. *Partida, tit.* 16. *que manda, que si la madre se casare teniendo sus hijos en guarda, que el Juez, do lo tal acaesciere, debe tomar los mozos, è darlos à un pariente el mas propinquo, que sea habile, è suficiente: è manda el tal Juez à la madre que dé razon, è cuenta de los bienes: è los bienes della, y del marido que con ella se casó, estén obligados à dar la dicha cuenta, è à pagar lo que le alcanzaron.*

(*c*) SI EL PADRE. *Concord. foro juz. lib.* 4. *tit.* 2. *l.* 15.

(*d*) LA MADRE. Quæ quidem licèt non præferatur in tutela tutoribus testamentarijs, quia ipsi ei præferuntur: *ut C. quando mul. tut. offi. fun. po. auct. matr. & aviæ*, quæ sumitur in corpore auctenticorum: *de hæred. ab intest. ven. §. ex his, colla.* 9. *&* 6. *Part. tit.* 16. *l.* 2. *&* 4. *& l.* 19. Præfertur tamen legitimis, & dativis, si sit bona, & curiosa, & promittat, licèt non juret durante tutela non nubere: *ut* 6. *Part. eod. tit. l.* 4. & Vellejano renunciet: *ut ibi, & in alleg. auct. matri, & aviæ, & auct. Sacramentum.* An autem præferatur avo paterno: vide *Henr. in cap. ex part.* 2. *dist.* 3. *extra de appel.* ubi vide an si nubat, & postea si solvatur matrimonium, an recuperet tutelam filij. Item nota incidenter, quòd in casu in quo mater habet bona indivisa cum filijs non cogitur nisi unam tantum collectam solvere: *ut not. Jo. Fa. inst. de excus. tut. §. item tria onera.* Item nota, quòd mulier tutrix filiorum renuntians Vellejano, & secundis nuptijs, & omni alij auxilio ex sua mala administratione, pro tali debito potest capi, & incarcerari: *ut not. Bar. in l. si quis sub conditione, ff. de test. tut.* ubi vide plenè *per Bar. de tutela matris, & aviæ, & vide Host. notabilitèr in cap. ex part. l.* 2. *de appel.* Item nota, quòd si mater in tutela non renunciat Vellejano privatur tutela. Idem, si non renunciat secundis nuptijs. Est conclusio *Bar. in dicta auct. matri, & aviæ* quòd est notandum.

(*e*) SI QUISIERE. Non enim cogitur tute-

sean de edad (*a*) : è los bienes de los fijos rescibalos por escripto (*b*) ante los parientes mas propinquos del muerto, y delante alguno de los Alcaldes: è si la madre se casáre, no tenga mas à los (*c*) fijos, ni à sus bienes en guarda (*d*), y el Alcalde con los parientes mas propinquos del muerto, dén à ellos, y à sus bienes à quien los tengan en guarda, asi como dice la Ley de suso: è si la madre muriere, è fincáre el padre (*e*), tenga los fijos, è à sus bienes, quier case,

---

telam suscipere: *ut hic, & in l.* 2. §. *san. C. quando mul. tut. offi. fun.* potest ibi dum dicitur in opinione: *& in alleg. auct. matri, & aviæ*, ibi promittimus.

(*a*) De edad. Scilicèt, vigintiquinque annorum. Nam sicut præfertur in tutela, sic & in cura, cum sit eadem ratio: *ut in auct. ut sine prohibitione ma.* §. *quia verò multa, & eadem est equitas, ut C. ad l. Falc. l. fi.* & hoc tenet *glos. & Doct. in alleg. auct. matri, & aviæ.* De foro tamen de Sepulveda filius post quatuordecim fœmina, duodecim anno completo potest habere curatorem quem voluerit: *lib.* 3. *l.* 106.

(*b*) Por escripto. Nam testamentarius tenetur inventarium conficere, à fortiori mater quæ testamentario non præfertur *per l. de accessionibus, ff. de diversis, & tempor. præscrip.*

(*c*) No tenga mas a ellos. Et est ratio, quia præsumitur quòd novi mariti amore in mortem filij consentiat, ut ei succedat: 6. *Part. tit.* 16. *l.* 19. Est enim suspecta, & odiosa memoria defuncti: ut est nota *Bal. in l. omne, C. ad Tertul. & not. in auct. de nup.* §. *ejusdem quoque coll.* 4. *ibi Jac. de Bel.* & §. *ideoque sancimus.* Et circa hanc materiam est notandum, quòd si committo filium meum pupillum custodiæ matris suæ, non videor eam tutricem dedisse: ut est casus singularis *in l. qui alienam*, §. *quamquam, ff. de neg. gestis.*

(*d*) En guarda. Nota quòd mulier tutrix filiorum transiens ad secundas nuptias antequam contrahat duo tenetur facere. Primò, quòd petat tutorem dari filijs. Secundò, quòd det ei rationem tutelæ, & integralitèr solvat quòd debetur ex ratione gestæ tutelæ, & si hoc non faciat privatur impuberis successione ab intestato, si impubes decedat, & etiamsi pupillariter sic ei substituta: *ut est tex. in l. matres, & l. omnem, C. ad Tertul.* & idem de quocumque succedente pupillo ab intestato, si non petat ei tutorem dari: 6. *Part. tit.* 16. *l.* 12. *& l. sciant omnes, C. de leg. hæred.* An autem mater antequam contrahat potest petere ut detur tutrix avia. Item, si satisfacit reddendo rationem legitimo non confirmato, & an sit in opinione matris petere quem vult tutorem filio, & an idem sit in tutrice testamentaria, & an si mater fiat monacha non petito tutore incurrat illam pœnam, & an sit idem in matre desponsata secundò, & non cognita: vide eleganter *per Bal. in alleg. l. omnem, C. ad Tertul.* Item, an ignorantia juris vel facti excuset mulierem, vel rusticum, ubi potuit peritiores consulere: vide *Bal. in l. juris, C. qui admit. ad bo. poss. po.* Est etiam notandum, quòd mater quæ antequam secundò contraheret non petijt tutorem filijs, excusatur sequentibus excusationibus. Prima, si filius decessit jam factus pubes: *ut in l. matres, C. ad Tertul.* Secunda, si mater est minor vigintiquinque annis: *ut l.* 2. *C. si adver. deli.* Tertia, si pater voluit ut legitimus præferatur matri, vel si emancipavit filium impuberem: *ut not. Bar. & Bal. in d. l. matres*, licèt sit ibi contraria glossa. Quarta, si pupillus moritur ante annum. *ut inst. ad Tertul.* §. *fi. & l.* 1. §. *eleganter, ff. de lib. agnos.* Iste tamen annus potest per Judicem ex causa abreviari, & si abrevietur, & mater sit negligens punitur dicta pœna: *ut in l.* 2. §. *si mater, ff. ad Tertul.* Quintò, excusatio matris est propter casum fortuitum: *ut in l. præses, C. de appe. & de cond. inser. l. cum quidam alia utilia*: circa hanc materiam vide per Doct. signanter per Bal. in allegata lege matres. Alia excusatio est si mater est prodiga, quæ propter delictum excusatur, ut notabilitèr per Florianum *in l.* 1. §. 1. *ff. si quadru. pau. fe. dicatur.*

(*e*) El padre. Nota quòd filij maxi-

quier no, è guarde à ellos, y à sus bienes asi como manda la Ley.

ximè pupilli debent regi paterno consilio, ut quòd non potest ætas possit paterna pietas: *ff. de cur. fur. l. si furiosi puber.* & licèt aliquid non valeat ratione contractus, vel jure testamenti, valet tamen jure providentiæ paternæ, & auctoritate sua, quam inter liberos præstare potest cum sit legitimus administrator, & quidam præcipuus ultra omnes alios: *C. de bonis ma. l. 1. not. Bal. in lib. feud. tit. de probib. feud. alie. per Feder. cap.* 1. §. 1.

(*e*) El padre. Cujus administratio est impunita, ideoque non tenetur reddere rationem de administratione: *ut l. cum oportet*, §. *non autem*, *C. de bonisque lib.* nec tenetur inventarium facere, quia inventarium concernit eos qui rationem reddere tenentur & non alios: *ut C. de Episcop. & Cler. l. orfanotrophos, & ibi glos. fi. in fi.* Tanta est enim potestas patris erga filium quòd non solum ejus administrationem gerit, ut hic, sed etiam ad ejus petitionem filius incarceratur: *ut l. filius tuus, C. de patri potestat.* cum nullus amor vincat paternum: *ut ff. de cur. fur. l. pen. & quòd metus caus. l. isti quidem*, & pro hic dicitur patrem esse legitimum filij administratorem, habet verum cum benè gerit: *ut l.* 1. *C. de bonis ma.* Idem si negligentèr usumfructum destruatur, vel res pupilli corrui patiatur, compellitur tamen benè gubernare, & sumptus in rebus facere: *ut in alleg. l.* 1. *C. de bonis ma. & l. fi. in princ. ff. si legat. not. cav. & quòd not. C. ut in poss. le. l. scir. glos.* 1. Si autem delinquat in omittendo aufertur sibi administratio: *ut in l. imperator. ff. ad Trebel. & ff. sol. matrim. l. si cum dotem, & C. de sent. pas. l. fi. ubi notat Ci.* quòd bonis patribus cura filiorum debet committi, non alijs: & vide quòd ibi eleganter *not. Salic. & Bal. in l. defuncto*, §. *si in frau. patro. ali. fact. sit.* Ex his nota, quòd filius non potest petere rationem administrationis de gestis per patrem, per culpam, sed per dolum sic: *facit quòd not. Bar. in l. si quis prioris, in fi. C. de secund. nupt. & in l.* 2. *C. de bon. mater, & in l.* 3. *de prædijs mi. & Bar. in l.* 1. §. *nec castrense, ff. de coll. bon. & Bar. in l. fi. ff. de verbo obli. & in l. filij, de injurijs, & C. de inoffic. test. l. filijs matrem, & optimè, C. de dolo, l. superstite*: tenetur ergo pater de administratione culpabili, & dolosa: *ut not. Jo. Fab. in dicta l. cum oportet, C. de bonisque lib.* Circa quòd nota; quòd pater efficitur suspectus circa administrationem filij in casu cum transit ad secundas nuptias: quem vide *in auct. de nupt.* §. *placet quoque, coll.* 4. Non obstat id quòd per aliquos opponitur, scilicèt, quòd indistinctè cujuscumque conditionis sit pater debet filium suum regere, quia persona patris filio semper sancta, & honesta videri debet, sicut persona patroni liberto, & persona magistri discipulo: *ff. de obsequis præstan. l. liberto, &c.* quia persona patris sancta, & honesta debet filio videri quantum est ad obsequium ei præstandum, ut ibi, sed non quantum ad administrationem ei concedendam, si fuerit homo malæ frugis: *ut in l. in quæst. C. de sent. pa. ubi hoc not. Ci.* Et hæc quæ dicta sunt intelligo vera quando pater administrat res filij tamquam pater, & legitimus administrator, jure patrio, & proprio ratione usufructus. Si autem pater est filij tutor, certè tenetur reddere rationem finita tutela: *ut in l. licèt, C. ad l. Fal. & ibi Bal. singularit. & in alleg. l. superstite, C. de dolo, & hic in fi.* quòd est valde notandum: ad quòd facit glossa singularis *in auct. excipitur, C. de bonisque lib.* ubi in his in quibus pater non habet usumfructum, non est legitimus administrator: *ut in casu dict. auct. cum seq.* Casus autem in quibus pater non habet usumfructum: *vide notatos per glos. in auct. idem est eod. tit.* de his ergo tenetur inventarium facere, & rationem reddere: *ut in jur. suprà alleg.* Facit ad hoc *l. non sine*, §. *non autem, C. de bonisque lib. & Spec. tit. de instr. edi.* §. *fi. ver. quid de patre, & junge quòd not. suprà ead. l.* 3. *tit. de las labores, è particiones, l.* 6. Item nota, quòd vitricus potest esse tutor privigni, scilicèt, testamentarius, ut quia cum erat tutor, cœpit in uxorem testatoris uxorem, & etiam dativus: licèt sit contra id quòd *not. in auct. de nuptijs*, §. *ejusdem quoque, & C. ubi pupil. edu. de. l.* 1. *& ibi Azo. in summa*: quæ ratio non multum valet, cum testator de isto casu non cogitaverit. Suffi-

ficit ergo ratio generalis, scilicèt, quòd ideò potest esse tutor, quia non invenitur hoc prohibitum à jure: *ff. de prob. l. ab ea parte.* Et quia vitricus est loco parentis, dubitatio tamen erat quia sicut repellitur pater, & mater propter transitum ad secunda vota à tutela filij proprij: *ut in auct. de nuptijs*, §. *sin autem tutelam.* In quibus est naturalis fons charitatis, multo magis expellitur vitricus, qui rationabilitèr debet esse magis suspectus, vel saltim pari suspitione debet laborare, quia vir, & uxor sunt una caro: *ut l.* 1. §. *si vir. ad sil.* Et hoc servat consuetudo, sed quicquid dicit consuetudo, vitricum admittit jus in tutorem, & dicit Guil. quòd etiamsi sit datus tutor post nuptias contractas valet datio, quòd est notabile, & dicit quòd facilius repellitur mater, ideoque est tutrix de jure speciali, quòd facilius tollitur quam jus commune: & adde quòd *not. in Spe. de tutore*, §. *nunc dicendum*, *vers. veruntamen*, *& vide*, *C. de interdict. matrim. l.* 1. *hæc notat Bal. in l. non numquam*, *ff. de adop. & est text. cum ibi notatis per Bal. in l. si pater*, *C. de contrario judicio tutelæ*: licèt pupillus apud vitricum non debeat alimentari: *ut ibi not. glos. & vide foro juz. lib.* 4. *tit.* 2. *l.* 23. *cum seq.* An tutor debeat nomine pupilli, vel suo accusare, & an delictum tutoris noceat pupillo: *vide l. Polla. & ibi glos. & Bal. C. de his qui. ut indig.* Item, an cum minor impetitur debeat citari, vel esse præsens ejus administrator: *vide* 3. *Part. tit.* 2. *l.* 7. Item nota, ad hanc materiam, quòd si mater fuit in mora per quatuor menses petere tutelam filio, præfertur ei dativus: *ut not. Bar. post Odofre. in l. tutor. ff. de tut. & cur. datis ab his* 3. *col.* Ubi nota quòd si de matre in datione tutelæ non fuit facta mentio, quòd propter hunc errorem datio est nulla, quia erratur in causa: Idem *not. Ci. in auct. mater*, *& aviæ*, *C. quando mu. tut. offi*, *fun. po. q.* 6. *in fi.* Item nota incidenter, quòd si mater filium impuberem instituit, potest ei in testamento tutorem dare, talis tamen datur potius rebus quam personæ, cum non habeat filium in potestate: *ut est text. in l. pater*, *ff. de test. tut.* Et quia non est perfecta tutela quæ à matre datur instituto impuberi, requiritur confirmatio: *ut est text. in l. pect.* §. *matr. ff. de leg.* 2. quæ quidem datur cum inquisitione: *ut ibi text. & Bar. & l. mater*, *C. de test. tut. & l.* 1. *de confir. tut. & ff. qui pet. l. fi.* Et in hoc casu tutor testamentarius datus à matre, & cum inquisitione confirmatus, poterit omnia pupilli bona administrare: *ut in jur. suprà alleg.* & talis tutor ad universum patrimonium datus intelligitur: *inst. de excus. tut.* §. *datus*, *& ff. eod. tit. l. propter late*, §. *fi. &* 6. *Part. tit.* 16. *l.* 6. An autem fœmina quæ non est mater, vel avia potest à patre in testamento dari, & confirmari, & videtur quòd sic, nam licèt de jure fœmina non potest esse tutrix, & prohibeatur à lege, cùm sit virile officium: ut est expræssum *in l. fi. ff. de tutelis*, nec à testatore, nec à judice potest dari: *ut ibi glos. &* 6. *Part. tit.* 16. *l.* 4. Nam non debet Judex in hoc casu imperitia lapsus voluntatem patris sequi: *ut l. jure nostro*, *ff. de test. tut. facit auct. sicut hæreditas*, *C. de leg. tut.* ibi dum dicitur, sit masculus, &c. Tamen videtur textus in contrarium *in l. qui à patre*, *ff. de confir. tut.* dum dicitur, qui à patre tutor scriptus est aut non, justo testamento aut non, ut lege præcipiebatur, confirmatus est ad tutelam agendam perinde ac si ex testamento tutor esset, est enim ratio, quia firmum est consilium patris: *inst. de satis. tut.* §. 1. *& ibi glos.* Paternum namque testimonium habilitat personam tutoris: *l. de creationibus*, *C. de Episcopali audientia.* Et etiamsi testamentum sit nullum, nihil contra rationem videtur fieri, si secundum voluntatem defuncti testamento scriptam aliquid fiat: *ut l. fi. C. rebus eod.* fides enim, & diligentia videtur per testatorem approbata: *not. glos. & Doct. in l. pater filio*, *ff. de proc.* Item, licitè confirmat Judex tutorem sequændo voluntatem testatoris: *ut l.* 2. *C. de confir. tut.* Etiamsi sit datus in testamento imperfecto, vel per epistolam, ut ibi & est ratio, quia testamentum quòd expræssè probat voluntatem defuncti: *ut l. fi. ff. de rebus eod.* Licèt non habeat formam tutelæ, si tamen postea confirmetur, dicitur testamentarius, attenta prima causa, nam licèt confirmatus essentialiter sit dativus, effectualitèr tamen est testamentarius, & accedit ad naturam testamentariam: ideò præfertur legitimo secundum *Di. Marsil. Ci. & Bal. in alleg. l.* 2. *C. de confir. tut. & in alleg. l. de creationibus*, *& Bar. in l.* 1. *ff. de confir. tut.* Et hoc etiamsi inutilitèr sit datus,

si

TITULO VIII.

DE LOS GOBIERNOS.

Ley primera.

SI el padre, ò la madre viniesen à pobreza (*a*) en vida de los fijos, quier sean casados, quier no, mandamos, que segun fuere su poder (*b*) de cada uno, que gobiernen al padre (*c*), è à la madre. Otrosí, mandamos, que si hobie-

---

si postea confirmetur habet vim, & potentiam testamenti, *ut l. si proponis, C. de confir. tut.* Crederem tamen, quòd opinio supraposita habet locum ubi est testamentum imperfectum, vel deficit potestas in solemnitate, secus credo ubi est defectus potentiæ, seu causæ efficientis, ut in fœmina quæ vetatur à lege: & sic vult concludere *Bal. in dicta l. de creationibus, & l. neque*: repugnat enim legi in tali casu voluntas testatoris, ideo non observanda: *ut in auct. de hæredibus, & Falc.* §. 1. *coll.* 1. *facit l.* 2. *ff. de reg. jur. & l.* 1. *C. quando mu. tut. offi. fun. potest & l. scire oportet in princ. ff. de tut. & cur. datis ab his.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. *de la* 4. *Partida, tit.* 19. *al fin de la Ley: è la dicha Ley manda, que el padre, è madre son obligados de cercar, è dar de comer à sus fijos por tres razones, y el fijo à su padre per las mismas. E la Ley* 6. *del dicho tit. pone muchos casos, en los quales el padre, ni la madre no son obligados de dar de comer à sus fijos, ni los fijos à sus padres: è si sobre el gobierno hobiere diferencia contra el fijo y padre, cómo se ha de proveer el gobierno durante el pleyto entre ellos, vey la Ley* 7. *del dicho tit.*

(*a*) SI EL PADRE, A POBREZA. Quæ non est de genere malorum, nec mala licèt sit pœna: *ut in cap. illa.* 15. *q.* 1. *in fi. & ibi Archi.* Si tamen pauper sit, & alere se potest artificio, vel opere non debent ei alimenta administrari: *ut l. si quis à liberis*, §. *aliment. &* §. *fi. de libe. ag.* Nam pauper, qui potest laborare, & mendicat, in servitutem redigi debet: *C. de mend. validis, l. unica, lib.* 11. *& not. glos. fi. in* §. *ex is* 23. *q.* 4. *& notat glos. in* §. 1. 82. *dist.* Et ei qui potest laborare non debet Ecclesia providere: 5. *q.* 5. *non omnis*, ubi reffert glossa, quòd glossa super Matth. dicit, quòd justius feceris, si injustè petentem correxeris, quàm si ei dederis, nam malè meriti continua ægestate laborare debent: *ff. depos. bona fides, not. glos. in cap. studeat*, 50. *dist.* Circa quòd nota secundum Boetium, quòd inter omnes adversitates fortunæ infœlicissimum genus infortunij est fuisse fœlicem: *not. glo.* 86. *dist. non satis*, §. *consideranda.* Item nota, quòd sicut leprosi, & habentes infirmitates contagiosas debent à civitatibus expelli: *ut not. Guil. C. de summa Trin. l. nullus.* Sic & pauperes validi non solum expelluntur à patria, sed etiam non debent eis eleemosynæ erogari: *ut* 2. *Part. tit.* 20. *l.* 4. & vide de paupertate quòd scripsi suprà *lib.* 2. *tit. de las testimonias, l.* 9. *& infrà lib.* 4. *de las acusaciones, l.* 2.

(*b*) SU PODER. Et sic pro modo facultatum debent alimenta præstari: *ut l. ultima, C. de alendis libe. & in alleg.* §. *alimenta, &* 4. *Part. tit.* 19. *l.* 2. *&* 3. Et si alimenta non præstentur, captis pignoribus, & distractis, cogetur quis satisfacere sententiæ: *ut dict. l. si quis à liberis*, §. *si quis ex is.* Et de lege fori de Sepulveda, mittitur filius dives cum tota sua substantia in patris ægeni potestatem, ut pater honestate vivat bona, non alienando: *ut lib.* 3. *l.* 110.

(*c*) GOBIERNEN AL PADRE. » Hoc » enim est de jure divino, ut Lev. 20. cap. » ibi honora patrem tuum, &c. Et Exod. » 20. cap. & Ecclesiastic. 7. honora pa» trem tuum, & gemitus matris tuæ ne » obliviscaris, memento, quia nisi per ip» sos non fuisses, & retribue illis com» modum, & illi tibi. Facit Marc. 7. cap. » Matthæi 15. « & de jure naturæ sicut pater tenetur filio, sic & filius patri: *ut cap.*

re algun hermano (*a*) que fuere pobre, sean tenudos de le gober-

cap. jus natural. & ibi glos. 7. dist. & 86. dist. cap. non satis. & 22. q. 4. cap. inter cæter. & in cap. cum haberet, & ibi glos. & Doct. extra de eo qui duxit in mat. quam po. per adul. & l. 1. cum seq. & C. de alen. libe. & l. cum non solum, C. de bonisque, lib. §. ipsum autem, & adde quòd dixi suprà, tit. de las herencias, l. unica. Et etiamsi pater malus sit, debet subveniri, & debet præponi extraneo, etiam secundo: ut singulariter tenet *Henr. in cap. si à patre, dist. fi. extra de infan. lagui. & expo. & Gofre. de tempori ord. §. 2. & Beatus Thom. in sum. 31. art. 3.* Et etiamsi pater infidelis sit debet ali per filium: *ut Jo. An. in cap. cum sit de Judæ, & Henr. in alleg. cap. si à patre.* Circa quòd nota quòd si homo consideretur ut animal, non est de jure naturali quòd filius patri præstet alimenta, sed si consideretur ut rationalis, quia homo formatus ex ratione, & intellectu, isto modo est de jure naturali, nam sine juris præcepto hoc dictat ratio naturalis, quòd genitus suum non destituat genitorem à quo habet esse: *not. Bal. in prima constitutione, ff. veteris quæ incipit in nomine domini, §. jus naturale.* Item nota, quòd etiam tutor, pupilli tenetur alere matrem, & sororem pupilli de bonis illius pupilli: *ut in l. 1. post princ. ff. de tut. & ratio dis.* Matrem hoc intelligo verum, si mater est inops, quia tunc est alimentanda ab hæredibus viri, infrà annum qui datur ad restituendam dotem, & hoc casu hæredes viri lucrantur fructus dotis pro his oneribus alimentorum: *not. Bal. ff. sol. matrim. l. divortio in princ.* Item nota, quòd si uxor mortuo viro remansit cum hæredibus viri, & fuit alimentata apud eos, possunt hæredes retinere fructus fundi dotalis usque ad concurrentem quantitatem alimentorum, nisi alimenta fuissent uxori legata, vel nisi mulier prægnans esset, tunc enim vel jure legati, vel beneficio ventris est allenda non compensatis fructibus: *ut not. Bal. in alleg. l. divortio in princ.* & est ratio, quia uxor mortuo viro quandiu stat vidua, videtur quodammodo in servicio viri: *ut Bal. ubi suprà, & vide text. l. tutor. secundum dignitatem, ff. de adm. tut.* & est ratio, quia favorabilior est causa partus, quam pueri nati: *ut l. 1. §. ex is, ff. de ventre in pos. mi.* Item, mulier prægnans debet habere de bonis viri defuncti cibum, potum, vestitum, & certum pro facultatibus defuncti, & pro dignitate utriusque: *ut alleg. l. 1. §. mulier autem, & l. tut. secundum dignitatem, ff. de adm. tut.* Item, debet habere habitationem defuncti, & si eam defunctus non habebat, debet domus conduci mulieri prægnanti, & sic familiæ suæ, quam secundum dignitatem ejus habebat, cibaria sunt præstanda: *ut text. in l. habitatio, ff. de ventre in pos. mitten.* nec dote se sustentare debet: *ut l. curator. eod. tit.* alimenta enim ventris, ut æs alienum detrahitur: *ut l. pe. eod. tit. & vide 6. Part. tit. 6. l. 16.* Si tamen pater est bannitus, vel hostis civitatis non potest per filium alimentari: *ut not. Bal. in 10. coll. de pace tenenda in cap. 1. hoc idem tenet Jo. An. in addi. Spe. tit. qui filij sunt le.* Dicent, quòd miratur de Doctoribus juris positivi dubitantibus de hoc, cum ex initio alimentorum sic de jure naturali communi primævo, tenendum est ergo indubitanter, patrem inopem, etiam malum, & infidelem nutriendum per filios, & nota quòd cum lex loquitur absolutè de inopia, est in arbitrio judicis. Nam cum verbi significatio sit obscura, nec certificetur per relationem ad aliud, Judex debet arbitrari, cujus arbitrium erit secundum qualitatem personæ: *ut ff. de leg. 3. l. si filiæ, & auct. licèt, C. de natur. libe.* & hoc ad testamenta in quibus mandantur maritari pauperes virgines. Nam quæ sunt pauperes executor testamenti arbitrabitur: *ut ff. de dote præ. l. Theopompus.* Sed si malè arbitretur, recurritur ad judicem: *ut ff. de le. 2. l. 1. & l. hæreditas in fi. ff. de petitio. hær. not. Bar. & Bal. in auct. præterea, C. undè vir, & uxor.* An autem paupertas prosit, vel noceat: *undè Ci. in l. si quis ad declinam, C. de Episcopis, & Cler.* Item, pauper habens patrem, & filium divites, à quo debeat alimenta petere, & quis eorum teneatur illa administrare: *vide Ci. in l. 1. C. de alen. libe.*

(*a*) Hermano. Esset si sit naturalis tantum, vel uterinus, cum ista lex non distingat, nec aliæ: *ll. ff. de ad. tut. l. tutor. secundum dignitatem, §. ult. & de tut.*

nar: è si el padre, ò la madre murieren, los fijos gobiernen à aquel que fincáre: è si se casáre, dénle la meitad del gobierno que le an-

tut. & ratio d. l. 1. §. 1. *ubi pupi. edu. de. l. qui filium, & in auct. qui mo. na. effi. sui, §. discretis hoc tenet glos. & Ci. in l.* 1. *C. de alen. lib. & not. in auct. licèt, C. de nat. lib. facit, l. mutuum, §. majoris, ff. de jure doti. & quòd not. in alleg. l. si quis à liberis in princ.* An vitricus recuperat expensas quas fecit in alimentis privigni vide legem Partitæ peregrina negotiorum gestorum: 1. *q.* 1. *& infrà tit. de los desechados, l. pe.* Item nota, quòd si maritus relinquit uxori alimenta in domo cum hæredibus non tenetur illas præstare operas fabriles, vel artificiales pro hæredibus, ut filare, & texere, quia non est super hoc gravata à testatore: *ut l. Gajo, §. fi. ff. de adi. leg.* Obsequiales tamen operas tenetur præstare, ut facere lectum, & coquinare, & portare aquam si talia facere consuevit: non enim debet stare in domo sicut corpus mortuum. Nam testator eam gravavit de stando in domo, ut aliquid operaretur, ideo si non laborat non manducet: *ar. ff. commo. l. in rebus, §. possunt.* Sed qualiter probare potest se in domo stetisse, respondetur, eo ipso quòd ibi comedebat, vel bibebat, & stabat cæterum si alibi alebatur non dicitur ibidem stetisse: *ut ff. de cond. & de. l. si quis ita legaverit*: nisi ergo sit mensalis non dicitur morari cum filijs: *ut in l. C. delegat. ubi hoc not. Bal.* Est tamen notandum, quòd si vidua non potest morari cum filijs propter eorum sævitiam, vel malos mores, talis conditio ei remittitur, & tamquam impossibilis, vel turpis non observatur: *ut l.* 1. *C. de cond. inst. & per Jo. de Are. in l. pe. ff. ubi pu. edu. de. & est ar.* Quòd vir verberans uxorem, quòd licitum est uxorem fugere, & debet alimentari extra domum mariti: *not. Ci. C. de neg. gest.* quòd in uxorem, secus si discedat propria culpa: *ut not. extra de divor. c. significasti.* Sed quid si hæredes sunt valde boni, & honesti, sed vidua est nimis pulchra, & non potest habitare cum eis sine aliqua sinistra suspitione: respondetur, quòd etiam tunc talis conditio remittitur tamquam turpis, quia habere malum nomen, & malam famam est turpe: *ut ff. ad Trebel. l. facta, §. si in danda.* Si autem cum bona, & honesta fama potest ibi morari, talis conditio sibi non remittitur, ut ibi est textus notabilis unicus in jure: *ut not. Bal. in alleg. l.* 1. *C. de codicil.* Item nota, quòd si pater mandavit filijs, ut tractarent matrem suam honorificè, eodem modo, & forma pro ut ipse faciebat, non propter hoc ipsa vidua potest uti pannis pretiosis, & ita polita sicut in vita mariti, sed debet indui secundum bonam, & communem consuetudinem viduarum, licèt in reverentijs debet ita per filium arbitrari sicut antè, & non intelligitur testatorem mandasse ea quæ fœminæ gratia præstabat: ut est textus mirabilis *in d. l. Sejo.* Congruentia ergo vidualia debentur *ar. de ver. ob. l. quidam cum filium nam nimia, & eximia non debentur.* Quia verba debent intelligi secundum statum, & conditionem personæ, maximè circa vestimenta in quibus debet differre digniores à cæteris: *ut ff. de usuf. l. sed si quid. §. sufficienter, & de usu. & ha. l. plenum, §. equitij.* Et idem dicit Bal. de lecto, quia si vult lectum de sirico, non convenit viduæ: *ut not. in l. si uxori, §. fi. de auro, & argen. le. per Jac. de Are.* Item nota, quòd si vir legavit uxori alimenta in domo, si ipsa accipit secundum virum licitè possunt hæredes eam à domo expellere, eo quia testator cogitavit sociare matrem filijs, ipsa verò se nubendo dissotiavit ab eis, undè filij extraneum admittere non tenentur, etiamsi honestissimus sit, nam de inhonesto non est quæstio: *ut ff. de usu. & ha. l. non aliter.* Et ad hoc facit quia nubendo cæpit esse suspecta: *ut l.* 1. *quæ tutores de ad. tut.* Et maximè si in educatione, undè per matrem stare videtur quo minus cum filijs moram trahat, quasi eorum parum amico se impresserit: *ar. ff. de offi. præfect. ur. l.* 1. *§. cum patronus, & C. ubi pu. edu. de. l.* 1. Quæ enim secundò nubit magis viro quam liberis studet, ideo perdere debet legatum relictum contemplatione educationis liberorum quos nubendo contempsit: *ut d. l. sed si habetur, §. fi.* ut hoc notabilitèr *per Bal. in alleg. l.* 1. *C. delegatis.* Item nota, quòd si testator legat uxori vic-

te daban, è no sean tenudos de gobernar la madrastra, si no quisieren.

Ley II. Que si alguno fuere preso en carcel, debe ser mantenido nueve dias por el que lo prendió.

SI algun home fuere metido en prision (*a*) por deuda (*b*) que deba, aquel que le face meter en la prision, déle cumplimiento de pan, y de agua (*c*) nueve dias (*d*), y él no sea tenido de darle mas, si no quisiere: mas si él mas pudiere haber de otra parte, hayalo: è si en este plazo pagar no pudiere, ni pudiere haber algun fiador, si hobiere algun menester, recaudelo (*e*) aquel à quien debe la deuda,

---

victum vel alimenta, & non dicit in domo testatoris, potest alibi habitare, & alimenta percipere: *ut l.4. de ali. & ci. le. & est casus, ff. de transact. l. cum his, §. in cam.* Sed si testator habebat domos proprias non cogitur hæres ad pensionem conducere alienas, sed sufficit quòd hæres in ulla illarum assignet legatario habitationem in qua possit competenter, & honeste morari, non enim debet sibi dare habitationem in lupanari, quia civili modo verba debent intelligi: *ut ff. de usufru. l. his qui binas, & ff. de servit. l. si cui, ut not. Bal. in l. in annalibus, C. de leg. in fi.* Adde quòd mirabilitèr notat *Spe. tit. qui filij sunt leg. per totum*: & vide meum manuale super parte legatum: ubi si testator, vide plenè de hac materia *Ang. de Aret. inst. de act. §. fuerat.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 5. tit. de las deudas, è pagas, lib. 5. de las Ordenanzas Reales: è la Ley 6. del dicho tit. pone la forma que los deudores han de tener en la renunciacion de la carcel, la qual se guarda oy. Vey la Ley 4. tit. 15. de la 5. Partida, è por todo el tit. que pone cómo los deudores han de dexar sus bienes à los acreedores: vey una Ley 10. de las Leyes nuevas que los Reyes nuestros Señores hicieron en Granada, que manda, que los Alguaciles, è Oficiales no lleven sus derechos fasta que las partes principales sean pagadas de sus deudas.

(*a*) SI ALGUN HOME, EN LA PRISION. Circa hoc an liber homo potest incarcerari pro debito, vide quòd notatur: *infrà eod. lib. 3. tit. de las deudas, l. fi.*

(*b*) POR DEUDA. Secus enim si debitor non erat obligatus dare, sed facere, & ad illud factum erat industria personæ electa si convenitur ad factum, & non ad interesse non admittitur cessio bonorum, sed tenetur in compedibus, donec præcise satisfaciat: *ut C. de cadu. tole. l. 1. §. ne autem, & ff. de leg. 3. l. fideicommissa, §. ult. & not. ff. de operis liber. l. stipulat. §. sine, & not. Ci. in l. 1. C. qui bo. ce. po. 2. q. in fi.*

(*c*) DE PAN, E AGUA. De jure tamen tenetur ad alimenta præstanda qui alium incarcerari facit: *ut est text. in l. sed si hæreditas, & ibi Doct. ff. ad exhiben.* Et hoc verum si non potest de artificio suo ali: *ut ibi not. & C. de ero milli anno, l. fi.* Si tamen potest de alimonijs ali, non tenetur creditor: *ut in l. judices, C. de Episcop. aud.* Sed hodie tenetur creditor dare panem, & aquam, etiamsi aliunde victum possit habere, quòd patet hic dum dicitur: mas si él mas pudiere haber, &c. & idem tenet *Jo. Fa. inst. de act. §. fi.*

(a) QUE NO QUIERE VENDER. Nota, exemplum doli qui dat causam contractui quando, scilicèt, venditor non erat aliàs venditurus, vel è contra nisi dolus adversarij interveniret, & tunc incidit dolus in contractu quando erat aliàs venditurus, sed adversarij dolo vendidit pro minori pretio: ut exemplificat *Ci. in alleg. l. rem majoris pretij, q.* 16. Et nota, quòd in utroque casu contractus tenet secundum propriam formam, quia habet sua essentialia, nec extrinseca causa ipsum annullare potest: *ut ff. de pact. l. jurisgentium, §. si ob maleficium, & Ci. notabiliter in l. ex eo instro, C. de inut. stip. & in l. dol. eod. tit. nec ob. l. eleganter in princ. ff. de dolo.* Quæ innuit, quòd sit nullus talis contractus, quia ibi vult dicere quòd sit nullus ipso jure, scilicèt, si opponatur ab homine: *de quo vide plenè Cin. in alleg. l. dol. & in l. rem majoris pretij*, 16. *q.* lex tamen Partitæ, 5. *Part. tit.* 5. *l.* 57. *tenet cum glos. in dict. ll. dol. & l. rem majoris pretij*: quòd tunc, scilicèt, dicatur contractus nullus ipso jure cum dolus dat causam contractui: *ut d. l. eleganter, ar.* 12. *q.* 2. *cap. quisquis Episcopis, extra de rerum perm. cap. cum universorum.* Et si dolus incidat in contractum tenet, sed tenetur decipiens ad damnum, ut ibi, & agitur contra decipientem ad supplementum residui: *ff. de ac. empt. l. Julian. §. si venditor. de quo vide singularem glos. extra de empt. & vend. cap. cum dilect. & ibi Jo. An. & vide foro juz. lib.* 5. *tit.* 4. *l.* 3. Item nota, ex hac lege quòd possessor malefidei dicitur qui per colusionem emit minori pretio, ideo non usucapit: *ut l. qui fundum, ff. de usuc. pro empt. §. procurat.* secus si sit detentor re ipsa, ut ibi: *& vide quòd not. suprà lib.* 1. *tit. de pact. l.* 4. Ultimo nota, circa materiam hujus legis quòd si sum magnus mercator, & scio quòd in concilio est ordinatum, quòd cras minus valeat frumentum, & ego vendidi carius, non certificando emptoribus de ordine prædicto, possunt contrahentes agere contra me ad interesse: *secundum Guil. in l. fraus, & in l. contra legem, ff. de leg. & Bar. in l. quando, ff. de act. empt. & in l.* 2. *C. de peric. & comm. rei vend.* quòd verum nisi emptor primò fuit morosus: casus est notabilis *in l. si per emptorem in fi. juncta glos. fin. de act. empt. facit l. si opera creditoris de excep. & in l. si debitor offerente, & in l. si decem de solu.* Et circa hanc legem potest quæri, an quis compellatur vendere, & quo pretio, & est dicendum, quòd si super hoc est consuetudo, illa debet observari: *ff. communia prædio, l. vendit. §. si constat.* Si autem non est consuetudo, & tunc si quæris in rebus non paratis ad victum, nec usum hominis necessarium, & tales res non compellitur quis vendere, posito quòd exposuisset vænales, nec etiam pretium statuitur in eis: *ut l. nemo exter. ff. de Judæis, & ff. rerum amo. l. non enim de jure deli. l. nec emere de contrahen. empt. l. invictum*: fallit in casibus ibi notatis, & facit: *C. mand. l. in re mandata.* Aut quæris in rebus paratis ad victum, & tunc si est necessitas extrema, quia nec aliunde possunt reperiri victualia, nec indigentes habent pretium undè solvant, tunc omnia libere sunt communicanda, licèt de publico, tunc debet solvi pretium si potest: *ff. ad l. Rodi, de jac. l.* 2. *§. cum in eadem in fi. & l. si locus, §. fi. quemadmodum serv. amit.* Si tamen indigentes victualibus habent undè solvant, debent tunc solvere vendentibus pretium justum, & taxatum: *sic. C. de cur. fu. l. animalia, & l. comperimus de aro. milian. l. septem de cohar. l. spectant. de lucro adv. l.* 2. *lib.* 12. Aut non apparet necessitas, & tunc si quis ea exposuerit ad vendendum vendere compellitur, aliàs non: *ar. ff. furt. adver. nau. l. fi. & l.* 1. *§.* 1. *nau. cau. sta.* Et hoc casu debet taxari justum pretium si debitor excedat modum in vendendo, aliàs non: *ut §. cura. l.* 1. *ff. de offi. præfec. ur. & lib. feu. tit. de clerico vio. §. natural. notant*

Doct.

engaño vendiere sus cosas por mas que no valieren.

Ley V. Como ninguna vendida puede ser desfecha sino por menos de la meitad del justo precio.

Ningun home no pueda desfacer vendida que faga, por decir que vendió mal (*a*) su cosa, maguer que sea verdad, fuera ende de si la cosa valia (*b*) quando la

---

Doct. in l. 1. *C. de epi. aud. & vide ibi Ci.* Item est notandum, quòd licèt per statutum forense prohibeatur emere in loco, non tamen prohibetur emere quæ fuerunt antecessorum, vel nisi illa prædia empta, vel conducta obveniunt jure hæreditario: *ut l. decur. ff. de eden. & l. milit. agrum, ff. de re mil. ut refert Jo. de Plat. C. quibus ad conducenda prædiorum fiscalium non licèt accedere, l.* 1. *lib.* 11.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 56. de la 5. Partida, tit. de las compras, è vendidas. Concuerda con esta Ley, la Ley 4. tit. 5. de las Ordenanzas Reales: è la Ley 5. del dicho tit. pone un caso en que esta Ley no ha lugar quando alguno es apremiado que compre, porque en tal caso, caso que haya engaño, allende de la meitad del justo precio, ne se puede desfacer la venta, con la qual concuerda la Ley del Estilo, que es 220.

(*a*) Ningun home que vendió mal. Quia licitum est contrahentes aliquando se decipere: *ff. de mi. l. in causæ* 2. §. *pe.* ille tamen rigor mitigatur cum est immensa deceptio: *ut in l. ista.*

(*b*) Valia. Valor enim rei non est æstimandum singulorum affectione, sed quantum vendi potest: *ut ff. ad l. Falc. l. pretia, & ff. ad l. Acquil. l. si servus*: & hoc verum secundum qualitatem rei, & secundum venditiones factas rerum existentium juxta illam, & secundum reddituum quantitatem: *ut l. si quis, C. de rescin. vend. & ff. de leg.* 2. *l. Gajus*, §. *cujus, & ff. de jure fisci, l. non intelligitur*, §. *divi fratres.* Verum est quòd res tantum valet quantum vendi potest, si publicè esset exposita vænalis: *ut not. in l. unica ad fi. C. de sentent. quæ sine cer. quant. & Ci. in alleg. l.* 2. *C. de rescin. vend. q.* 2. & licèt pretium reî tantum est quantum res vendi potest, intellige tamen communiter, & non in uno momento temporis, & intellige quantum vendi potest, scilicèt, per hominem scientem conditionem rei, & prædicta habent locum in pretio sine æstimatione rei mobilis, de re autem immobili dic: *ut not. ff. de cond. fur. l. si servus in princ.* Item, debet in articulis semper fieri relatio de loco secundum loci æstimationem quo quis vult petere pretium: *not. Bal. ff. de eod. quòd certo lo. l. ideo*, in arbitrium præsumitur enim res tantum valere quantum vendita reperitur, nec venditor unquam præsumitur deceptus nisi probetur: *ff. de rebus eod. l. si finita, & ibi Bal.* Item nota, quòd quando aliquis voluntariè vendit rem suam, & facit eam publicè subastari, quòd illud dicatur justum pretium esse quòd publicè reperitur *per l. pretia rerum ad l. Falc. & tenet Barb. in c. cum dilecti, de empt. & vend. ubi etiam ipse Barb. limitat l.* 2. *C. de res. vend.* quando intervenit decretum Judicis nisi liquidissimis argumentis constaret, contrahentem esse ultra dimidiam deceptus, nam in tali casu cessat præsumptio talis deceptionis: *ut l.* 1. *C. eod. tit.* Item, limita istam legem non habere locum in eo qui scienter vendidit rem minus dimidia justi pretij: *ut alleg. l. Item quæritur*, §. *venditur.* Item, limita quando personæ simplicitas quæ arbitrio Judicis committitur præsumitur vendidisse, vel emisse potius ex facilitate, quam ex liberalitate: *ut l. cum de indebito*, §. 1. *ff. de prob.* nam mulier, & minor oportet quòd certiores fiant de remedio istius legis, & idem in rustico qui verè rusticus est opere, & conversatione: *ut l. athletas*, §. *rusticus, ff. de adm. tut. Barb. ubi suprà.* Nota quòd fallit ista lex quando aliqua res venditur in publica almoneta: *ar. l.* 1. *C. de resc. vend.* Item, fallit in arrendatione in qua etiamsi quis sit deceptus non potest petere restitutionem: *ut in l. si jactum retis. ff. de contrahen. emp. hæc not. reporta in l. cum caus. de test. & in cap. cum causam de empt. & vend. & vide infrà l.* 12. *q.* 16. De materia hujus legis vide aliqua notabilia per *Florian. in l. si servum,*

vendió (*a*) mas de dos tanto (*b*) de por quanto la dió: ca por tal razon bien debe desfacer toda la vendida si el comprador no quisiere cumplir el precio derecho, segun que valia: ca en poder es del comprador (*c*) de desfacer la vendida (*d*), ò de dar el precio fecho, è de tener lo que compró.

---

vum, ff. ad l. Acquil. & vide Bar. in l. 1. §. *si autem collegium, ff. ad Trebel.* ubi nota qualiter res debet æstimari.

(*a*) Quando la vendió. Et sic nota, quòd inspicitur tempus contractus: *ut cap. cum dilect. extra eod. tit. ibi tunc valentem, &c. & ibi glos. & in c. cum causam eod. tit. & in l. si voluntate in fi. C. de res. vend.* Quia secundum tempus contractus actio formatur, & condemnatio moderatur, *ff. de neg. ge. l. Pomponius in neg.* Nam si postea meliorata esset res, vel carior facta, non propter hoc rescindetur contractus, ut in dictis juribus, sicut enim volent venditores teneri de deterioratione, sic non debent eligere meliorationem: *ut C. de sol. l. pen. & ff. de dan. infec. l. qui bon.* §. *si quisque nota de hoc extra de elect. cap. dud.* 2. Est tamen notandum, quòd etiamsi res sit melior electa, & deceptus infrà juris tempus agens restituit sumptus, & pretium, & sumptus operarum quòd recuperabit rem, vel supplebitur pretium, ut hic, *& ff. de min. l. intra util.* §. *vendentib. ubi est text. singularis, & Bal. in alleg. l.* 2. *C. de rescind. vend. q.* 18. Quid enim si testes inducti ad probandum valorem rei, dicunt rem valuisse tantum per annum antè tempus contractus: an credetur eis? *vide Ci. in auct. sed quamvis, q. fi. C. de rei uxor. actio.* Est tamen notandum, quòd valet emptio minoris pretij inter virum, & uxorem si non fiat animo damnandi: *ff. de don. inter vir. & uxor. l. si duo.*

(*b*) De dos tanto. Quòd est in emptore si valebat res decem, & emit pro decem & sex in venditore autem si res valebat decem vendidit pro quatuor: *ut not. glos. in alleg. l.* 2. *C. de re. vend. licèt ibi Pe. & Cin. alitèr sentiunt concord. glos. & Doct. in c. cum dilect. & in cap. cum causam extra eod. tit. & foro novo, eod. tit. l. si el vendedor, &* 5. *Part. eod. tit. l. agena cosa.* Est tamen notandum, quòd lex ista non vendicat sibi locum quando emens rem illam per vim emit, vel per appreciatores, & publicè, quia tunc etiamsi deceptio contingat ultra dimidiam justi pretij non restituetur, nec pretium supplebitur: *ut ordinatio Regis Jo. I. in Soria, peti.* 3. Item, habet locum ista lex in ignorante, vel errante, non tamen in scienter emente rem minoris pretij: *ut not. Bald. in procem. ff. veteris.* Circa istam legem nota, quòd cum quis decipitur in quantitate rei, agitur ad supplementum, etiamsi deceptus fuerit ultra dimidiam rei, secus si decipiatur in pretio, quia tolleratur usque ad dimidiam justi pretij: *ut notabiliter per glos. in cap. per tuas de donationibus.*

(*c*) Del comprador. Et idem dico è contra emptore decepto datur enim electio decipienti, ut hic: *& C. ex qui. cau. majo. l. in contractibus*: & est ratio, quia in contractibus est servanda æqualitas causæ: *ut ff. pro socio, l. socius,* §. *filio.*

(*d*) Desfacer la vendida. Quo jure rescindetur talis contractus: *vide glos. singularem in alleg. cap. cum causæ, eod. tit. & Cin. in alleg. l.* 2. *C. de rescind. vend. q.* 2. *& ibi Bar. & Bald.*

(*d*) La vendida. Scilicèt, usque ad quadriennium, quia usque ad tempus illud competit in integrum restitutio: *ut C. de tem. in inte. resti. l. ultima, & alleg. l. fori novi, si el vendedor, eod. tit. & vide quòd ibi scripsi.* An autem lex ista habeat locum in contractu transactionis: *vide per glos. in alleg. cap. cum causam extra eod. tit. & per Bald. in d. l.* 2. *C. de resc. vend. op.* 8. Item, an si ex venditione venditor sit deceptus ultra dimidiam justi pretij, & emptor obligavit rem quam emit, & postea venditor recuperat eam per hujusmodi legis remedium, an res remanet obligata: *vide Jo. An. in addi. Spe. tit. de sol. super rubrica in fi. & vide foro juz. lib.* 5. *tit.* 4. *l.* 6. *cum seq. & adde quòd scripsi suprà lib.* 1. *tit.* 11. *l.* 5. Item nota, quòd remedium hujus legis habet etiam locum in lo-

locatione, quia locatio, & venditio paribus passibus ambulant: *ut l. 1. ff. loc.* Item, & habet locum in contractu permutationis, quia est similis emptioni: *ut l. fi. ff. de re. permu. & in contractu do. ut des.* facio ut facias: notat *glos. in c. ad nostram de rebus Eccles. non alie. & ibi Doct.* Ultimo nota, *ex glos. l. & si post tres, ff. si quis caus. secundum Bal.* ibi quòd si dicit instrumentum vendo tibi domum pro decem, & si plures valet, illud tibi dono, quòd debet intelligi de tanto, & pluri, quòd non lædat æquitatem, & arbitrium boni viri: *de hoc not. Bal. in l. 1. C. de pact. quòd facit ad illam q.* Dicit statutum si quis per vim abstraxerit viduam de domo puniatur in mille, & plus ad arbitrium potestatis, modo potestas ratione arbitrij vult istum decapitare, dico quòd non potest hoc facere secundum Doct. quia comparatio debet esse de eodem genere, undè intelligitur de modico pluri in quantitate non in alio genere pœnæ: & est ratio, quia comparativus sic interpretatur ut includat positivum, non ut excludat, & indicat aliud penitus diversum, nec potest imponi alia pœna quæ non sit æqualis primæ, vel parum excedens *per l. 1. de re. du.* quæ est notabilis ad hoc: *hoc not. Bald. in alleg. l. & si post tres.* Et circa hanc quæstionem *Bal. in alleg. l. rem majoris pretij, 7. q.* concludit quòd per talem clausulam, si plus valuerit dono, &c. Tollitur beneficium hujus legis, & hoc verum quando dicitur vendo tibi prædium, & quicquid plus valuerit dono: *ar. ff. de ver. ob. l. quæ extrinsecus*: Sed si verba dicunt si quid plus valuerit dono, tunc non tollitur hujus legis remedium, quia talis donatio non tenet, quia captiosa, & venit ex consequentia erroris: *ut l. cum acquiliana.* Sed ad cautelam facias poni in instrumento hæc verba, scilicèt, non per errorem, sed ex certa scientia, & quòd ita profiteatur venditor: *ut auct. sed cum testator, C. ad l. Fal. & Bal. ubi suprà.* Item, est notandum circa hanc legem, quòd si venditor fecit pactum, quòd reddendo emptor pretium usque ad certum terminum res sibi reddatur, quòd pactum valet de jure: *ut C. de pact. in empt. l. 2.* Modo si emptor non reddit pretium in termino, & vult post terminum uti beneficio hujus legis hoc potest nam licèt per lapsum termini remiserit speciale auxilium quòd habet ex pacto, non tamen remittit beneficium quòd habet à lege: *ar. C. si ma. fac. l. 1. & ff. de ser. ur. præ. l. si domus, ita tenet Bal. in alleg. l. rem, 8. q. vide ad hanc l. quòd scripsi, & addi. infrà in fi. lib. q. 1.* Item, *ex l. si tibi 10. ff. de pact.* nota secundum Bal. quòd si factum est instrumentum feneratori cum illa clausula, & si plus valuerit dono, utrum teneat donatio in illo pluri: & dicunt ibi *Guil. & Cin.* quòd non, quòd intelligit *Bal.* hoc modo, quòd probato quòd est pignus, & non venditio, quòd clausula donationis nil operatur: *ut extra de pig. illa vos, & extra de empt. & vend. cap. ad nostram.* Et sic innuunt prædicti Doct. quòd facta venditio feneratori cum ista clausula præsumatur facta in fraudem usurarum allegat *Guil. C. mand. l. per diversas, & l. ab anastasio in ratione sui*: sed dicit Bal. quòd in dubio debet stari instrumento, & præsumitur venditio vera donec contrarium probetur: *ut C. plus valere quòd agitur, l. emptione, & C. de probat. l. cum præcibus, & facit, ff. de pignoribus, l. si fundus, §. fi. & hoc not. Bal. in alleg. l. si tibi* 10. Item nota, quòd quando quis est deceptus ultra dimidiam justi pretij debet agere alternativè, ut vide quòd rescindatur contractus, & restituatur res reddito pretio, vel justum pretium suppleatur: *ut hic, & in c. cum dilect. eod. tit.* Et si agatur alternativè, & Judex condemnat pure, scilicèt, ad restituendum rem tantum, vel ad supplendum pretium tantum, sententia est nulla: *ut est text. notabilis in alleg. cap. cum dilecti*, quia continet juris errorem expræssum: *ut c. 1. de re. judi.* Non enim potest Judex auferre electionem parti super altero alternativorum, & ex illo texto nota quòd exceptio ineptitudinis libelli potest opponi post sententiam coram Judice appellationis vel nullitatis, & sententia lata super inepto libello est ipso jure nulla: *not. glos. inst. de obli. in princ. quam allegat Bal. pro singulari in l. auctor. C. de injurijs*, nec habet locum: *l. Titianus, C. quòd cum eo.* Ubi Judex appellationis supplet defectum Judicis à quo, quòd est verum nisi prætor certus sit ineptus: *not. Barba. in alleg. cap. cum dilect.* Item nota, quòd non habet locum hujus legis remedium in rebus indivisibilibus: *ut l. majoribus, C. communia utriusque judi.* Ubi dicit Bal. quòd si fra-

tres dividunt bona hæreditaria per sortes, & emergit intollerabilis deceptio quòd non habet locum ista lex quòd intellige, & limita secundum *Barba. in c. cum dilect. eod. tit. in fi.* quando fratres sciebant esse inæquales, & noluerunt se subscribi judicio sortis, & fortunæ, secus si ignorabant: *ar. l. Lucius*, §. *fi. ff. ad Trebel.* vel nisi ista divisio transiret per sententiam in re judicata quia tunc esset opus appellatione Barb. ubi suprà, ubi dicit, quòd in tali casu debet peti deceptus dictam divisionem in melius reformari: *ut dicit Bal. in d. l. majoribus.* Nota, quòd lex ista loquitur in deceptione quæ contingit in pretium rerum in qua requiritur deceptio ultra dimidiam: *ut ibi*, *& in concord. ibi alleg.* Secus autem in deceptione quæ consistit in vicijs rerum, quia tunc non est tolleranda aliqua lesio nisi sit minima quæ non transeat ad notabilem quantitatem: *ut ff. de edi. l.* 1. §. *proinde*, *& ff. loca. l. sed edes*, §. 1. *& glos. magna in l. Julia.* §. *qui tamen*, *ff. de act. empt.* Item nota, quòd ista lex non solum debet intelligi in contractu emptionis, & venditionis, sed etiam in quocumque contractu bonæ fidei, quia omnium contractuum bonæ fidei eadem est æquitas, ergo idem jus debet esse: *ff. de edil. edi. l. sciendum, deinde.* Et non solum in contractibus in nominatis sed etiam in permutatione quæ est contractus innominatus, & bonæ fidei, & pro hoc habet locum ista lex etiam in contractu conductionis: *ut not. C. loca. l. si olei.* Item, in contractu permutationis, & divisionis: *ut not. C. communia utriusque judi. l. majoribus.* Et etiam æquitas istius legis extendit se ad contractus stricti juris, in quibus hinc indè par debet nasci obligatio secundum naturalem æquitatem, & hoc per locum à proportione, nam in proportionalibus eadem est regula augmenti, & diminutionis: *ut ff. de contrahen. empt. l. qui fundum*, §. *qui agrum*, *& vide glos. notabilem in l. si quis cum aliter*, *ff. de ver. ob. not. Bald. in repetitione*, *l. rem majoris pretij*, *C. de resc. vend.* Item nota, quòd ista lex intelligitur quando ignoranter, non scienter quis vendidit res ultra dimidiam, secus si scienter notant Doct. *in l.* 1. *ff. de act. & empt.* eo quia sciens æquiparatur renuncianti: *ut est tex. notabilis*, *ff. de edil. edi. l. quæritur*, §. *fi.* Quòd intellige verum nisi personæ simplicitas, vel rusticitas quòd Judicis arbitrio committitur suadeat, potius esse factum ex facilitate quam ex liberalitate: *ut ff. de probat. l. cum de indebito*, §. 1. *in muliere.* Ergo, & in minori requiritur quòd sint certiores facti de beneficio hujus legis, & idem in rustico qui verè rusticus est opere, & conversatione: *ff. de excu. tu. l. athletis*, *C. de test. l. fi. not. Bald. in alleg. l. rem.* 4. *q.* Item nota, circa istam legem quòd si minor juravit non venire contra contractum, in quo ultra dimidiam est deceptus, & juravit non contravenire ratione minoris ætatis cum tale juramentum repræsentet eum majorem, & habiliter ad contrahendum ac si esset major, non tamen excluditur à beneficio hujus legis cum veniat contra contractum ex alia causa, scilicèt, justi erroris: *ff. qui satis. cog. l. si juramento.* Sed si ex certa scientia juraverit non venire contra, nec ratione minoris ætatis, nec ratione minoris pretij, tunc excluditur ab hujus legis beneficio, nisi adversarius dolo eum induxisset: *ar. C. de in in. rest. mi. l. tutela*, *& ff. de pact. l. tres fratres.* Nam minores, & mulieres facile seducuntur, quandoque minis, blandicijs, & policitationibus: *not. Bar. ff. de fideicommis. l. fi. quis pro eo*, *not. Bal. in l. non dubium de legi. & in alleg. l. rem.* 9. *q.* Item nota, quòd quando minor renunciat cum juramento beneficio minoris ætatis, licèt non sit necesse quòd sit certior factus de jure suo secundum opinionem: *in l. sciendum de ver. obli. licèt contrarium tenent Doct. in cap. fin. de empt. & vend.* tamen quia juramentum est de jure naturali, & requirit consensum: *not. in l. fi. de non num. pec.* Ideo ex quadam æquitate scientia reputatur etiam scientia adulti: *ut ff. de acqui. hæred. l. pupillus.* Et tamen æqualis requiritur alia certificatio: *ut Jo. An. & Doct. in alleg. l. fi.* & hoc etiamsi fuerit interpositum decretum, quia scientia Judicis non interpretatur scientia adulti, quia nulla lex hoc dicit: unum tamen nota secundum Bal. quòd si minor jurat non venire contra, nec ulterius loquitur, tunc solum intelligitur jurare ratione minoris ætatis secundum Bar. *in alleg. l. rem.* Nam sicut major ratificando contractum sine sacramento non tollit beneficium hujus legis: *ut C. si major fac. l.* 1. ita nec minor cum sacramento nisi specialiter illud exprimat quòd

Ley VI. Como aquel que compráre la cosa agena no lo sabiendo, debe haber el precio que por ella dió.

SI algun home que vendió cosa agena (*a*), y el comprador no supiere (*b*) que es agena, no

---

quòd est notabile: *ut Bal. in alleg. l. rem*, 9. *q. in fi.* Item nota, quòd in hac actione venditor debet petere rem sibi restitui, & offerre pretium quòd accepit, Judex autem in condemnatione debet condemnare ad rem addendo, quia emptor si velit debet pretium supplere, & ista suppletio est in solutione, non in obligatione: ut concludit *Nicho. de Mach. in alle. l. rem*, *& ibi Bal.* 11. *q.* & est ratio, quia dicere quòd est obligatus de novo: *ut ff. de contrahen. empt. l. pacta conventa*, §. *Paulus*, *ad quòd nemo compellitur*, *ut C. de act. & obl. l. sicut & not.* & durabit hæc facultas eligendi usque ad tempus inchoatæ executionis, sivè litis usque ad litem quæ contestatur super executione: *ff. de peti. hæred. l. item veniunt*, §. *item ratione*, *secundum Nicho. de Ma. & Bal. ubi suprà.* Item nota, quòd procedit libellus, etiamsi non fiat mentio de oblatione pretij, nec de electione adversarij, quia potest quandoque pretium in judicio offerri: *C. de transactione*, *l. si major. & C. de coll. l. si soror*, *& not. in l.* 1. *C. de rescin. vend.* nec etiam vitiatur libellus si in eo non fiat mentio de beneficio rei: *ff. quòd cum eod. l. pater.* Et aptitudo causæ reddit libellum certum, tamen in processu judicij est conferendum pretium, & est salvum reo jus eligendi, ita quòd nullum inconveniens sequitur: ita concludit *Bal. in alleg. l. rem*, 15. *q.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 54. *de la* 4. *Partida, tit. de las compras, è vendidas: è concuerda la Ley* 51. *è* 53. *del dicho tit. è vey la Ley* 50. *del dicho tit. que habla, quando alguno vende una cosa à dos personas, quál venta vale, ò debe de valer: è la Ley* 49. *del dicho tit. habla de los que compran heredades de dineros agenos, cuyos serán los tales heredamientos: en quanto esta Ley habla de los troques, ò cambios, vey la Ley* 4. *tit.* 7. *de la* 5. *Partida.*

(*a*) SI ALGUN HOME, AGENA. Idem si sit prohibita alienari per testatorem, vel donatorem, sivè etiam pacto contrahentium, quia tunc nec transfertur dominium, nec potestas usucapiendi si alienetur: *ut l. sancimus*, *C. de rebus ali. non ali. & l.* 2. *ff. de usucap. pro empt. & l. ea leg. C. de codi. ob causam.* Idem si res subjacet restitutioni, quia tunc non potest alienari nisi ad vitam tenentis: *ut plenè not. Henr. in c. Rayn. extra de test.* 1. *dist. in fi. & in c. Raynald.* 1. *dist. eod. tit.* ubi vide per eum an si res alienetur contra prohibitionem legis, vel hominis valeat alienatio: *& vide Doct. in c. verum extra de cond. appo. & in alleg. l. sancimus.*

(*b*) NO SUPIERE. Circa quòd nota, quòd non dicitur scire nisi qui certitudinaliter scit: *C. de furtis manifestissimi*, §. *cum autem.* Aliquando dicitur quis scire per vehementem opinionem consonantem substantiæ veritatis: *ut not. ff. de acqui. hæred. l. cum quædam*, §. *quòd dicitur*: quòd vehemens opinio ex mediatione Judicis nascitur: *ut notant DD. C. de dolo*, *l. dolum ex insidijs*, *& C. de quæst. l. milit.* §. *oportet.* Et per locum à communiter accusantibus, qui locus multum est utilis in jure in materia probationum: *ut not. C. de prob. l. nec natales*, & quòd hic dicitur de sciente, idem intelligi debet de eo qui debuit scire: *ut ff. si cer. pe. l. quòd te. & quòd not. in l. pe. C. de peric. tu.* Item, qui refugit scientiam habet pro sciente: *ut l. fulcinus*, §. *quid si latitare*, *ff. qui ex caus. in pos. ea. hoc not. Bal. in lib. feud. tit. si de feud. fue. controv. inter dom. & agn. c. vasallus.* Item, in eo quòd suprà dixi, quòd res quæ restitutioni subjacent non possunt alienari: *ut l. fi.* §. *sin autem avarè*, *& auct. res quæ*, *C. communia deleg.* nec etiam valet talis alienatio nisi fiat ab ignorante: *ut l. fi.* §. *fi. ff. deleg.* 2. secus autem si res sit prohibita alienari: *ut l. cum pater*, §. *libertis*, *& l. filiusf.* §. *divi. & l. peto.* §. *fre. eod. tit. & l. fi. C. de rebus ali. & per Bar. in l. si quis ita*, §. *ea leg. ff. de ver. obl.* Item, intellige nisi in ultimo superstite alienari, quia tali non obstat prohibitio alienationis: *ut alleg. l. cum pater*, §. *libertis*, & hoc

haya pena: y el vendedor tornele el precio, è peche la pena que fuere puesta en la vendida, è quanto mejoráre (*a*) en la cosa comprada, è sanel todo el daño (*b*) que el viniere por razon de aquella vendida, è torne aquella cosa agena que vendió, à su dueño con otro tanto (*c*) de lo suyo: mas quien à sabiendas compráre (*d*) la cosa agena, tornela à su dueño con otro tanto de lo suyo: y esto mismo que es dicho en las vendidas de suso, mandamos en las cosas agenas que fueren dadas (*e*), ò cambiadas.

---

hoc verum nisi donans, vel legans prohibens aliquod jus sibi reservaret, de quo per *Bar. in d.* §. *divi. & ff. de aqua quoti. & æsti. l.in concedend. & l. seq.* nota tamen, quòd si aliquis fuerit prohibitus vendere, vel obligare potest ad modicum tempus locare: *ut l. codicill.* §. *instituto, ff. deleg.* 2. Item nota, quòd res prohibita potest alienari ex causa necessitatis: *ut alleg. l. peto*, §. *prædium*, *ff. deleg.* 2. An autem per statutum possit fieri prohibitio alienationis, & quòd operatur talis prohibitio, & an possit fieri talis prohibitio alienationis taliter quòd impediatur dominij translatio: *vide plenè Bart. ff. deleg.* 2. *l. si quis*, §. *divus*. Item, est mirabile notandum, quòd si aliquis emit aliquam domum, vel rem alij obligatam, & eam melioraverit quòd liberetur præstando primam æstimationem: *ut in l. his quæ*, *C. de prædijs*, *& alijs rebus naviculariorum*, *lib.* 11. *licèt sit contra l. fundus*, §. 2. *ff. de pig. & vide Bart. in alleg. l. in his quæ.* Et circa hanc legem est notandum, quòd ubicumque emptor propter dolum venditoris non consequitur id quòd ex natura contractus consequi debet, dolus venditoris debet nocere ipsi venditori, non emptori: *ut l. dolum*, *C. de pericu. & rei vend.* ubi nota Bal. quòd emptor principaliter ex contractu habeat actionem, ut à venditore habeat rei traditionem, ut non patiatur deceptionem, ut habeat dominium rei, vel usucapiendi conditionem, & quòd res vendita vitio careat, & quòd propter evictionem emptor damnum non sustineat: *ut ff. de act. empt. l. exempto per totam l. & l. Julian.* §. *venditor*, *& vide exempla per Bald. ubi suprà.*

(*a*) Mejorare. Et sic nota, quòd evitare regressus datur ratione meliorationis: *ut l. si rem quam*, §. 1. *ff. de evict. & l. si controv. & ibi Ci. in prin. C. de evict.*

(*b*) E sanel todo el daño. Hoc tenetur venditor rem alienam scienter vendens, etiamsi in venditione non caveatur: *ut l. non dubitavatur*, *C. de evi. & l. si in venditione*, *ff. eod. tit.* & tenetur ad interesse ex natura ex empto actionis: *ut ibi*, *& l.* 2. *ff. eod. tit.*

(*c*) Con otro tanto. *Ut l. si duplam*, *ff. de evict. & not. in l. si fundum*, *C. de evict.*

(*d*) A sabiendas comprare. Emptor enim scienter pretium pro re aliena solvendo videtur donare: *ar. ff. de reg. juris cujus per errorem*, *& in alleg. l. si fundum in princ.* Nec potest pretium recuperare quòd amisit culpa sua: *ut ff. de evict. l. si ideo, & l. si per imprudentiam in princ. & in eo quòd hic dicitur, à sabiendas.* Item, circa hoc nota, quòd ementes scienter à non domino, seu à potestate non habente prædones appellantur, lato sumpto vocabulo: *ut l. fi. C. quæ res venire non possunt*, *& ibi Salice.* Nota, quòd scienti malitiam non providetur contra malitiam, sed ignoranti providetur. Et ideo recipienti librum incorrectum, vel rochinum maculatum scienti non providetur, sed ignoranti sic, ut quia recipit de nocte, & non potuit prævidere: & facit quòd *not. in l. eleganter*, §. 1. *ff. de dolo*, *hoc not. Bal. in prima constitutione*, *ff. veteris circa fi.*

(*e*) Dadas. *Vide Azo. in summa*, *C. de evict.* §. 1. *cum seq. vide foro juz. lib.* 5. *tit.* 4. *l.* 8. Ultimo circa materiam hujus legis, nota incidenter, quòd vendita universitate non videntur vendita ea quæ prius alij sunt concessa, & ab ipsa universitate sunt separata: *ut est text. in lib. feu. rubrica de capitaneo qui simpliciter vendidit*, *c.* 1. Et sic nota, quòd natura nominum collectivorum, & universalium est omnia includere quæ non inveniuntur exclusa: *not.*

Ley VII. Como el vendedor es obligado de defender la cosa quando al comprador gela demandan.

TOdo home que alguna cosa vendiere à otro, sea tenudo (*a*) de le defender (*b*) con ella

not. ff. de rei ven. l. Marcellus. Nota tamen circa hoc, quòd quædam sunt quæ consueverunt vendi, & ista includuntur in venditione generali, nec enim debet eadem res diverso jure censeri : *ut ff. de usucap. l. eum qui edes.* Quædam sunt quæ non consueverunt vendi, tamen cum universitate transeunt ex potestate quam habet venditor jure proprio: *ut ff. de contrahen. empt. l. in domiti.* Quædam sunt in quibus venditor habet licentiam à superiori domino specialiter, & ista non includuntur quantum ad alienum effectum: *ut alleg. cap.* 1. *de capitaneo*, ubi hoc nota Bal. tamen si venditor fuit sciens tenetur emptori, quanto minoris esset empturus: *ut ff. de act. empt. l. Julian.* & circa hoc nota, quòd ambiguum pactum appositum in venditione interpretatur contra venditorem: *ut l. in contrahend. ff. de reg. jur.* quia ipse venditor legem potuit apertiùs conscribere: *ut l. veteribus, ff. de pact. & l. semper de reg. jur. & l. in ambiguis, ff. de rebus dubijs, & l. Labeo, ff. de contrahend. empt. & l. cum in leg. eod. tit.* interpretantur autem verba contra proferentem in cujus potestate fuit verba latè concipere: *ut in jur. suprà alleg. facit l.* 1. *§. fi. ff. de do. præle.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 32. de la 5. Partida, tit. de las compras, y ventas: è la dicha Ley declara, que el comprador debe facer saber al vendedor como la cosa le está pedida fasta que los testigos sean abiertos: è si lo ficiere saber en tiempo, è la cosa vendida se sacáre, es obligado el vendedor de volver el precio que recibió con todas las costas, è daños, è menoscabos que al comprador se le recresció por la dicha causa; è si à pena se obligó, es obligado de la pagar: è la Ley 36. del dicho tit. pone muchos casos, en los quales el vendedor no es obligado de facer sano lo que vende.

(*a*) TOdo home, sea tenudo. Ipse, scilicèt, venditor, vel ejus hæredes: *ut l. cum à matre, & ibi Ci. C. de rei vend. & l. venditrici, C. de rebus ali. non al.* An autem cum pater vendidit bona filij materna filius patris possit ea vendicare, & an teneatur de evictione: *vide Pilleum sua q.* 11. *& scripsi suprà eod. foro, lib.* 1. *tit. de pact. l. fi.*

(*b*) De le defender. Etiamsi in venditione hoc non caveatur: *ut l. non dubitabatur, C. de evict. & l. si venditione, ff. eod. tit.* non enim tunc ad pretium restituendum agitur per emptorem lite mota, nondum finita, sed ad rem defendendam venditor convenitur, ut hic: *& ff. de evict. l. si plus, §. mota quæstione.* Sed si nondum sit mota quæstio, & qui rem emit eam possidet, quamdiu evicta non est actorem suum convenire non potest, propterea quia aliena, sivè obligata dicatur: *ut l. qui rem, C. de evict. hoc fallit in casibus ibi in glos. exceptis.* Item nota, quòd licèt expulsus agat interdicto undè vi contra expellentem, si habet contra se diffinitivam sententiam non tenetur venditor de evictione quia emptor in isto interdicto non habet causam à venditore, ideo quemadmodum emptori possidenti auferatur possessio per viam juris: *ut l. ratio, ff. de evic. concludit Bal. in l. expulsus, C. de act. empt. & ven.* Item nota, quòd etiamsi venditor promisit defendere emptorem à violentia, quòd non intelligitur manu armata, quia non videtur promisisse factum alienum: *ut l. stipul. ista in princ. ff. de verb. ob.* Item, quia iste est casus fortuitus, & non de natura contractus. Nec est specialiter enumeratus: *ut in l. sed, & si quis, §. quæsitum, ff. si quis cau.* quòd est verum, si tempore contractus inhæreat, sed si postea superveniat, tunc fortuiti casus non veniunt in contractu: *ut l. Lucius, ff. de evic.* Item nota, quòd si venditor promisit defendere emptorem de jure, & de facto, quòd intelligitur, quòd de jure debet defendere in judicio, & de facto existendo liti, & expensis facere quòd est facti. Item, si res evincatur per injuriam Judicis tenebitur appellare. Nam licèt injuriosa venditione casus fortuitus non venit in contractu, sed si venditor sit in cul-

à derecho, quando quier que viere que alguno gela demandáre, si el comprador gelo dixere (*a*): è si el comprador por sí respondiere en

culpa, quia non appellavit tenetur: *ut not. in alleg. l. emptorem in princ. ff. de act. empt. & ibi glos. notabilis*, *ut not. Bal. in alleg. l. expulsus, C. de act. empt. & vend.*

(*a*) Gelo dixere. Nota, per hanc legem quòd etiamsi venditor sciat litem motam emptori, semper debet ei per emptorem nuntiari, aliàs venditor non tenetur de evictione: *ut tenet Bar. in l. denunciasse, ff. de adul. & in l.* 1. *§. fi. ff. sol. ma.* & est ratio, quia ista denunciatio est de substantia, ad hoc ut venditor teneatur: *ut l. emptor fundi, & ibi Ci.* 3. *q. C. de evict.* Item nota, quòd talis denunciatio debet fieri in personam venditoris si inveniri potest: *ut in l.* 1. *§. si quis prætori, ff. de nov. oper. nuncia.* Si autem emptor cui movetur lis fuerit protestatus se non posse venditori nunciare, quia nescitur ubi est sine culpa: *ff. de evict. l. si dictum, §. fi.* Tunc debet denunciare eo revertente, aliàs prima protestatio non valeret, & ab ea videretur recessum: *ut d. §. si quis prætori, & ibi Bar. facit quòd not. Ant. de But. in cap. ex ratione extra de appe. c.* 5. Item nota, quòd requiritur quòd emptor cui lis movetur denunciet venditori cum expræssione causæ, & notificatione, taliter quòd reddatur certus ostendendo ei libellum, & citationem in publicam formam, & copiam ei dando ad hoc ut committatur mora, & pœna: ut notatur in simili *in clemen. causam extra de elect. & in l. nomen, C. quæ res pig. ob. po. & est casus, ff. de reg. jur. l. qui in alterius, & ibi glos. & sic tenet Bar. notabiliter in l. non solum, §. morte ejus in q.* 3. *principali, ff. de no. oper. nun.* Item nota, quòd debet talis denunciatio per congrua verba fieri, putà quæ incitationem contineant, dicendo quòd cum sibi sit mota lis à tali, veniat ad defendendum eum: *ut C. de peri. & commo. rei vend. l.* 1. *& C. de evict. l. si permutationis, & C. de contraben. empt. l. si rem. §. fin.* Non enim sufficeret si simpliciter denunciaret litem motam, ut in prædictis legibus patet, tunc enim non esset protestatio incitatoria, sed magis certificatio quæ non sufficeret: *ut not. Bar. in d. §. morte ejus quòd est notandum.* Item nota, quòd licèt *Ci. & glos. in l. emptor fund. suprà alleg. & in l. si rem quam, §. ultimo, ff. de evict.* Dicant quòd sufficit usque ad sententiam denunciare, tutius tamen est quòd talis denunciatio fiat re integra post actionem propositam, & antequam emptor respondeat, & judicium accipiat: *ut in l. qui concubinam, §. hæres, ff. de leg.* 2. Et hic dum dicitur: por sí respondiere: & potest esse ratio, quia emptor non est certificatus de defensionibus venditoris, nec de jure ejus esset in culpa re non integra ei denunciando: *ut not. Bar. in alleg. §. morte ejus.* Item est notandum, quòd si in prima causa non denunciavit, & in causa appellationis denunciavit, quòd hoc poterit agere *per l. ita demum, C. de procur.* quòd verum est si omnis causa defensionis venditori sit integra: *ut not. in alleg. l. si rem quam in fin. ff. de evict. & hoc tenet Ci. in alleg. l. emptor fund. q.* 2. Incidenter verò nota, quòd si vendidi tibi rem meam, & promissi te defendere contra omnem personam, & reficere omnes expensas, convenisti me de evictione, tu actor obtinuisti, in fine, sed in medio perdidisti in aliquo puncto, & à te habui expensas, an possis à me postea illam pecuniam, quam mihi dedisti, repetere ex conventione inter nos facta: *& Jac. de Are.* dicit quòd non, & idem *Bar. in l. inter quos, §.* 1. *circa fi. ff. de dam. in fe.* quòd est valde notandum. Item nota, quòd si plures sunt hæredes venditoris, qui tenentur de evictione, denunciatio ista debet cuilibet hæredum fieri in solidum, discussio enim non dividitur, sed interesse dividitur: *ut l. in executione, §. in solidum, & l. cum ex causa, ff. de ver. ob.* Hoc idem tenet *Jo. An. in addi. Spec. tit. de evict. & vend. §. ultimo, facit l. si parentes, C. de evict. & l. venditor, ff. de jud. & l. qui absentem, ff. de procur. & melius in l.* 1. *C. de peric. & commo. rei vend.* & est ratio, quia ubicumque in denunciando requiritur certa forma, semper denunciatio est de substantia, nec sufficit sola scientia: *ut l. denunciasse, ff. de adul. Bar. tamen in alleg. l.* 1. *C. de peri. &*

el Juicio no lo faciendo saber al vendedor, ò no quisiere venir à oir la sentencia, si fuere vencido no se pueda tornar à aquel que la vendió.

& commo. rei vend. Tenet quòd sufficit sola simplex denunciatio, tutius tamen est quòd suprà dictum est. Sed pone quòd est factum pactum, quòd venditor non teneatur de evictione: *quærit Bald. in d.l.* 1. quæ est virtus istius pacti, & respondet quòd istud pactum non porrigit effectum suum circa tria. Primò, si venditor fuit in dolo: *ff. de act. empt. l.* 1. *in fi. & l. temere*, §. *fi.* Secundò, si emptor vel ejus hæres evitat: *ut d. l. si emptorem*, §. *idemque.* Tertiò, non operatur suum effectum quando pretium repeti possit nisi sit actum, quòd non teneatur ad restituendum prædium: *ut not. glos. ff. de act. empt. l. empt.* §. *qui autem.* Et habet locum hoc quando sine expressione certæ causæ est actum quòd non teneatur venditor de evictione. Sed quando venditor exprimit certam causam ex qua non vult teneri de evictione non tenetur ad pretij restitutionem: *ut not. ff. de evict. l. qui libertatis.* Item est notandum, quòd per pactum potest remitti necessitas denunciandi: *ut ff. de evict. l. Herennius in princ. not. Bal. notabiliter in alleg. l.* 1. *C. de peric. & commo. rei vend.* Item, nota circa hanc materiam, quòd vendens sub conditione, scilicèt, vendo tibi, & in quantum de jure possum, non sustinet amissionis periculum: *ar. ff. de acqui. poss. l. si me invacuam, & l. si absent.* §. 1. *& ff. so. ma. l. sub conditione, & ff. deleg.* 2. *l. si ita quis.* Et hoc verum nisi sit dolus in traditione, nam protestatio juris non tollit ea quæ sunt facti: *ar. ff. de acq. pos. l.* 2. §. *si vir uxoris, & facit quòd not. C. quòd cum eo, l. si servus, ut hoc not. Bal. in lib. feud. tit. de successione feudi, cap.* 1. §. *hoc quoque.* Item nota, quòd ex quocumque contractu quis vult habere regressum contra alium, quicumque contractus sit ille debet denunciari actori quòd veniat ad causam, non enim sufficit simplicitèr notificare quòd lis est mota, ut suprà dixi, quia aliud est notificare, aliud requirere, iste est casus: *ff. de procur. l. qui absentem, & ibi glos. ordinaria, & Bar. & not. per Ci. in alleg. l. emptor fund. & not. mirabile secundum Bal. in l. liber. C. de sen. & inter omnium judi.* quòd ista denunciatio potest fieri pupillo, ratio redditur *in glos. ff. de ver. obli. l. cum filius*, §. *cum in hac.* Et scias quòd denunciatio non potest fieri actori quòd compareat coram arbitro voluntario: *ut ff. de evictionibus, l. si dictum*, §. *si compromisso.* Et sic, licèt non agatur de culpa, potest agi ex empto non propter auctoritatem arbitrarij, sed si probat emptor se ideo subcubuisse, quia venditor non facit ei bonum jus: *ut ibi not.* Item, debet fieri illa denunciatio eo tempore quo actor habeat legitimum spatium ad probandum de jure suo, licèt non fiat antè litis contestationem: *ut alle. l. si rem quam*, §. *fi. ff. de evict.* Sed tutius est quòd fiat re integra: ut suprà dixi. Item nota, quòd si actor scivit rem alienam potest conveniri antequam evincatur, quia dolus est commissus qui statim debet purgari: *ut ff. de act. l. si servus quem*, §. *fi.* Qui casus non est alibi secundum Bald. *in alleg. l. liber. ubi ipse not.* quòd quando datur in solutum species pro specie, qui contractus est similis permutationi, vel genus pro genere, ut pro vino frumentum, qui contractus est innominatus, & similis do, ut des, vel genus pro specie, vel è contra re evicta agitur actione prima: *ut ff. de cond. ob causam, l. fi.* Sed quando datur in solutum res pro pecunia numerata, qui contractus est similis emptioni, tunc agitur ex empto: *C. de evict. l. si prædium.* Ex supradictis nota, regulam quòd si lex requirit denunciationem fieri venditori, non sufficit sola scientia, sed denunciatio est de substantia, ut in hac lege sed si non requirit lex nisi solam scientiam tunc scienti non est denunciandum, quia sufficit sola scientia, ita dicit Di. & Bar. & ratio de se patet: ut refert *Bal. in. lib. feudorum rubrica si de feudo vasallus ab aliquo interpellatus est, cap.* 1. Item nota, quòd si res evincitur, venditor tenetur ad duo, scilicèt, ad duplum, & ad sumptus litis, sed si emptor vincit non agit ad sumptus, quia ad destructionem antecedentis obligationis sequitur destructio consequentis, & quia ubi unum com-

competit propter aliud, eo cessate removetur aliud: *ut ff. de acceptil. l. si acceptolatum fuerit, facit alleg. l. qui absentem, ff. de procur. & quòd not. in l. cum testam. C. de testam. manu. ex cujus glos.* Sume argumentum validum, quòd litè evictionis pendente non tenetur venditor emptori ad sumptus litis: quia non est certum eum debitum iri *glos. alleg. l. optimam, ff. de evict. l. peccator*, & tene menti illam singularem glossam: *ut refert Bal. in alleg. l. cum testam. C. de testam. ma.* Item nota, quòd licèt contractus sit reprobatus à lege, tamen in casu evictionis potest emptor re evicta petere pretium: *ut not. Bar. in l. quemadmodum in fi. C. de agri. & censi.* Et circa hunc punctum est notandum, quòd licèt venditor non arctetur ex natura contractus, ut defendat emptorem à violenta prohibitione, vel expulsatione rei venditæ quominus habere liceat emptor: *C. de act. empt. l. fi.* Nec etiamsi facto extranei impediantur quominus habeant, ubi de facto prohibet: *ut l. stipulatio ista habere licere*: quos prohibere potest, & debet: *l. flumin. §. quamquam, ff. de dam. infec. & l. inter stipulantem, §. 1. ff. de ver. obli. & not. in d. l. stipulatio ista habere licere, & l. emptorem, §. fi. ff. de act. empt. concludit Ant. de But. in suis quæstionibus, q. 25. quæ incipit sed mihi etiam Ant. &c.* Por sí respondiere. Nota hic duos casus in quibus venditor non tenetur de evictione, qui ponuntur *in cap. fi. extra eod. tit.* & ponitur ibi in textu alius casus, sed si per injuriam sententia lata fuit: *& in alleg. l. emptor fund. & l. si per imprudentiam, ff. de evict.* Quartus casus est, si emptor compromittit in arbitrium, & contrariam sententiam reportaverit, venditor non tenetur de evictione: *ut ff. de evict. l. si dictum, §. si compromisso.* Quintus, si emptor potuit usucapere, & non usucepit, imputatur ei, nec venditor tenetur: *ut alleg. l. si dictum, §. sicut potest de quibus vide glos. singularem, in alleg. cap. fi. extra eod. tit.* Sextus, si quis mala fide rem emit, & sibi de evictione non cavit: *ut C. de evict. l. si fundum.* Septimus, si sua culpa factus est de processione petitor: *ff. de evict. l. si rem, §. si duplum.* Octavus, si servum emptum manumittit: *ff. de evict. l. si servum.* Nonus, si servus venditus est mortuus: *ut in d. l. si servus.* Decimus, si contra legem emit: *ff. de evict. l. si mancipium, 1. responso.* Undecimus, si rem emptor habuit pro derelicto: *ut ff. eod. tit. l. fi.* Duodecimus, si bonam causam suo vivo perdidit: *ut ff. eod. tit. l. si Herennius, §. fi.* Tertiusdecimus, si venditor in locum venditum sepultus fuit de emptoris voluntate: *ut alleg. l. si per imprudentiam, §. si locus.* Decimusquartus, si emptor à sententia contra se lata non appellavit: *ut alleg. l. Herennius, ff. eod. tit.* Alius casus est si quis existens in albea rem suam vendidit, non tenetur de evictione: *ut l. si filio, §. 1. ff. quarum re ac. non da. & glos. in cap. Episcopus, 35. dist.* aliquos de his casibus ponit *Ant. de But. in alleg. cap. fi. extra eod. tit.* Alius casus est si quis totam hæreditatem vendat, quia si aliqua res singularis ipsius hæreditatis evincatur ab emptore, non tenetur venditor: *ut l. 1. C. de evict. not. Bart. in l. venditionis, ff. de ver. obl.* Facit ista lex ad quæstionem si venditor promissit emptorem contra omnem hominem de jure, & de facto defendere, si emptor per aliquem violenter expellatur, an teneatur. An teneatur venditor eum defendere: *vide latè per Bar. in l. stipulatio ista, §. 1. de verb. obli. in fi.* ubi tenet, quòd licèt de jure venditor in tali casu ad evictionem non teneatur: *ut l. fi. C. de act. empt. & in l. ministerij, §. fi. de acqui. poss.* Sed tamen si emptor expellatur à possessione violenter ab aliquo inimico venditoris, & propter sui odium tenetur etiamsi in venditione non dicatur de jure vel de facto, quia ipsius venditoris culpa accidit hoc de qua tenetur ex natura contractus: *ut l. si merces, §. culpæ, ff. loca. & l. pe. in princ. ff. solut. matrim.* aut hoc accidit propter odium emptoris, & tunc venditor non tenetur: *ut in jur. suprà alleg.* aut neutrius culpa hoc accidit, sed quidam hoc faciunt ad sui lucrum non propter odium ipsorum: & tunc servatur quòd ipse *Bar. not. in d. l. stipul. ista, §. 1. & 2.* An autem si venditor non promittit reficere emptori sumptus factos, ut lite, vel si non promittat eum defendere super possessione teneantur: ad hoc notat *Bart. in alleg. l. venditores, ff. de verb. obli.* Facit ad finem hujus legis quòd notat *Bald. in alleg. l. 1. C. de peric. & commo. rei vend.* ubi quærit quid si non evincitur dominium ab emptore, sed sola nuda possessione, utrum possit agi de evic-

Ley VIII. Qué cosas no se pueden vender.

DEfendemos, que ningun home no pueda vender libre (*a*); pero si él se ficiere vender por haber parte del precio, despues el otro por él quisiere desfacer la vendida, por tal razon no pueda: è si él despues, ò otro por él quisiere tornar el precio al comprador, sea tenudo de rescebir el precio, y él torne en su libertad, como era primeramente: è si el home libre fuere vendido, no lo sabiendo el vendedor, peche cient maravedis à aquel que le vendió: si no tuviere donde los pagar, sea dado por siervo: y el comprador no haya pena (*b*) si no sabía que era libre aquel que le comprára: è maguer que el padre haya gran poder sobre los fijos, no queremos que los pueda vender, ni empeñar, ni dar: è quien contra esto los comprâre, ò los rescibiere empeños, pierda el precio, è los fijos no hayan ningun daño: è si fuere dado, el donadío no vala.

Ley IX. Como ninguno puede vender lo ageno sin mandado de su dueño.

EStablescemos, que ningun home no venda siervo, ni sierva de otri, ni casa, ni tierra, ni otra cosa sin mandado, è sin voluntad de su señor: è si alguno lo ficiere, no vala (*c*), è haya la

---

evictione, & respondet quòd non agetur quasi re evicta, sed quasi re non tradita. Et ideo si venditor promisit reficere sumptus litis intelligitur de lite proprietatis non possessionis: *ut not. in l. venditores, ff. de verb. oblig.* & est ratio, quia non propriè dicitur res evicta cum nuda possessio evincitur: *ut ff. de evict. si cum venditor in princ.* & hoc idem tenet *Bart. in l. act. ff. de act. empt.* & ideo sit cautus emptor quòd stipuletur de evictione, tàm proprietatis, quàm possessionis, & de sumptibus utriusque litis: ut consulit Bald. ubi suprà.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 15. de la 5. Partida, tit. de las compras, è ventas, que dispone qué cosas no se pueden vender, entre las quales pone, que el hombre libre no se puede vender. Concuerda con esta Ley, la Ley 80. del Estilo.

(*a*) DEFENDEMOS, HOME LIBRE. Scilicèt, scienter: *ut l. 4. & l. si in emptione, §. hominem liberum, ff. de contrahen. empt.* inter ignorantes tamen valet liberi hominis venditio, idem si emptor ignoret, etiamsi venditor sciat: *ut l. liberi hominis, ff. eod. tit. & inst. eod. tit. §. fi.* in stipulationem tamen liber homo non potest deduci etiam ignoranter: *ut inst. de inutil. stipul. §. 1.* & est ratio, quia in venditione non est necesse transferre dominium, in stipulatione verò sic: *ut ff. eod. tit. l. si ita, §. fi.* Et intelligo quòd valet liberi hominis venditio inter ignorantes, ad hoc ut possit agi ex empto ad interesse, & non concludatur ad tradendum: *ut not. Jo. Fa. notabilitèr in alleg. §. fi.*

(*b*) NO HAYA PENA. *Facit l. 4. & alleg. l. si in emptione, §. item si, & emptor, vide for. juz. lib. 6. tit. 4. l. 21. cum seq. & Styllo, l. 80.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 19. de la 5. Partida, tit. 5. que pone la pena del que vende los bienes agenos, y declara quando el comprador sabe que lo que compra es ageno, qué pena meresce.

(*c*) ESTABLESCEMOS, NO VALA. Hoc tamen fallit in casibus, vel ratione pacti, vel ratione administrationis, vel officij: ut notabilitèr exemplificat *Azo. in summa, C. de re. alie. non ali. circa princ.*

pena que manda la Ley tambien el vendedor como el comprador, si lo compró à sabiendas, y el señor del siervo, hayalo con todo lo que ganó, despues que probáre que es suyo, si no le fuere probado que lo mandó vender, è si fijos fizo (*a*) en este comedio, sean del señor cuyo es el siervo.

Ley X. Qué pena ha el siervo que se levantáre contra su señor.

QUando algun home vendiere su siervo, ò sierva, si él contra aquel que fuere señor se levantáre soborbiosamente, ò le apusiere algun mal, dé el precio à aquel que le compró, è resciba su siervo, è venguese dél asi como quisiere, fueras que no le mate, ni le tuella miembro.

Ley XI. Como el siervo que se compra por sus dineros no es fecho libre.

SI algun siervo fuere comprado de su haber mismo (*b*), no lo sabiendo (*c*) el señor, tal siervo no sea libre, è finque en poder de su señor por siervo: ca tambien era suyo (*d*) lo que habie el siervo como él.

Ley XII. Como si algun siervo fuere vendido el peculio suyo, no se entiende si expresamente no se declaráre.

QUien vendiere su siervo pueda demandar (*e*) despues todo lo que habie el siervo, si no lo vendió con quanto que habie: è si por aventura el siervo vendido habia fecho algun mal, ò algun daño, el que lo compró, si no lo sabía, tornelo à aquel de quien lo compró, è resciba su precio, y el primero señor, ò del siervo dañador (*f*), ò sane el daño que fizo.

(*a*) E SI FIJOS FIZO. *Ut l. post perfectam, & l. fructus, & l. pe. C. de act. empt. & vend.*

ADDICION.

Para esta Ley 11. è para la siguiente, vey la Ley 45. è 46. è 47. de la 5. Partida, tit. de las vendidas, è compras.

(*b*) SI ALGUN, SU HABER MISMO. Et est ratio, quia propria venditoris pecunia soluta non præstat emptori liberationem: *ut l. si servos, ubi est hujus, l. casus, C. de act. empt. & vend.*

(*c*) NO LO SABIENDO. Nam si hoc dominus sciret, & permitteret donare videretur emptori: *ut l. 1. §. eleganter, ff. de posi.*

(*d*) ERA SUYO. Quòd hic dicitur habet verum nisi pecunia illa transmittatur ad emptorem: *de quo vide quòd not. Doct. in alleg. l. si servos, & vide foro juz. lib. 5. tit. 5. l. 13. & l. 16.*

(*e*) QUIEN PUEDA DEMANDAR. Sivè sit exceptum, sivè non sit exceptum, ne cum peculio væneat, non cum peculio distractus videtur: *ut leg. quotiens, ff. de contrahen. empt. & ff. de evict. l. 3. in princ. & ff. de pign. l. 1. §. 1. & ff. de cul. l. quis ergo, in princ.*

(*f*) EL DAÑADOR. *Vide infrà eod. for. lib. 4. tit. de las fuerzas, l. 20. & vide foro juz. l. 5. tit. 4. l. 18.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 6. lib. 5. tit. de las vendidas, è compras de las Ordenanzas Reales, la qual pone las palabras desta Ley: è la Ley 7. del dicho tit. declara que esta Ley ha lugar con mayores, y menores, absentes, è presentes: è que con el termino de los nueve dias no se pueda pedir restitucion, ni otro auxilio ninguno: y otra Ley 8. de las dichas Ordenanzas Reales, manda que si el hermano del vendedor, y el fijo concurren en la heredad de patrimonio, ò de avolengo, que el sobrino se prefiera al tio. Item, la Ley del Estilo, que es 230. declara, que esta Ley del tanto por tanto ha lugar en el Reyno de Leon como en el Reyno de Castilla.

Ley XIII. Como la cosa de patrimonio, ò de abolengo, vendiendose, puede el pariente mas propinco sacar tanto por tanto.

TOdo home (*a*) que heredad de patrimonio (*b*), ò de abolengo quisiere vender, si home de aquel abolengo la quisiere comprar (*c*), tanto por tanto (*d*) hayala ante que otro (*e*) alguno: è si dos, ò mas la quisieron que son en

(*a*) TODO HOME. Concipit enim masculinum, & fœmininum, cum sit commune. Idem etiamsi sit masculinum, quia si proferatur à lege etiam in odiosis concipit fœmininum: *ff. de ver. sig. l.* 1. *& ff. de pactis, l. tres fratres, & ff. de jurisd. om. judi. l. si quis id de quo vide glos. singularem in cap. generali, de elect. lib.* 6. *glos.* 2. Quando autem masculinum prolatum à lege, vel ab homine, vel à statuto privilegio, vel rescripto concipiat fœmininum: vide latè, & notabilitèr *per Domin. de Sanct. Gem. in d. c. generali super parte universos.*

(*b*) DE PATRIMONIO. Refert hic Episcopus, quòd per verba hujus legis ad hoc quòd locum habeat, sufficit quòd res dependeat à solo avo, vel à solo patre, & etiamsi avus sit maternus, *ar. glos. cap. is qui, extra de sepul. lib.* 6. quòd patet ibi, dum dicitur de patrimonio, ò abolengo. Sed pone quòd duo sunt fratres, scilicèt, Marcus, & Antonius, qui Antonius acquisivit feudum, ex quo Antonio multæ generationes processerunt, certum est quòd quoad eos feudum est paternum, sed quoad generationem Marci feudum est novum quia Marcus nunquam fuit vasallus, & ideo feudum paternum nunquam dicitur inter eos, quorum connexum est principium in uno stipite feudali: *ut hoc not. Bal. in lib. feud. tit. de successione feudi, cap.* 1. §. *hoc quoque.* Item, feudum paternum dicitur illud quòd fuit illius parentis, qui fuit primus genitor communium agnatorum: *ut not. Jac. de Bel. & Bal. in lib. feud. rubrica de gradibus succedendi in feudum, cap.* 1. *circa fi.* Item nota, ad hoc, quòd si hæreditas vel fundus semel exivit à familia, quia designit esse patrimonialis mutatione personæ: *ar. in l. gerit, in fi. ff. de acqui. hære. & facit, C. de inoffi. testam. l. fi. in fi. ad hoc, l. patri filium,* §. *quindecim, ff. deleg.* 3. ubi postquam portio est alienata legitimè potest de cætero in quemlibet alienari. Nota, quòd naturalitèr quis affectat habere quæ fuerunt parentum suorum: *ff. de bonis liber. l. libertus qui solvendo, ff. si quid in frau. patro. l.* 1. §. *& alleg. ff. de min. l. in emptione, C. de adm. tu. l. lex quæ Doct. in cap. qualiter, de elect. facit ad hoc quòd notat Bal. post glos. in l. quotiens, C. de fideicom.* Quòd si est turris, vel locus honorabilis, qui diu fuit antiquorum suorum, & testator prohibeat eam alienari, & ultra non procedat expressè, tamen tacitè intelligitur velle, ne de nomine suo exeat: *ut ibi glos. singularis ne mirum*: dicit ibi Bal. quòd honorem suum domus suæ unusquisque præsumitur diligere: *ut C. si qua cum præd. potest. l.* 1. *& ff. si quis ob causam test. l. nulli.* Et sic ex rerum qualitate præsumitur causa facit: *C. de ami. tut. l. lex æquè tutores, &c.*

(*c*) COMPRAR. Et est notandum secundum Episcopum, quòd licèt ista lex loquatur in venditione facienda, sed in venditione facta contra hujus legis formam est dicendum quòd non valet, vel saltem est irritanda: *ut l. non dubium, C. de legi. & vide quòd notat Inno. & Henr. in cap. Raynaldus, extra de test. circa fin.* & facit benè hic dum dicitur: Que es vendida.

(*d*) TANTO POR TANTO. Hoc habetur de lege divina: *Lev.* 25. *cap. ibi*: dum dicitur: Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam, & voluerit propinquus ejus potest redimere quòd ille vendiderat: *& Hierem.* 32. hoc etiam est expressum *in lib. feud. tit. si de feud. controv. fuerit, cap. Titius & ibi glos. notabilis, & ff. deleg.* 2. *l. unum ex familia,* §. 1. *& inst. de hæred. quæ ab intest. defe.* §. *ita demum, & ibi Jo. Fa. in princ.* Ubi tenet, quòd non solum habet locum ista lex cum res venditur penitus extraneo, sed etiamsi vendatur alicui de genere remotioris gradus potest proximior retrahere virtute hujus legis, vel consuetudinis per jura suprà allegata. Idem, *in casu, l.* 15. *infrà eod. tit.*

(*e*) ANTE QUE OTRO. Et nota quòd hoc

igual grado (*a*) de parentesco, hayala el mas propinco (*b*): mas si ante que la heredad fuere vendida no viniere el pariente, è del dia que fuere vendida fasta nueve dias (*c*) viniere, si diere el pre-

---

hoc non solum habet locum in casu istius legis, sed etiam in casu ubi plures sunt creditores, & unus eorum agnatus debitoris pro æquali pretio, ipse præfertur in emptione rei distractæ ipsius debitoris: *ut in l.* 1. *& ibi Bart. ff. de cred. prævi. Idem in casu l.* 16. *infrà eod. tit. & vide ibi alium casum, & not.* Et idem si res communis vendatur per socium, quia pro æquali pretio præfertur socius, si eam vult: 5. *Part. tit.* 5. *l.* 55. *peregrina venditio.* 3. *q. fi.*

(*a*) En igual grado. Scilicèt, quidam attinent ex parte patris, alij ex parte matris præferuntur, alij à cujus radice perveniunt bona, ut hic, æquè, & æqualiter si sunt in pari gradu, & admittuntur æqualiter ad successionem rei, & simile si sunt utrinque conjuncti, tunc præferuntur agnati in quæsitis ex parte patris: *ut C. de legi. hæred. l. de emancipatis.* Et quicumque sint illi qui attinent ex parte illius à quo bona devenerunt, admittuntur ad retrahendam rem, dum tamen proximiores sint: *ut hic, & not. notabilitèr Jo. Fa. inst. de legi. agna. succes.* §. *si plures.* Item, est notandum, quòd etiamsi res vendita est alicui de genere remotioris gradus, quòd proximior posset retrahere virtute consuetudinis: *ff. de inoffi. test. filio, & videtur expressum in lib. feud. si de feud. fuerit controv. cap. Titius, ff. deleg.* 2. *l. unum ex familia,* §. *cum nos, Jo. Fa. inst. de hæred. quæ ab intest. deferun.* §. 2.

(*b*) Mas propinco. Ut si sit frater utrinque conjunctus, præfertur alijs qui ex uno latere tantum sunt, sicut in successione: *ut in auct. post fratres, C. de legi. hæred. & in auct. itaque, C. communia de succes. & Jo. Fa. in alleg.* §. *si plures, facit extra de in inte. rest. c. constitutus*: ibi dum dicitur, proximioribus, & nota per hanc legem approbatam consuetudinem: *de qua in l. dudum, & ibi Ci. C. de contrahen. empt. & alleg. cap. constitutus, & vide Styllo, l.* 222. *& vide forum municipale de Sepulv. lib.* 11. *tit. de foro emptionis, l.* 4. *&* 5. Est tamen notandum, quòd in duobus casibus repellitur proximior à petenda re patrimonij. Primus, si consensit alienationi expressè. Secundus, si consensit tacitæ, ut quia scivit, & tacuit per novem dies, perdidit ergo jus suum proximior, nisi illud infrà tempus hujus legis prosequatur. Oportet ergo proximiores esse multum avisatos, ne patiantur labi istud tempus, alioquin silentio confirmatur contractus venditionis: *sic C. de hæredit. quæ à non domino, l. fi. & est text. cum ibi notatis per Bal. lib. feud. tit. si de feud. fuerit controv. inter dominum, & agna. l. Titius.*

(*c*) Nueve dias. A tempore, scilicèt, scientiæ computandos: *hoc tenet glos. singularis in lib. feud. tit. si de feud. controv. fue. cap. Titius, suprà alleg. & in cap. licèt de supple. negli. præla. & est text. in cap. quia diversitatem, in fi. de conces. præben. & vide de hoc infrà* 19. *q.* nam ignoranti non currit tempus: *C. de anna excep. l.* 1. *& l. contra majores, C. de inoffi. testa. & instit. de act.* §. *rursus, & ibi eleganter per Joan. Fa.* Et nota, quòd ad hoc ut currat hoc tempus negligenti consanguineo rem venditam retrahenti, requiritur quòd scientia sit certa, & firma, non dubitabilis, quòd est valde notandum: quòd exemplificat ut notabilitèr *Ci. in alleg. l. contra majores, & vide Bar. in l. Sempronius, ff. deleg.* 2. *& Jo. Fa. instit. de excus. tut.* §. *qui autem, & l. Stylli, l.* 282. Circa quòd nota, quòd si venditio fuit facta sub conditione, quòd istud tempus currit à tempore existentiæ conditionis: *ut not. Di. in l. de divisione, ff. solut. matrim. pro hoc, ff. quando ac. de pecu. anna. sit, l.* 1. *in princ.* Juxta quòd quæro, ponè quòd pater rem immobilem vendidit extraneo, & infrà tempus notem dierum decessit, & filius hæres ejus vult eandem rem à jure proximitatis, seu radicis dato pretio retrotrahere, an hoc possit, & licèt aliqui tenuerint quòd non, ea ratione quia cum esset hæres, non poterat venire contra factum defuncti, & quia quem de evictione tenet actio, &c. *ut ff. de evict. l. vendicantem, cum ibi notatis.* Sed veritas est, quòd hæres retrahendo rem alienatam per defunctum, non im-

cio (*a* *) porque es vendida la heredad,

impugnat, nec retractat factum defuncti, sed potius approbat, quia per hoc quòd retrahit, & vult habere pro eodem pretio pro quo res ipsa fuit vendita, asserit venditionem tenuisse quòd retrahit non tanquam hæres, sed tanquam proximior: *facit in ar. l. fi. C. de evict. & l. rem aliena*, §. 1. *& l. si Titio*, *ff. de pig. act. & hoc firmat Henr. notabiliter in c. constitutus*, *de in integ. rest.* Nec obstat quòd opponitur, quòd iste hæres ut hæres tenetur de evictione emptori, quia non est verum quòd teneatur de evictione ad interesse temporis, ex quo res est evicta, non propter defectum dominij, seu juris ipsius venditoris, sed alia de causa, scilicèt, proximitatis retractus, sed solum tenetur hæres emptori ad pretij restitutionem, quòd pretium habet per ipsum retractum: *ut est text. in l. minor. ff. de evict. & ibi glos. & Henr. ubi suprà.*

(*a*) El precio. Non enim sufficit aliud loco pretij, ut vas argenteum, vel simile: juxta notata per *Bar. in l. Paul. ff. de solu.* Sed quærit Episcopus quid si proximior sit minor, vel non est in loco, an post novem dies admitteretur ad offerendum pretium? Et tenet quòd restitueretur ad offerendum pretium, non tamen absens, cum hoc privilegium non detur nisi præsenti, ut hic, dum dicitur: No fuere en el Lugar, &c. Aliàs enim de jure absens ignorans restitueretur, & rescinderetur contractus: *ut not. plenè in alleg.* §. *rursus inst. de act. & vide per Fabrum*, *& vide circa hoc alleg. l. Stylli.* De hoc est textus quòd admittatur minor *in l. si in empt. ff. de mino. & est text. notabilis*, *& singularis.* Item, in eo quòd infrà dicit Dominus Episcopus quòd minor restituitur ad offerendum post novem dies, facit quia licèt præscriptio statutaria, vel consuetudinaria currit minoribus: *ut c. constitutus*, *de in integ. rest. & in l. fi. C. qui cau. in integ. rest. &c.* Non tamen currit ipso jure, sed datur restitutio minori: *ut not. Innoc. & Abb. de Cecil. in alleg. c. constitutus*, *& Bal. in l. fi.* Et ratio, quia tempus consuetudinis, vel statuti succedit loco temporis statuti à jure: *ut not. Bald. in lib. feud. tit. quo tempore mi. investi. pete. de. c.* 1. & in casu hujus legis agitur de lucro captando, ideo minor non servatur ipso jure illæsus, nisi petat restitutionem. Secus si ageret de damno vitando, quia tunc præscriptiones temporales non currunt minori, nisi illæ tantum quibus judicia finiuntur, sed tunc minor restituitur: *not. glos. & Bal. in alleg. l. fi. C. in qui cau. in integ. rest. non est neces.* Item, quæ suprà dicta sunt de restitutione minoris post lapsum terminum legis, vel statuti, crederem vera, nisi aliàs præsumptio sit contra eum, quia præsumptio diligenter excludit præsumptionem facilitatis: *ut not. in l. divus*, *ff. de in integ. rest.* nam minor sagax, & industriosus in publicis actibus præsumitur talis in omnibus alijs, nec præsumitur quòd de facili decipiatur: ut colligitur ex textu *l.* 1. *C. qui*, *& adversus quos in inte. rest. & ibi Bald. in recollectis*, *& Salic. notabiliter.* Item nota, quòd Rex Henr. IV. in Curijs Beatæ Mariæ de Nivis, anno Domini 1472. statuit quòd ista lex ad unguem servetur, & quòd post novem dies, ut hic non sit fas etiam minoribus rem retrahere, quibus in tali casu in integrum restitutio denegatur, &c. Item nota, quòd si causa agitur post legem factam, & de contractu inito ante legem vetus lex debet servari: *not. glos. & Doct. in l. leges*, *& constitutiones*, *C. de legib.* Et circa hanc materiam restitutionis in integrum est notandum, quòd si minor ætate tempore decipiatur, scilicèt, quadriennij, vel majori tempore habebit quatuor annos ad restitutionem obtinendam postquam venerit ad legitimam ætatem. Si verò minori tempore lædatur, potest minor restitutionem petere toto tempore minoris ætatis, & tanto tempore post vigessimumquintum annum, quanto tempore fuit læsus: *ar. optimum de pœn. di. cap. vide*, *& ff. quando ac. de pecun. est anna. l. cum post mortem*, *ff. de minor. l. interdum*, §. *planè si defunctus*, *C. de his qui exi. da. vel amo. l.* 1. *Hæc est opinio Azo. & Spec. in tit. de in inte. rest.* §. *infrà quòd in princ. nec obstat cle. unic. eod. tit. & quòd ibi not. glos.* quia ibi textus loquitur de tempore infrà quòd debeat causa restitutionis finiri. Opinio autem suprà dicta loquitur infrà quòd tempus debeat peti, nam licèt negligentia præcedentis tempo-

hayala (*a*): è si el pariente mas propinco (*b*)

---

poris non excludit minorem, negligentia tamen subsequentis temporis excludit, quia jus non dat suum beneficium illi qui post completam ætatem potest negligentia redargui: *ff. ex qui caus. majo. l. si per prætorem*, §. *quotiens*, *not. Fab.* §. *rursus*, *inst. de act.* Et ad hoc nota, quòd ubi tempus à jure communi, vel statuto, seu à Judice statuitur alicui ad agendum, ut hic, talis præscriptio semper impedit processum: *ut not. in cap. cum in tua, qui ma. accus. pos. per Innoc. de auct. tu. l. Titia, de exc. tut. l. scire oportet*, §. *consequens*, *de quo vide Bald. in l. fi. C. de edi. divi Adrian. tollen. 8. col.* Quid autem si est data res in solutum, an habeat locum quòd hic dicitur: *vide Spec. tit. de empt. & vend.* §. *nunc dicendum*, *de rescin. ver. sed pone statutum est.* Item nota, quòd non sufficit offerre marsupium in judicio, nisi testes, & notarius cognoscant quanta pecunia est ibi, quia viderunt eam numerari, si enim dicunt testes quòd viderunt offerre marsupium cum pecunia, si ignorarent quanta esset, non probaret offerens: *ut l. 1.* §. *sic ita*, *ff. deposit.* & ideo credo secundum Bar. quòd debet offerri pecunia numerata coram testibus, & poni in bursa, & sic intelligitur *l. acceptam*, *C. de usur. ut not. in l. cum servus*, *ff. de cond. & dem.* Item, sufficit in hoc casu sola oblatio, etiamsi non fiat pretij consignatio, cum in casu isto agatur ad evitandam pœnam, vel moram, secus enim si agatur ad debiti liberationem, quia tunc requiritur consignatio: *ut not. Bal. plenè in l. quòd te. si cer. pe. & Ci. & Bar. in alleg. l. acceptam*, *& Ci. in l. 2. C. de jure emphi.* imò sufficit secundum Bar. quòd vadat cum pecunia in manu: *ut ipse not. in l. prætor ait*, §. *si quis paratus*, *ff. de novi oper. nunc. not. in c. cum venissent*, *extra de eo qui mit. in pos.* & imputet sibi emens cum fuit in mora recipiendi pretium, cum mora sit debiti solvendi à jure impugnata, vel improbata dilatio: *ut not. Bal. in alleg. l. quòd te.* Item nota, quòd sufficit pretium in moneta currenti, cum est idem genus, & pecunia usitata, & numerata, & recipit in genere suo factionem per solutionem, & tanta est similitudo, ut non aliud sed illud redditum videtur: *ut in l. 2. ff. si cer. pe. de foro tamen municipali de Sepulv. aliter cavet*, *ut lib. 11. eod. tit. l. 4. ista tamen servatur.* Item, in eo quòd suprà dicitur, quòd ad evitandam pœnam sufficit sola oblatio: *concord. Mar. C. de succe. & Ancha. l. 1. lib. 10. ff. de arbi. l. celsus in fi.* in conditione tamen opposita inter emptorem, & venditorem requiritur oblatio, consignatio, & depositio: *ut l. 1. & l. si à te. C. de pact. inter empt. & vend. Idem in emphiteota, ut l. 2. in fi. C. de jure emphit. & l. Julian.* §. *offerri*, *ff. de act. empt. & C. de servo communi ma. l. 1.* §. *sin autem*, *& C. quando decre. opus non est*, *l. 1.* sufficit tamen sola oblatio si fiat præsenti: *ff. de cond. inst. l. 2. not. Doct. in alleg. l. 1. C. de pact. empt. &c.* Est tamen notandum, quòd oblatio debitoris in pecunia numerata, & in loco congruo, ut in domo debitoris, & in termino soluti, & tali hora in qua sine periculo poterat creditor pecuniam recipere, evitat pœnam, & purgat moram. Est conclusio *Bal. in l. acceptam*, §. *de usur. 6. q.* nec requiritur quòd coram Judice, & in ede sacra fiat depositio, quia sufficit quòd debitor proprio motu quærat creditorem, & offerat pecuniam, & eam deponat apud fidum mercatorem: *not. Bal. in dicta l. acceptam, 9. q. & Bart. in l. si soluturus*, *ff. de solut.*

(*) El precio. De jure tamen communi pro pecunia in forma potest solvi massa in materia, & è contra: *ut not. Joan. de Platea in l. quotiescumque, C. de suscep. & Archa. Præpositis, & Bar. in dict. l. Paul. de solut.*

(*a*) Hayala. Non tamen cum fructibus perceptis, cum emptor fecit fructus suos propter bonam fidem, & titulum: *ut l. si fundum*, *& l. si certum*, *C. de rei vend. & facit bene. ff. quæ in frau. cre. l. fi.* §. *non solum.* A tempore tamen more veniunt fructus per modum interesse, quia tales fructus partes rei sunt: *ut in l. fructus*, *ff. de rei vend.* Si autem fructus perirent in re sine dubio veniunt ut pars rei: *& junge ff. de cond. vide l. si non sortem*, §. *libertus*, *& singulariter not. Jo. Fab. inst. de act.* §. *actionum.*

(*b*) Mas propinco. Refert hic Episcopus, quòd requiritur primò, quòd retra-

no lo quisiere demandar, otro pariente no lo pueda (*a*) demandar, è si el mas propinco no fuere en el Lugar, puedala demandar otro de su linage: mas si la quisiere por otra heredad (*b*) cam-

trahens talem rem sit proximior. Secundò, quòd requirat emptorem. Tertiò, infrà novem dies. Quartò, quòd utrumque simul concurrat, scilicèt, quòd res sit de avo, vel patre, & quòd consanguineus non sit de alio latere generis. Quintò, quòd offerat pretium, non tamen videtur necessario quòd consignet: juxta notata *in l. acceptam*, *C. de usur. & ibi per Bar. in l. quòd te. & ibi Salic. ff. si cer. pe.* Sextò, quòd offeratur pretium per se, vel per procuratorem, cum non requirat ista lex personalem comparitionem: *ut extra de procur. c. 2. lib. 6. & c. 1. de jud. eod. tit.* Septimò, quòd juret: *ut infrà eod. l. in fi.*

(*a*) No la pueda. Potest hoc de jure intelligi, si proximior per remotiorem non est requisitus infrà istum terminum. Si verò remotior instat proximiorem, ut infrà istud tempus agat, si est negligens, poterit remotior agere, si proximior agere retardat: *ar. ff. de cura. bo. dan. l. 1. & firmat Ci. C. de fur. l. manifestissimi in 2. parte 2. q.* quòd est notandum. Sed licèt hoc sit de jure communi, de foro tamen isto, si proximior rem talem non retrahit, alius remotior non poterit: *ut hic in text.* Item, facit ad hoc quòd *not. Jo. Fab. inst. deleg. §. ex contrario, circa fi.* dicens, quòd si quis de genere virtute hujus legis retrotrahat rem à suo proximo venditam, & moriatur lite pendente extraneo instituto, quòd extraneus non admittatur: *facit l. posthumus, §. fi. ff. de inoffic. test.* Item, facit ad hanc legem quòd *not. Ci. in l. si duobus, §. sed quia nostra majes. C. communia deleg.* præsupposito enim themate, quòd proximior retrahit rem alienatam in extraneos, ut hic, nunquid tenebitur emptor ad pensiones, si proximior retrahit? & certè videtur quòd non teneatur, quia ubi res mea est in præsenti, si à me separatur, ex causa præcedenti fingitur mea non fuisse: *ut dict. §. sed quia nostra, cum seq.* ubi fingitur hæres non fuisse dominus die, vel conditione adveniente: *ut ff. de separ. bo. l. quotiens, §. si libert.* & hoc ibi placet Petro cum distinctione tamen, quia aut dictat lex, vel consuetudo, quòd si res censualis vendatur, debeantur relationes, vel aliud tributum, & tunc sufficit quòd sit vendita, quia sufficit semel conditionem extitisse: *ut C. de inst. & subst. sub cond. fac. l. si quis autem, l. dictabat.* Quòd ille tenet dominium rei alienatæ, teneatur tunc, quia fingitur retro suum non fuisse, præcedit sententia suprà posita per suprà dicta: *ar. ff. de aqua plu. arcen. l. in diem, §. ult. & de pign. l. lex vectigalis, quòd not. ad l. quaterni.*

(*b*) Por otra heredad cambiar. Idem intelligo si permutatio fiat pro re mobili, nam cum ista lex loquatur in sola venditione in qua consistit pretium, & à jure communi exorbitat, non est extensibilis ad permutationem, sivè mobilium, sivè immobilium, nec ad alios contractus expressum nomen venditionis non habentes, nam licèt lex extenditur ad casum similem rationem habentem in casu favorabili, & pio: *ut l. illud, C. de Sacrosanct. Eccles.* Non tamen extenditur in casu odioso, etiamsi talem habeat rationem: *ut not. in auct. quas actiones, C. eod. tit. & not. Bar. in l. si constante, ff. sol. ma.* cum verò ista lex in sua dispositione sit odiosa, ut super ea scripsi, & casus in ea exceptus, scilicèt, permutationis sit favorabilis, sequitur quòd est ampliandus ad quamcumque permutationem, etiam mobilium. Nec est locus argumento à contrario sensu, eo quia alia jura contradicunt: *not. glos. in cap. significasti, de for. comp. & per Henr. in cap. 2. de magistris.* Item nota, quòd si res non fuit vendita, sed in solutum data, licèt talis datio est similis emptioni: *ff. pro empt. l. litis, ff. qui ex cau. in pos. ead. l. 1.* tamen in contrarium fuit judicatum propter vocabulorum diversitatem: *C. de cond. si idem, & cap. ad audientiam, de deci.* Et est ratio, quia pretium debet intervenire, ut si emptio: *ar. ff. de cond. ob causam, l. fi. ff. de præscript. ver. naturalis, ut refert Spec. tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum, ver. sed pone statutum est, sed facit l. senatus, ff. deleg. 1. & l. senatus, ff. de contrahen. empt. Jo. de Platea*

biar (*a*), no la pueda ningun pariente contradecir: y aquel pa-

tea in tit. de fundis patrimonialibus, *l. si quis*, *lib.* 11. movet hanc quæstionem, ubi dicit, quòd cum res non est vendita, sed in solutum data creditoribus, non habet locum lex quæ de sola venditione loquitur, quia dando in solutum facit ex necessitate, & sic debet aliud statui quòd quando ex voluntate: *ff. de addi. le. l. rem legatem.* Item, si idem esset in solutum dare, & vendere, quia diversis nominibus appellarentur: *ut C. de codicillis*, *l. si hujus.* Item, quia non intervenit pretium, ergo non est venditio: *inst. de contraben. empt.* §. *pretium.* Sed in contrarium facit quòd datio in solutum habetur instar venditionis: *ut in jur. suprà alleg.* Primam partem tenet Jo. de Platea ubi suprà cum distinctione quòd ista lex debet intelligi de venditione voluntaria, in qua intervenit pretium & non de necessaria: *per l. si pecunia*, §. *pign. ff. de rebus eo. & l. altercationes*, *ff. fam. hærcisc.* quòd est verum quando est facta datio in solutum à Judice, secus si ab ipso debitore: *ut l. fraus*, *ff. de legi. & de colu. de tegen. per totum.* Tenenda tamen est prima pars, si debitor non habet aliud undè solvat: *alleg. l. commodis*, *ff. de except. rei jud.* tamen creditor habebit illud cum onere suo: *ut l. alienat. ff. de contraben. empt.* Et vide hanc materiam *quòd not. idem Jo. de Platea in l. fi. C. de prædijs curia*, *& in l. quemadmodum*, *de agri. & censi.*

(*a*) Cambiar. Quid enim si res quæ valebat duo millia, permutatur cum re valente centum, an secundum hujus legis formam res magni pretij taliter permutata poterit retrotrahi. Et ista fuit quæstio Bononiæ disputata, & quidam dixerunt quòd poterit retrahi, cum fraus ex tali permutatione præsumitur, & videtur facta de contractu ad contractum, & sic non valet quòd factum est: *ff. de donat. inter vir. & uxor. l. si sponsus*, §. *circa ff. de contrab. empt. l. donationes.* Item, sicut fraus præsumitur ubi quis vendit omnia bona sua; *ut infrà eod. lib. de donat. l.* 7. *cum ibi alleg.* sic ubi res valens duo millia, permutatur pro re valente centum: *ff. de probat. l. cum de indebito*, *C. de neces. servis hæred. inst. l. quidam*, §. *cum igitur.* Et contra, videtur quòd non potest retrahi, quia rescindere venditionem est res odiosa, & sine voluntate partium contractus non debet rumpi: *ut C. de contraben. empt. l. de contract. & transact. l. si diversa pars*, quia necessitas est persistere: *C. de act. & oblig. l. sine initio*, *& ista l. est odiosa*: & ideo restringenda: *ff. de liber. & posth. l. cum quidam.* Facit ad hoc quia emphiteota, licèt invitus, vel inscio domino, non potest rem alienare: *in cap. fi. de loca.* potest tamen emponematha sua donare: *C. de fundis patri. l.* 1. *C. de prædijs curi. l. ult.* à simili ergo potest quis irrevocabiliter permutare, licèt non vendere. Item, in hac lege verbum emptionis debet strictè assumi: *ut alibi. ff. de pig. l. in quorum.* Item, quia fraus non est probata, nec præsumitur à jure, cum probari debeat ex perspicuis indicijs: *C. de dolo*, *l. dolum*, & qui dolum dicit, eum probare tenetur: *ut l. quotiens*, *ff. de prob.* in certis enim casibus dolus in jure præsumit: *ut ff. quæ in fraud. credi. l. omnes*, §. *Lucius*, *ff. mand. l. si procur.* §. *dolo*, *& l. dolus*, *& ff. de posi. l.* 1. §. *ult. C. ad l. Falc. l. de dolo*, *ff. de pact. l. antepenult. & dixi infrà tit. de dona. l.* 7. undè cum in certis casibus inveniatur speciale, jus commune obtinet in contrarium, & in hoc casu declinant Doct. quòd ego credo verum, nisi fraus verisimiliter probetur, vel nisi contractus permutationis probatur simulatus: *ut not. Bar. in l. si ex pretio*, §. *si cer. pe. & scripsi suprà lib.* 1. *tit. de pac. l. fi. & in alleg. l.* 7. *infrà de donat.* sed in casu istius legis res permutata non potest à propinquo retrahi: *ut hic in text.* Et per jura hic allegata non extenditur ista lex ad contractum emphiteosis, cum de illo hæc lex non disponit: *notant glos. & Doct. in auct. quas actiones*, *de Sacrosanct. Eccles. & in cle.* 1. *de elec. & glos. in cap. fi. de jure pa.* quia in his exorbitantibus casus omissus relinquitur dispositioni juris communis: *ut l. si verò*, §. *de viro*, *ff. de solu. ma. & c. susceptum*, *de rescript. l.* 6. Nunc venio ad aliquas notabiles quæstiones in hac materia, de quibus aliquid per Doct. signanter per Ray. de Sabbanato valentissimum utriusque juris Doct. *in l. dudum*, *de contraben. empt. suprà alleg.* Et primò quæro, Titius emit à me fundum, in quo

quo autem nondum usufructum habebat, post consolidatus est usufructus, proximior autem meus prætextu hujus legis vult retrahere rem. Quæro an retrahet rem cum usufructu, vel si remanebit usufructus emptori cui ante competebat, & videtur jus suum præstitum ipso sciente confunditur jus suum semel confusum non restituitur, licèt revocetur causa confundens: *ff. ad Silley. l. propter*, §. *neptis*, *ff. qui mo. usufruct. amit. l. si tibi, deleg.* 2. *l. cum filius*, §. *dominus.* Sed ego dico contrarium, quòd imò usufructus emptori debet remanere, ex quo sine culpa sua non voluntariè habere desinit: *ff. de usufruct. l. dominus*, *deleg.* 1. *l. si servus Titij*, *de fund. do. l. si maritus in fi. cum simi. ad Trebel. l. si debitor.* Item, quia secundum hoc sequæretur quòd plus attraheret proximus, quam si alius vendidisset, cum usufructus non fuerit venditus: *pro hoc l. ait prætor*, §. *per hanc*, *ff. quæ in frau. cre.* nec obstat contrarium, quia solvitur: *ut not. per Ci. in l. si maritus*, *C. de inoffic. testam.* & *per mand. in dicto* §. *neptis*, *ubi tenet hanc partem*, *vel dic ad l. si inter*: quòd ibi usufructus fuit in culpa emendo ab hærede proprietatem sub conditione legata, quam sciebat advocari, & ideo subvenitur sibi cum tractet de damno vitando: *ar. l. fi. C. de codicill.* Dico tamen, quòd proximior retrahit totam rem juris subtilitate, quia in instanti venditionis perfectè fecit sibi jus quæsitum efficax ad retrahendam proprietatem, quæ fuit vendita ex vi hujus legis, ad quam per consolidationem usufructus accessit, & ideo per modum accessionis habet etiam jus in illo *ar. l. Juliæ*, §. *si quis servo*, & §. *seq. ff. de act. empt.* Sed de æquitate debet sibi de novo constitui usufructus: *ar. ff. de pecul. l. si ex duobus*, *ver. sed plures.* Item quæro, Titius emit à me fundum emphiteoticum, proximior revocat rem ex vi consuetudinis, vel istius legis, qui tenebitur domino pro laudemio an Titius, vel proximior, vel uterque? Et videtur quòd uterque, tenetur enim Titius, quia sibi fuit res tradita, & per dominum data, & translata possessio, & hoc videtur sufficere, licèt penes eum res non perseveret: *ff. deposi. l.* 1. §. *si rem*, *de edi. edic. l. bovem*, §. *pignus.* Proximior etiam eadem, & majori ratione teneri videtur. Quid ergo dicendum, & Ray. ubi suprà distinguit sic, aut emptor solvit ab initio laudemium domino, aut non solvit, dicit quòd solvere non tenetur revocata venditione, quia videtur nunquam factam fuisse: *ut l. fi.* §. *sed quia nostra*, *C. communia deleg.* sic dico in pacto adjectionis in diem: *ut l.* 1. §. *si Marcell. ff. de pact. à die.* Item, quia non refert aliquid annullari ab initio, vel ex post facto: *ff. de cond. inde. l.* 3. *cum seq.* & *de cond. sine causa*, *l. nihil.* Sed si ab initio nulla fuisset venditio, non teneretur emptor: *ut in l. ea quidem*, *C. si manci. ita fue. alie.* ergo nec in hoc casu, cum non videatur factum: *ut l.* 3. §. *illud*, *C. de hæred. vel act. ven.* & *l. si pro patre*, §. *versum*, *ff. de in rem ver.* Si autem solvit, dico quòd poterit repetere à domino per conditionem sine causa, quia causa devenit ad non causam: *ut in l. nihil suprà alleg.* & *in l. non quocumque*, *ff. deleg.* 1. vel poterit repetere à proximiore *per l. debet*, *ff. de edi. edic.* & tunc proximior non tenebitur collectam iterum solvere, sed deducet illum solutum cesso sibi jure per emptorem, quia non debet duplici onere gravari, & videtur tantum una venditio, & ideo sufficit unum laudemium, ad quòd ego dico de jure teneri proximiorem, ex quo res penes eum transfertur jure perpetuo: *ar. l. fi. C. de jure emphit.* nec obstant contraria quæ habent locum quando factum solum habuit efficatiam permanentem in se, nec per aliud actum ex causa præcedenti trahentem originem existit annullatum, hic autem non sic, quia ex vi istius legis facta venditio perinde habetur ac si nunquam facta fuisset, cum habeat causam retractativam in effectu. Juxta quòd quæro, an ista lex rescindat venditionem factam extraneo, & novi rei constituat eam in proximiorem, & quid juris? Et videtur quòd prima venditio rescindatur, & nova constituatur, quasi à primò venditore facta in adjectione in diem: *ut l. item*, *quòd dict.* §. 1. & §. *fi. ff. de in diem adjec.* Quid dicendum. Dico secundum Ray. quòd ista lex propriè loquendo primam venditionem non rescindit, quia semel fuit legitimè, & perfectè facta per dominij translationem, & ideo ex casu supervenienti rescindi non debet: *ut l. si gaudentius*, *C. de contrah. empt.* Item, quia non subest materia seu causa debita rescindendi cum non sit ibi consensus contrarius, nec fraus inter-

tervenit, nec causa alia à jure approbata, igitur non dicam, cum non inveniam in jure scriptum: *ar. l. si verò negotium*, §. *de viro*, *ff. solu. ma.* Item, quia per rescriptum non potest perfecta venditio rescindi: *ut l. 3. C. de resc. vend.* ergo nec rescindit ista lex, vel consuetudo cum Principis rescripto, seu privilegio equiparetur: *ut not. glos. in c. novit*, *extra de judi. & ibi per Innoc. glos. consuetudine.* Item, si rescinderetur prima venditio, aut hoc fieret ex vi consuetudinis, vel ex vi hujus legis, & hoc non potest, quia nec verba, nec mens istius legis habent se ad aliquid inter venditorem, & emptorem, sed inter emptorem, & proximiorem, ut rem possit habere pretio satisfacto, igitur non operatur aliud quam id super quo fuit interposita: *ar. l. dominus*, *ff. de serv. urb. præ.* nec ex vi sententiæ secutæ occasione istius legis, cum à lege ista causam habeat, & per consequens debeat ordinari secundum illam: *ar. l. quòd manus*, *ff. communi divi.* Item, si rescinderetur virtute hujus legis facta venditio, jam pretium solutum venditori esset penes eum sine causa, & res penes emptorem: ut patet ex notatis per *Ci. in l. quæ ea lego*, *C. de pact. inter empt. & vend.* & sic venditor non esset verus dominus pretij: *ut in l. nunquam nuda*, *ff. de acqui. re. do.* quòd tamen nullo modo est dicendum, cum secundum hoc sequæretur quòd emptor tradens proximiori non transferret dominium, cum non haberet illud venditione recisa: *ut l. traditio*, *ff. de acqui. re. do.* Per hanc autem legem res evincitur, seu evocatur ab emptore, igitur non debet rescindi, seu tolli venditio, nec obligatio ex ea contracta, sicut nec fit re communi evicta: *ff. de actio empt. l. ex empto*, *in princ. & l. emptorem*, §. *si quis rem.* Et est effectus in formatione libelli super actione ex ista lege, nam ubi sic concluderetur, scilicèt, ad rescindendam venditionem concluderetur inepte, & ideo non teneret: benè tamen dico venditionem hoc casu ex parte emptoris haberi pro non facta in effectu, ex quo res ab eo evellitur ipso invito: *sic in l. fi.* §. *si autem avaritiæ*, *C. communia deleg.* Nec potest agere de evictione contra venditorem re evicta virtute hujus legis cum sine culpa venditoris evicta fuerit ex dispositione hujus legis, quam scivit, vel scire debuit ipse emptor, & ideo sufficit sibi quòd habeat pretium solutum à proximiore: *ar. l. si per imprudentiam*, *ff. de evict. & de act. empt. l. emptorem*, §. *idem*, *& l. fi.* §. *empt. C. communia deleg.* Nec etiam tenetur ad laudemium, ut dixi in proxima quæstione, concludo igitur quòd ex lege ista venditio in se non rescinditur adjectione in diem, quia hoc facit mens paciscentium, & forma pacti, nec obstat §. *item si quis in fraud. inst. de act.* quia ibi lex est benè disposita ad rescindendum contractum in materia fraudis: *ut l. eleganter*, *ff. de dolo.* Quid igitur facit ista lex dico, quòd nec novam emptionem constituit inter emptorem, & proximiorem, facta sibi traditione pretio soluto, licèt materia interveniat emptionis, quæ est res, & pretium, sed deficit in forma quæ est consensus emendi, & vendendi, quia ad hoc non geritur animus partium, sed ad rem dumtaxat habendam ex forma, & auctoritate hujus legis non ex vi cujuscumque contractus ad hoc: *l. non solum*, *de act. & oblig. & de contrahen. empt. l. 1.* §. *fi.* & licèt aliquando aliquis invitus rem vendidit lege cogente, est tamen ibi voluntas vendendi, licèt coacta: *ut l. si mulier*, §. *pen. ff. quòd me. caus.* Dico igitur quòd ista lex disponit quòd emptor compellatur rem tradere proximiori, cum eo jure, & modo quo à venditore habuerat, & constituere loco ipsius successorem pretio sibi soluto, vel sufficienter sibi oblato: *ut in l. Julian.* §. *ex empt. ff. de act. empt. & l. ait prætor*, §. *per hanc*, *ff. quæ in fraud. cred.* & ideo dico, quòd emptor compellitur actionem cedere sibi competentem ex empto contra venditorem, pro evictione quæ posset contingere, quæ aliàs non transiret nisi cessa fuisset: *ut in l. 4. ff. pro socio*, *cum ibi notatis.* Item quæro, an actio realis competat ex ista lege, quæ proximiori non constituit jus, ex quo posset creari realis actio, cum det dumtaxat facultatem liberam rem evocandi pretio satisfacto, & sic ante non constituitur jus in re quam res fuerit tradita, & pretium satisfactum: *inst. de re divi.* §. *venditæ*: ergo non potest competere realis, quia aut non datur quam quis habeat jus in re de præsenti: *ut inst. de actio*, §. 1. Dico ergo, quòd competit condictio ex ista lex, nam ubi ex lege nova introducitur obligatio, nec cavetur qua actione aga-

agatur conditione: *ex l. agendum est, ff. de cond. ex l.* 1. & idem est hic dicendum, ex varijs namque figuris causarum diversarum habentes originem, & secundum diversitates factorum actiones daturæ, & naturæ oriuntur: *ut not. gl. & Jo. Fa. inst. de act.* §. *omn. act.* in qua quidem actione sufficit essentialia proponere actionis, cum petitio se potest compati: ut plenè per *Fa. inst. de act.* §. *quædam.* Et sufficit factum simpliciter proponere, quia de sola veritate curandum est, non de apicibus juris civilis disputandum: *ut extra de jud. c. dilecti, & de dolo, & contum. c.* 1. *ff. mand. l. si fidejus.* §. *quædam, & Spec. tit. de act. seu peti.* §. 1. *ver. tertij dicunt, &* §. *sequitur, ver. si autem velis recurrere*: hoc idem per legem fori novi de Alcalá approbatur, quæ solum factum simpliciter requirit ex quo jus oritur. Item quæro, an ista actio sit personalis, vel in rem scripta, vel in rem concepta. Et videtur quòd sit vice personalis *per* §. *sic, & itaque inst. de act.* sub correctione dico ipsam in rem scriptam, & sic posse competere, ne dum contra primum ementem, imò etiam contra quemlibet tertium possidentem, sivè à primò habeat causam, sivè non, tamen infrà terminos hujus legis cum ista lex ex forma sua, & ex mente habet materiam in rem scriptam, patet quia verba ipsius habent se principaliter ad disponendum circa rem venditam, ut evocari valeat per proximiorem, non actione certa ad certam personam ad hoc astringendam, igitur penes quemcumque sit res vendita, dum tamen qui agit sit proximior, competit actio cum hæc causa ex forma hujus legis plenum habeat locum: *ad hoc l. metum*, §. *fi. ff. quòd met. caus. & ff. ad exi. l.* 3. §. 1. & 2. *cum ibi notatis.* Item, mens istius legis habet materiam in rem scriptam, rem ipsam principaliter concernentem, & indifferenter ad quamcumque personam ex parte rei, dum tamen subsit materia legis, patet quia mens, & ratio hujus legis fuit ne res exiret de familia, & ad extraneos perveniret: *ar. l. filiusfam.* §. *dum, ff. deleg.* 1. *& l.* 1. §. *si rem, ff. si quid in fraud. pa. cum igitur mens, l. se indifferenter habeat ad quemcumque possidentem*: dum tamen sit extraneus, igitur & ipsa lex quia magis mens, legis quam ejus verba attenditur: *ut l.* 1. *cum ibi notatis per Ci. C. quæ sit lon. consuet.* Item, quia aliàs daretur faciliter occasio fraudandi legem, patet, quia quilibet dubitat de hac lege, vel consuetudine in alium rem cautelosè transferret, & sic fraus fieret huic legi, quæ debet evitari: *ar. l. cum hi.* §. *sed cum lis, ff. de transact. nec obstat* §. *sic itaque.* Quia ibi loquitur de conditione causata ex obligatione coram persona astringente, obligatio actionis hujus legis indiffetenter astringit quemcumque subditum isti legi, supposita tamen materia ipsius, ut prædixi, & infrà dicetur. Ex quo infero quòd si ista lex diceret quòd proximior possit rem retrahere ab emptore, tunc non datur actio contra alium quam contra emptorem, etiamsi rem habere desierit, ex quo fuit obligatus personaliter ex tacito consensu populi, & auctoritate legis ad rem dandam, & teneretur actione personali, & ideo licèt rem desinat habere, non liberatur: *ut in l. te. cum ibi notatis, ff. si cer. pe. & l. incendium, C. eod.* §. Item, subsidium tamen isto principali emptore non existente solvendo, vel nisi in fraudem non vendidisset, daretur actio contra rem possidentem: *ut l. planè* 2. §. 1. *ff. deleg.* 1. *& l.* 1. *cum ibi notatis per Ci. C. si vend. pig. aga.* sed quia ista lex indifferenter loquitur à quocumque possessore poterit res peti: *ut suprà dixi.* Et ad hoc quòd hic dicitur, quòd non solum habet locum retractus contra primum ementem, sed etiam contra quemlibet tertium possidentem, dubitatur cui debeat solvi pretium, an primò, vel secundò emptori: *& glos. determinat in l. si vi, vel metu, C. de his quæ vi me. & ibi Salic.* quòd solvendo secundò emptori gerit utiliter negotium primi cum secundus poterat pretium repetere à primò, & ideo cogitur habere raptum: *ut l. quæ utiliter ff. de neg. ges.* Item, quia licitum est debitori solvere creditori creditoris ubi aliter rem suam habere non potest: *ut l. solutum*, §. *solutam, ff. de pig. act.* vel etiam ubi creditoris sui intersit, licèt primò casu liberetur ipso jure in secundò ope exceptionis doli, legis si operam. Primò, emptori non potest solvi pretium invito. Secundò, quia jus excipiendi de persona primi emptoris transit in secundum: *juxta not. in cap. si quis in jus, de reg. jur. lib.* 6. *& ibi per Di. facit l. empt. ff. de rei vend.* Dubitatur quòd pretium debet reddi secun-

cundò emptori, an quòd ipse actor recepit à primò emptore, & an quòd reus solvit à suo venditore: *& Salic. post Bar. in alleg. l. si vi, vel metu, ff. de his quæ vi me.* tenent quòd si plus recepit primus emptor, quòd totum debet restituere secundò emptori, qui subrogatus est loco primi: *ar. dictæ l. empt. ff. de rei vend. & l. si in vendit. ff. de act. empt. & l. dolia, §. eum, ff. de contraben. empt.* Nam in tali casu venditor omne jus suum transtulit in emptorem, si tamen minus recipit, crederem quòd non tenetur retrahens solvere nisi primum pretium quòd primus emptor dedit venditori suo, per hanc legem ibi: dé el precio que costó, &c. Si verò possessor titulo donationis recepit rem ab emptore, potest excipere quòd restituere non tenetur, nisi pretium reddatur suo donatori, nam, & ad successorem ex causa lucrativa transit jus excipiendi: *ut not. Di. in alleg. l. si quis in jus.* Nam sibi licèt rem sibi donatam retinere donec impleta sit conditio redditionis pretij ipsi donatori: *ut not. Salic. ubi suprà.* Sextò quæro, quid si quis vendidit rem immobilem alicui consanguineo quartu gradu conjuncto, nunquid secundò gradu conjunctus poterit illam rem retrahere infrà terminos hujus legis. Et breviter credo quòd non, cum cessat ratio hujus legis quando venditur res conjunctæ personæ, licèt magis remotæ in gradu, quia non exit de familia, & sic cessat mens istius legis: *ar. l. adigere, §. quamvis, ff. de jure patro. & pro hoc induco l. filiusfam. §. cum pater, ver. sed si omnes, ff. deleg.* 1. *C. ut lite pend. vel post, l. unic. lib.* 11. Ex quo infero, quòd si primus emptor extraneus alicui de genere venditoris rem vendiderit, licèt remoto in gradu, quòd proximior in gradu non poterit illam rem retrahere ab isto ultimo emptore, licèt à primò posset, cum res devenerit ad eum cui potuit alienatio sine periculo retroactus fieri, & sine fraude hujus legis, & ideo per idem debet haberi ac si res ad istum ab initio devenisset: *ar. l. item veniunt, §.* 1. *ff. de peti. hæred. & l. nihil, ff. de cond. sine caus. sed circa hoc vide quòd dixi suprà in glos.* 4. mens ergo istius legis est (ut ita dixerim) quòd habet locum retractus à proximiore, cum res venditur extraneo ne exeat de familia. Item quæro, quomodo formetur libellus contra emptorem ex ista lege, & dico secundum Ray. quòd debet sic formari: Coram vobis domino Judice, &c. agit, & in jure proponit Petrus contra Martinum reum, seu contra quemcumque pro ipso legitimè comparentem, dicens, quòd dictus Martinus emit quamdam domum situatam in carreria tali, confrontatam sic, & sic, &c. & à Stephano, cujus ipse actor est consanguineus, seu germanus pro pretio centum librarum auri, quam domum dictus Stephanus venditor dicto reo tradidit, eumque in possessionem induxit, & cum de jure fori legum in toto Hispaniæ diutius observato, proximior de genere potest rem immobilem venditam per proximiorem suum retrahere infrà novem dies pretio restituto ipso emptori, & juramento præstito, quòd rem vult pro se, & quòd dolo non petit quòd pretium dictus Petrus dicto Martino obtulit, & nunc offert in judicio coram vobis. Undè cum dictus Martinus recuset dictam domum reddere, & hoc contradicit injustè, licèt super hoc pluries extiterit requisitus, petit, & supplicat dictus actor per vos dictum Judicem dictam domum avolengi, vel patrimonij esse actoris, & eam proximiorem ejusdem gradus, vel radicis declarari, & dictum reum condemnari ad dandum, & reddendum sibi prædictam domum cum omni jure dicto emptori ex dicta venditione quæsito, & in eo modo, & statu quo dictus reus prædictam domum habuit à dicto venditore una cum expensis, &c. Probatur iste libellus ex suprà dictis, & ex notatis per *Pet. Ja. in tit. de cond. ex consuet. & per Ci. in l.* 2. *C. quæ sit lon. consuet. §. deinde videamus, cum §. seq.* Item, rectè narratur domus confrontatio per ea quæ habentur *in l. forma, in princ. cum ibi notatis, ff. de censi. & in cap. significantibus, extra de libel. obla.* Item, rectè sequitur gradus consanguinitatis expressio, aliàs non valeret, cum ob istam causam sibi competit actio, quia est venditori propinquus in gradu sanguinis, aliàs res est sui patrimonij: *ad hoc l. peto, §. fratre, ff. deleg.* 2. Nec obstat, quia non narrat se propinquiorem in gradu, & sic non videtur valere ex forma hujus legis; quia dico quòd quamdiu non apparet alius proximior, cum sit idem judicium, & de his quæ non apparent non est curandum: *ff. de contraben. empt. l. in lege.*

Nec

Nec potest ex hoc excipere venditor, quia sic exciperet de jure tertij, quia non simplicitèr extinguit jus agentis, nisi per eum petatur infrà terminum istius legis, cum hoc jus habeat per modum permissæ facultatis, quo jure ipse adhuc non agit, & sic non debet audiri: *ff. si servi. vendi. l. loci corpus*, §. *competit*, *junctis notatis per Ci. in l. cum servum*, *C. de servis fugi.* Si enim haberet narrare se proximiorem, hoc habet probare, quòd esset valde difficile, imò impossibile, undè debet sufficere quòd proponat tale quid, ex quo benè, & probabilitèr conclusio inferatur: *ut l. ad probationem*, *& l. sivè possidetis*, *C. de probat.* Dicerem tamen, quòd licèt alius proximior lite pendente, cum primò vellet eam retrahere, excluderet eum, cum sibi primò loco competat jus agendi: *ut d. l. peto.* §. *fratrem*, *& l. quamdiu cum ibi notatis*, *C. qui admit. ad bo. pos.* nec debet condemnari in expensis primò agens venditori cum justam causam habuit litigandi: *ar. l. qui solum*, §. *etiam*, *ff. deleg.* 2. Quid tamen si prius agens jam rem avocasset ab emptore antequàm proximior ipse se opponeret infrà novem dies, tunc crederetur eo casu dari actionem sibi, non contra emptorem sed contra ipsum qui rem evicit: *per l. fi.* §. *licentia*, *C. de jure deli. ver. si verò hæredes*, *& l. posthumus*, §. *fi. ff. de inoffi. testa.* Item, rectè narrat in dicto libello rei traditio facta emptori, quia aliàs non posset conveniri ad eam dandam seu reddendam, si personam per traditionem non habuit: *ar. l. traditio*, *ff. de acqui. re. do.* Ex quo infero quòd re vendita, & non tradita, non habet locum ista lex cum res non sit extra familiam alienata, ex quo non fuit secuta traditio: *ut* §. *per traditionem*, *inst. de re. div. & in l.* 1. *C. de fun. do.* per hoc faciunt notata *in l. alienatam*, *ff. de verbo. signi. & Spe. tit. de jure emphiteo. q.* 95. Et idem dicerem si re vendita fuisset recisa per contrarium consensum per retraditionem: *ar. l. ex hoc edicto*, §. *si quis*, *ff. de alie. mu. judi. causa fac. & l. ab emptione*, *ff. de pact. junctis notatis per Spe. in dicto tit. q.* 96. Item, benè sequitur pretij oblatio *per l. Julianus*, §. *offerr. ff. de acti. empt.* Item, benè concluditur ad dandum, reddendum, &c. Sic enim habet concludi communiter in certis conditi: *ut in* §. *sic itaque inst. de acti.* Habet enim emptor necessario in proximiorem transferre omne jus in eo translatum per venditorem pretio exsoluto ut suprà dixi, & sic patet quòd teneret reddere seu dare: *ut alleg.* §. *sic itaque inst. de acti. & in l. verbum reddendum*, *ff. de verb. sign. & l. qui proprio*, §. *qui procurator*, *ff. de procurat.* tenetur tamen transferre omne jus quòd habuit, & non plus: *ut dicit dicta l. traditio.* Cum eo statu in quo erat res tempore quo rem emit, quia ad id tempus se refert ista lex ex quo disponit pretium datum restitui, & ideo si res esset diminuta in valore sine culpa, & dolo emptoris, non propter hoc diminueretur de pretio: *ar. l. si vendita*, *ff. de pericu. & co. rei vend. & l. id quoque*, satis tamen de æquitate posset dici oppositum: *ar. l. domum*, *ver. si verò*, *ff. de contrahen. empt.* Item, quæro an lex ista sit realis, vel personalis ex parte retrahentis, & quia de certa persona disponit, & certæ personæ jus tribuit, puta proximiori de genere, & contemplatione personarum, & generis principalitèr introducta est, igitur in hoc est personalis: *ar. l. jurisgentium*, §. *pactorum*, *ff. de pact. & l.* 1. §. *permittitur*, *ff. de aqua quot. & æsti. & in l. sed si plures*, §. *ad substitutos*, *C. de vul. & pu. substit. & in l.* 3. *de inter. & rele. & in l. fi. C. de usufru.* Et est etiam in rem, & realis ex parte rei, quoniam non disponit circa certam personam quæ possit præcisè conveniri, sed disponit generalitèr circa rem, ut possit retrahi, ibi dum dicitur: Hayala él, &c. & sic potest dici mixta *per l. qui in futurum*, §. 1. *ff. de pact. &* §. *quædam*, *inst. de acti.* attamen quia lex ista rem non afficit, nec jus in re constituit, & favore personæ principalius est inducta quoad effectum magis debet attribui personali: *per l. quia*, *ff. de sta. ho.* Et ideo ille solus poterit rem retrahere, qui habuit domicilium originale, vel proprium in loco ubi est consuetudo, vel ubi viget ista lex quia extra illum locum non posset, lex vel dicta consuetudo sortiri effectum: *ar. l. ex ea*, *ff. de postu.* Item, ille solus poterit conveniri qui est subditus territorio illius loci, quia extra territorium non potest lex vel consuetudo ligare: *ut l. fi. ff. de jurisd. om. judi. & cap. fi. de const. lib.* 6. Si tamen emptor,

tor, & proximior essent de illo territorio, licèt res esset extra territorium, nihilominus posset emptor efficacior conveniri in illum territorium, & in loco domicilij, & fiet executio per judicem loci ubi res est: *ut in l. magis puto*, §. *illud*, *ff. de rebus eo. & in l. cum unus*, §. 1. *ff. de bo. auct. ju. po.* Quia tunc extenderet dumtaxat ad res sui territorij non habita personarum distinctione, non autem ad aliàs, & ad hoc induco notata *per Ci. in l.* 1. §. *juxta hoc*, *C. de sum. Trin. & de prædijs mino. l. si prædium, & per Inno. in cap. postulasti, extra de for. compe. & in cap. pastoralis*, *de privil. & per Henr. in cap. cum venissent*, *de eo qui mit. in posses. facit ad hoc*, *l.* 2. *C. de prædijs navi. lib.* 11. *& l. forma*, §. *qui verò*, *ff. de censi.* Dicerem tamen in casu istius legis emptorem posse conveniri ubi res est, licèt alibi domicilium haberet, cum ista actio persequatur rem, & sit in rem scriptam. Ad hoc induco ea quæ notantur *in cap. ex parte, super verbo*, *& in eadem diœce. de for. compe. & in l. quòd legatur, in fi. ff. de judi.* licèt hoc reputo satis dubium. Item quæro, quid si contractus fiat extra territorium, ubi est lex, vel consuetudo, & res sit infrà territorium, & personæ contrahentium sint de illo territorio, videtur non habere locum, lex vel consuetudo, quia cum ista lex concernat causæ decissionem, debet inspici locus in quo contractum est: *ut l. si fundum*, *ff. de evict. junctis notatis per Ci. in alleg. l.* 1. *C. de sum. Trin. & in* §. *vidimus qualiter*. Breviter dico, quòd si agat contra emptorem per proximiorem qui est de territorio ubi est consuetudo, vel ubi ista lex viget, etiam in foro illius territorij judicabitur secundum hanc legem quia jus super quo contenditur, est ex quadam necessitate, vel facultate circa rem, & ideo non inspicitur locus contractus, sed locus domicilij partium, vel ubi res est: *ut ff. de adm. tut. l. sine hærede*, §. *Lucius*, *& not. per Ci. in l.* 1. *quæ sit longa consuetudo*, *q.* 2. Item, quia jus retrahendi non nascitur ex contractu, sed potius ex auctoritate consuetudinis, vel istius legis, ut suprà dixi, igitur non inspicitur locus contractus per ea quæ dixi in proxima quæstione. Ex quo infero, quòd si advena contrahat in civitate ista, quòd non ligatur ista consuetudine, vel lege, quia non obligatur ex vi contractus, cum non nascatur ex eo jus retrahendi, ut prædixi, nec ex vi istius legis, sivè consuetudinis, quia non potest ligare forensem: *ut c. ut animarum*, *extra de constit. lib.* 6. maximè si ignorabat hanc legem vel consuetudinem dum contraxit in dicta civitate. Item quæro, quid si inter emptorem, & venditorem moveretur controversia judicialis super annullanda venditione rei, & durat lis per annum à tempore venditionis, & emptor obtinet in causa, nunquid poterit proximior retrahere, & videtur quòd non, quia lapsus est terminus legis, vel consuetudinis: *pro hoc l. ait prætor*, §. *avus*, *ff. quæ in fraud. cred. & l.* 2. *C. de edi. edic.* Dico contrarium, quia contra illum non potest currere præscriptio, quia impeditus est agere impedimento facti, vel juris: *ut C. de anna. except. l.* 1. *in fi. cum notatis per Ci. in l. quotiens*, 4. *q. C. de præci. Imper. offe.* modo proximior hic erat impeditus retrahere quamdiu venditor litigabat super recuperatione rei, cum ipse esset in hoc potior, igitur, &c. *ar. l. quamdiu*, *C. qui admit. ad bon. pos. po.* ergo idem est judicium de his quæ non sunt, & incerta sunt, an sint, vel non sint: *ff. de contrahen. empt. l.* 3. *& in l. de statu*, *ff. de test.* ergo cum hoc sit incertum, an duret venditio propter litem: *ut in l. quòd debetur*, *ff. de pecul. nullatenus currit præscript.* ac si venditio non fuisset celebrata. Item, quamdiu durat hæc lis, non competit efficaciter proximiori jus retrahendi, ideo agendo repelli potest, igitur non currit sibi præscriptio: *ar. l. cum notissimi*, §. *illud*, *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*, *& hoc videtur Ci. senti. in l. contra majores*, *C. de inoffic. testam.* Licèt casus quem ponit sit minus dubius, cum re non tradita emptori non vendicat sibi locum ista lex, vel consuetudo ipso modo, ut suprà dixi, nec obstant contraria quæ habent locum in venditione facta liquidè, & non in dubium revocata: *nec obstat l. ille à quo*, §. 1. *ver. finge*, *cum ff. ad Trebel.* ubi videtur expressum debet proximiori imputari, si vincenti non providet sibi retrahendo, quia ibi impedimentum proveniebat ex facto obligati, hic verò ex facto tertij. Item quæro, nunquid proximior retrahens teneatur restituere emptori ne dum pretium, imò, & expensas factas actione emptionis, & rei emptæ. Dic quòd ad

ad sumptus necessarios, vel utiles tenetur, ad voluntarios non secundum ea quæ habentur *in l. debet, de edi. edic. & l. evicta, C. de evict. & l. in tantum, ff. de libe. caus. & ff. mand. l. idemque, §. item Labea, & l. in fundo, cum ibi notatis, ff. de rei vend.* Item quæro, an proximiori retrahenti debeant fructus percepti per emptorem restitui, & à quo tempore. Et videtur quòd omnes fructus percepti à tempore alienationis debeantur: *ff. si quid in fraud. pa. l. in familia, ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. ex die.* Item, quia ubi peto rem quæ fuit ejus, à quo causam habeo veniunt fructus à tempore more: *ut l. videamus, §. si actionem, cum ibi notatis, ff. de usuca.* modo hic proximior habet causam à venditore consanguineo suo, qui fuit dominus rei, igitur, &c. Pro hoc casus *in l. si is qui, §. fi. ff. de acqui. re. do.* his non obstantibus, dico venire demum à tempore litis contestatæ cum iste proximior retrahit rem quæ non est sua, nec unquam fuit: *ut in §. si actionem, cum ibi notatis jam alleg. & in l. in hac, cum ibi notatis in fi. magnæ glos. ff. de triticaria.* Item, quia ubi creditores qui tractant de damno vitando revocant alienata in fraudem, & veniunt fructus à tempore litis contestatæ: ut tenent *Ja. de Rav. & Ci. post eum, in l. vinum, ff. si cer. pe. q. 5. ubi movet eam, non obstat l. infabiana*, quia speciale est in ea cum habeat instar *pet. hæred. ut in §. sed nostra, de success. liber.* Nec obstat tertium, quòd habet verum quando agens habet causam à domino per viam cessionis, proximior autem non habet hic causam à venditore, sed potius à consuetudine, vel ab ista lege: *& pro hoc l. mulier, §. si hæres, ff. ad Trebel. nec obstat l. si is.* Quia ibi creditor non habebat jus ex causa emptionis, nec plenum jus, seu perpetuum, sed potius ex causa debiti, & ideo debito soluto plenè satisfit sibi, undè totum quicquid habuit in re creditori restituit. Et est hujus dicti ratio, quia lex seu constitutio municipalis si disponit in modum præcepti, vel inhibitionis vetando, vel præcipiendo, seu certam formam in agendis dando, non valet, nec porrigit vires suas ad forenses, seu extraneos, & hoc verum, nisi talis lex seu statutum fuerit approbatum per Papam: *ut cap. benè quidem, 96. dist. & cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ hic alleg.* Clericus enim est extraneus respectu statuentis: *ut c. quòd Clericis de foro compet. ubi hoc not. Abb. de Cecilia, non obstat cap. 1. de no. ope. nunc. nec id quòd not. Bart. in repet. l. cunctos populos, C. de summ. Trinit.* quia in dicto capit. denunciatio novi operis non afficit personam, sed rem, & ibi approbatur illa lex per Papam, & opinio Bar. habet locum quando lex civilis disponit in modum contestationis, vel privilegij, non arctando, præcipiendo, vel vetando, nec certam formam in agendis dando: & intelligitur *cap. cum venissent, de eo qui mit. in posses.* Extenduntur enim leges in favorem Clericorum, non in eorum præjudicium, sic concludit Lupus suo *alleg. c. cum alleg. seq.* nam legibus Imperatorum utuntur quando adjuvant, & non offendunt: *10. dist. cap. 1. & cap. si in adjutorium, not. Host. in sum. tit. de const. §. item Imperator.* Est & alia ratio, quia in foro Ecclesiastico leges, seu statuta quæ tendunt ad litis decissionem, non ligant Clericos: hoc tenet *Spec. in tit. de disputationib. advo. §. porro, ver. sed nunquid, & notabiliter per Host. Jo. An. in novella, in c. fi. de solut. & Pet. de Ancha. in regul. ea quæ fiunt, q. fi. & in cap. canonum, de const. & in alleg. c. 1. de nov. oper. nunc. in fi. & Dominic. de Sanct. Gemin. in cap. fi. de offic. deleg. lib. 6.* leges ergo, & statuta privilegiativa, & favorabilia extenduntur ad Ecclesiasticas personas, non arctativa, nec præjudicialia: *not. 15. q. 1. generaliter, & in cap. convenior 20. 8. & sic concludit Abb. de Cecil. in repet. cap. Eccles. Sanct. Mariæ, de const. & in alleg. cap. quòd Clericis, & hoc idem vult concludere Jo. Cald. in suis consilijs, tit. de const. consilio 11.* Ad suprà dicta tamen videtur obstare quòd notat *Abb. in alleg. c. Eccles. Sanct. Mariæ 8.* quæ concludit, quòd lex civilis ubi potest se habere ad commodum, & incommodum Clericorum, non potest dici præjudiciale, exemplificat in inventarij confectione, & in alijs legibus non contradicentibus canonibus, quem vide. Item quæro, nunquid ista lex liget Clericum ementem, ut possit ab eo res retrahi: Ci. videtur sentire quòd sic, *in l. nec per servum, C. de hæred. inst. sed Ray.* tenet contrarium, quia ista lex rem ipsam non afficit, sed personam astringit ad restituendum illam rem: *ut suprà dixi:*

er-

ergo non potest ligare Clericum, nisi esset per Ecclesiam approbata: *ut cap. Eccles. Sanct. Mariæ, & cap. quæ in Ecclesiar. extra de const. cum simi. alleg.* ad hoc induco notata per *Innoc. in cap. verum, extra de foro comp. & in Spec. tit. de Cler. conjug. & per Ci. in l. 2. C. quæ sit long. consuetud. in q. antepenult.* Sed quæro, Clericus rem emit immobilem, & non solvit ejus tributum, vel collectam propter privilegium suum, post ea infrà annum, vel infrà novem dies proximior retrahit virtute hujus legis, Clericus vult detrahere quantum fuisset solutum nomine tributi, vel collectæ, si non habuisset privilegium, numquid possit: *not. de hæred. inst. l. neque.* Item quæro, quid si emptor est talis persona quæ ex privilegio non solvit collectam, nec tributum ratione rei emptæ, numquid proximior tenebitur sibi restituere quantum fuisset solutum per alium non privilegiatum ratione collectæ? *Ci. videtur sentire quòd non, per l. cum autem, §. fi. ff. de edi. edic. dic ut not. per eum in d. l. neque*, & credo quòd benè, quia ex quo nihil solvit, non videtur sibi obesse, & ideo non potest illud petere: *ar. l. planè, §. quòd si rem, in fi. ff. deleg.* 1. ad hoc induco notata per *Spec. tit. de expens. §. postremo, ver. quid si victor. & ver. seq.* Item quæro, an habeat locum lex ista cum proximioris res venditur per curiam pro satisfactione debiti, seu executionis sententiæ: *juxta l. à divo pio, §. inventione, ff. de re jud.* dico quòd non, quia ista lex loquitur quando ille qui est de genere vendit rem, ergo non habet locum quando vendit curia, cum ista lex sit tenenda in suis terminis per prædicta: *ar. l. 1. §. in re dubia, ff. de exercito.* Item, quia in venditione sic facta interponitur decretum, & judicialis cognitio: *C. de fi. instrum. l. 3.* ergo debet esse efficatioris auctoritatis quam ubi fit extrajudicialitèr, & spontaneè: *ar. l. ait prætor, §. permittitur, ff. de mino. pro hoc induco l. qui erat, ff. fam. hær.* Item quæro, quid si proximior incipit litigare contra emptorem suprà retractatione, & lite contestata mortuus est emptor hærede instituto, & rogato ut hæreditatem restituat Sejo, nunquid hæreditate restituta Sejus poterit prosequi litem contra emptorem jure defuncti proximioris? Teneo quòd non, quia per confusionem fuit extructum jus retrahendi in personam hæredis rogati, & per consequens lis contra eum inchoata: *ut l. 2. §. si debitor, ff. ad l. Falc.* igitur non potest transire in fideicommissarium per restitutionem: *ut ff. de serv. urb. præd. l. si quis edes, ff. ad Trebel. l. deducta, in princ.* & pro hoc videtur casus in ratione *in l. si res alien. in princ. ff. ad Trebel.* maximè cum iste fideicommissarius non tractet de damno vitando, & consuetudo, & ista lex sit contra jus commune, aliàs forsan posset petere per *dict. l. deducta, in fi. primi responsi.* Item quæro, an habeat locum ista lex in usufructu rei suæ venditæ? Et videtur quòd sic, quia usufructus continetur appellatione rei: *ff. si cer. pe. l. 1. de adult. l. si postulaverit*, igitur habet locum in usufructu, cum dicatur res immobilis. Sed dico contrarium, quia per venditionem usufructus non exit res de genere: nec sit perpetua rei alienatio, quia morte finitur, & multis alijs modis, & proprietas remanet penes venditorem: *ut inst. de usufruct. in princ. & §. finitur*: igitur cessat ista lex cum cessat ejus ratio: *ar. l. quòd dictum, ff. de pact.* Item, quia ista lex est contra jus commune, & odiosa, ergo restringenda quia odibilis: *ar. l. cum quidam, ff. de lib. & posthu.* Item, quæro à quo tempore incipiunt currere dies isti qui dantur ad retrahendum, an à tempore venditionis vel traditionis factæ de re vendita? Et videtur quòd à tempore venditionis, *per text. hujus, l. ibi: Del dia que fuere vendida.* Alij dicunt contrarium, quòd imò à tempore traditionis dumtaxat quia ratio istius legis cessat ante traditionem, quòd patet, quia ante non exit res de genere, vel familia, nam ante traditionem non transfertur dominium, nec videtur res alienata: *ut l. traditionibus, C. de pact.* ergo cessare videtur hæc lex: *ar. l. 1. C. quæ sit lon. consue.* Item quia jus retrahendi competit à tempore traditionis, ut suprà in libelli formatione: igitur ab illo tempore demum currit hoc tempus, cum ante non possit agi: *ut l. 1. in fi. C. de annunc. excep.* pro hoc videtur casus in ratione: *ff. solut. matrim. l. de divisione.* Non obstat verbum fuere vendida, quia intelligitur cum effectu: *ar. l. 1. §. hæc verba, & §. quòd quisque juris*, hæc est opinio Ray. ubi suprà, sed ego nolo à verbis textus deviare. Item quæro, quid si venditio fuit conditionalis, qui-

dam dicunt quòd currit tempus à tempore venditionis factæ *per l. 1. §. biduum, ff. quando appel. sit Ray.* tenet contrarium, quòd imò currit à tempore existentis conditionis, per dicta in proxima quæstione, & ad hoc induco : *l. 1. §. agnus, ff. quando ac. de pec. est an. ff. de admi. tut. l. tutores qui tutelam, §. fi.* Cum enim non possit agi nisi demum existente conditione per emptorem pro hæreditate contra venditorem : *ut l. bovem, §. si sub conditione, ff. de edi. edic.* Quomodo poterit emptor conveniri, qui rem non habet, nec habere potest à proximiore, ut eam restituat, non est possibile: *ut l. traditio. ff. de acqui. re. do.* pro hac parte etiam facit : *l. prætor. in princ. ff. vi bo. rap. non obstat, §. biduum.* Quia ibi appellatio potest interponi efficax conditione pendente, & habet materiam sufficientem appellatio, quia gravamen jam illatum est sub conditione sententiando, cum de jure fieri non deberet, ut ibi, & ideo non mirum si currat tempus à die latæ sententiæ, secus hic, quia pendente conditione non est venditio efficax, nec res est penes emptorem, & sic non potest ab eo evocari, ideo non obstat. Item quæro, quid si proximior in gradu, ut filius emancipatus, vel alius qui potest juste propter ingratitudinem successione privari, est ingratus venditori justa causa ingratitudinis proveniente ex culpa ipsius proximioris, an poterit recuperare rem vigore istius legis videtur quòd non, quia talis ingratitudo repellat eum à successione defuncti : *ut in §. causas, in auct. ut cum de appel. cognos.* Ergo ab ista retractione repellitur, cum argui possit de actibus inter vivos ad contractus defunctorum, & è contra : *ff. de leg. 1. l. servum filij, §. qui chirographum, ad hoc, l. ex parte, ff. de adi. le.* Sed dico contrarium, quia contra voluntatem expressam, & tacitam venditoris admittitur proximior ex dispositione istius legis ad retrahendum. Item, quia hæc retractio vel advocata venditore nec quòd est ipsius ex titulo lucrativo, sed ex titulo oneroso, quia oportet pretium restitui, ut hic igitur nihil obest ingratitudo. Item, quia est inventa hæc retractio in favorem generis, non propter venditorem, nec in favorem ipsius, ut suprà dixi, igitur non repellit ingratitudo istum proximiorem : *ad hoc, l. 3. ff. de inter. & re-le. & l. si patron. in princ. ff. ad Trebel. & l. familiaria, cum l. sequenti, ff. de religi.* Item, quia nec ingratitudo repellit à successione ab intestato: *ff. undè cognat. l. cognatis.* Non obstat contrarium, quia non est bona similitudo hoc casu de successione ex testamento ad hunc casum, quia licèt hic casus specialis repellat à successione ab intestato : *ff. undè cogn. ex testamento*, expressa justa causa ingratitudinis tali ex qua potest exhæredari, tamen lex generalis est pro parte opposita, quæ non repellit quem ab actu sibi competenti de jure communi propter ingratitudinem, & ideo non mirum si non stetur hoc casu voluntati legis specialis, cujus ratio hoc casu non vendicat sibi locum, ut prædixi. Item quæro, utrum illa quæ dicta sunt in filio ingrato habeant locum in filio spurio, ut vigore istius legis admittatur ad retractationem ? Dicerem quòd sic, per ea quæ dixi suprà proxima quæstione pro quo etiam facit quia de jure naturæ ita benè dicitur filius spurius sicut alius : *ut in §. novissimè inst. ad Orphic. faciunt notata per Cal. in c. tanta, extra qui fil. sunt leg. facit l. jura sanguinis, ff. de pact. & istius opinionis fuit Guil. & Pet. Bella per.* licèt alij sunt in opinione contraria, unum tamen credo, quòd alio concurrente qui non esset spurius præferretur, ut dixi in proxima quæstione, pro quo etiam facit, quòd non vigore successionis, sed generis, & parentelæ, & aliorum plurimum quæ ex suprà dictis possunt colligi fit iste retractus, & sic servatur. Item, per hanc legem ibi dum dicitur : En igual grado : determinatur hodie dubia quæstio Doct. quam Ray. determinat *in alleg. l. duo.* Quid si duo sunt æquales in gradu, & unus recuperavit ab emptore tanquam proximior, alius vult habere partem ab eo, an possit ? Et videtur quòd non, quia hæc retractio habet effectum emptionis, sed si emisset non posset alius partem habere : *ut suprà dictum est, ergo, &c.* Item, quia sunt pares, ergo debet esse melior conditio occupantis : *ff. de verb. oblig. l. si servum, §. sequitur, in fi. ff. de pig. l. si debitor, & ff. quæ in fraud. patro. l. pupillus, ff. de procur. l. pluribus.* Item, non potest retrahere à proximiore, quia sibi par, & ut ab extraneo nullo modo. Item, quia sibi potest negligentiæ culpa imputari, quia

quia non fuit rem prosecutus: pro hoc *C. de rei vend. l. quotiens*, *ff. deleg.* 2. *l. cum quidam*, *in fi. de re jud. l. inter eos*, *cum simi.* & *l. si Titio*, *aut Sejo*, *deleg.* 2. & *l. si non*, §. 1. *ff. de bonis auc. ju. po. de mino. l. si mulier*. Sed contra hoc est iste textus, quia habent parem causam, & jus, & sic pariter admittantur ex post facto, & ab initio. Item, quia ista lex dicit proximior indefinitè, ergo idem ac si universaliter. Pro hoc §. *si plures*, *inst. de legi. ag. succe. ff. de inoffic. testam. l. Papinianus*, §. *si filius*, & *de damn. infec. l. si finita*, §. *si plures*, & *l. peto*, §. *fratre*, *cum glos. ff. deleg.* 2. Sed certè ista lex videtur determinare, quòd si plures æqualis gradus concurrunt in petendo rem sui patrimonij, vel avolengi, habet locum quòd hic dicitur. Si autem par in gradu petat, & alius nollit, vel sit absens, obstat tunc absenti, vel nolenti præocupatio, ut in secundò responso hujus legis, æquales ergo in gradu admittuntur, ut hic, si volunt, & petunt, sicut est in successione, & in tutela: *ut in dicto* §. *si plures*, & *C. de legi. tut. l.* 2. Dico tamen, quòd & si omnes partem habeant in re revocanda, sicut sunt pares in gradu, attamen ne in plures distinguatur qui cum uno contraxit, & ratione evitandæ confusionis, quæ posset contingere si omnes simul agerent, videtur quòd debent inter se conveniri, ut unus agat pro omnibus, vel si non conveniunt, tunc Judex poterit idoniorem eligere: ad quòd induco *l.* 1. §. *fi. cum l. seq. ff. de exerc.* & *ff. de jud. sol. l. is autem*, §. *fi. C. de eroga. mil. l. jubemus*, *circa fi. lib.* 12. *ff. de accus. l. si plures*, alij autem possunt assistere si velint, ne colludat: *ut in auct. nunc hæres*, *C. de legit.* & hæc vera possunt dici de æquitate, attamen de juris rigore ex quo quilibet est habiturus emolumentum partis rei, & habet jus ad rem pro parte, videtur quòd quilibet potest agere pro se, & procuratorem constituere, vel omnes simul: *ff. de procur. l. si quis*, §. *unius litis*, & *l. is autem*, §. *fi. regulariter namque*, in causa propria non cogit quis per alium litigare, & ideo mandatum ab initio est voluntarium: *ut l. sicut*, *C. de act.* & *obli. ad hoc C. de consor. ejusdem litis*, *l.* 1. Quid ergo dicendum. Ego concludo primam partem esse veram: *per l. quòd si nolit*, §. *si plures*, *ff. de edi. edic.* ubi reputo casum in ratione, iniquum namque foret quòd iste qui bona fide emit rem, & solvit simul totum pretium, cogeretur restituere rem per particulas, & recipere particulas pretij, & invitus incedere in communionem: ad hoc *l. planè*, *ff. fam. hærc.* & *l. si non sortem*, §. 1. *ff. de cond. inde.* beneficium namque legis debet intelligi sine damno tertij: *ff. de le. præstan. l. si emancipati*, *in fi.* & per hoc patet solutio ad contraria. Item, determinatur per hanc legem alia quæstio, quid si proximior renunciavit juri retrahendi, nunquid sequens in gradu poterit retrahere, & admittere? Et dicunt quidam quòd sic, quia ubi agitur de revocatione totius testamenti admittitur: *ut l. si bi qui*, & *l. si non mortis*, §. *fi. ff. de inoffic. test.* igitur, & hic cum agatur de minori præjudicio. Item, quia in successionibus ab intestato admittitur sequens in gradu: *ut ff. de succes. edict. l.* 1. §. *qui semel*, igitur & hic cum sit par ratio: *ar. l. pe. C. de le. cum ibi notatis per Ci.* Item, quia æquiparantur in jure aliquem non posse admitti, quia mortuus est, vel quia renunciavit: *ut ff. de bon. pos. l.* 4. §. *fi. cum l. seq.* modo hic sequens admitteretur sine dubio, si primus non viveret, igitur & hoc casu: *ar. l.* 2. §. *fi. ff. de succes. edic.* & *l. peto*, §. *fratrem*, *vers. vectum*, *ff. deleg.* 2. Sed licèt ista opinio sit de jure firmata, ista tamen lex determinat quòd sequens non admittatur, & hoc propter odium legis, quia exorbitat à jure communi: *ut suprà dixi.* Sed quid si proximior fuit exclusus per lapsum novem dierum, nunquid sequens admittetur? Et hic determinatur quòd non, ibi: Otro pariente no la pueda demandar, &c. Et est ratio, quia aliàs sequeretur quòd tot possent esse proximi qui possent ad centum annos retrahere, si cuilibet in gradu suo darentur novem dies, vel annos de consuetudine, quòd esset inconveniens, & contra mentem hujus legis, & hoc videtur sentire *Ci. in l. manifestissimi*, *C. de furtis*, §. *sed eum in secunda.* Item, determinatur per hanc legem alia quæstio, si proximior vult extraneo jus retrahendi cedere, quòd non admittatur: & hæc tenet *Ci. post Pet. in l. ad officium*, *C. commun. divi. per l. si mulier*, §. *ex asse. ff. de jure do.* Alia autem quæ mere personam alicujus concernunt, & favore personarum contra jus communi-

riente que quiere la heredad que es à otri vendida, déle el precio (*a*) que le costó, è jure que la quiere para sí, è que no lo

mune inducta sunt, non possunt ad alium transmitti, etiam virtute cessionis: *ff. de admin. tut. l. ex pluribus, junctis notatis per Ci. in l.* 1. *C. de jure do.* Hinc est quòd actio injuriarum secundum communem opinionem cedi non potest: *ff. de injurijs, l. injuriarum, & C. de hæred. vend. l. fi. cum ibi notatis per Ci.* modo jus retrahendi est merè personale, & contra jus commune delatum per modum permissæ facultatis contemplatione certarum personarum, & generis: *ut suprà dixi, ergo &c.* Item, quia jura quæ ratione sanguinis alicui competunt, nullo modo possunt transferri in extraneum: *ut l. si operarum, ff. de oper. liber. & l. si patroni filius, in princ. ff. ad Trebel.* maximè quia per hoc pararetur magnum præjudicium alijs sequentibus in gradu, si primus cum vellet cedere posset, ex quo infero, quòd jus retrahendi non transmittitur ad hæredem extraneum per jam dicta: *ar. l.* 2. §. *ita tamen, ff. de hæred. vel act. vend.* sicut nec transmittitur jus succedendi: *ut l. emancipata, C. qui admi. ad bon. posses. pos. & in l. fi.* §. *in novissimo, C. de cadu. tollen.* Item, quia est privilegium personale: *ar. l. hæredes, cum ibi notatis per Ci. C. ad Vellej.* & hoc verum nisi proximior in vita jam retraxisset, vel nisi iste proximior esset solus in genere venditionis, quia tunc extraneus forsan posset in jure defuncti: *ut l. qui solidum*, §. *pe. ff. deleg.* 2. vel saltem litigare incœpisset suprà contractu, quia tunc transmitteretur successionis necessitate magis quam ex provisione hujus legis: *ar. l.* 1. §. *non solum, ff. ut lega. not. cap. & l. posthum.* §. *fi. ff. de inoffic. test.* Item, determinatur per textum istius legis, quòd jus retractus non habet locum in permutatione. Et est ratio, quia ista lex est odiosa, & contra jus commune: ergo non extendenda ad permutationem: *ut in l. quòd verò, ff. de leg. & in l. constitut. ff. ad muni. ut not. per Ci. in l.* 1. *C. quæ sit long. consuet. in* 4. *opinione, pro hoc l. si pupillorum* §. *si prætor, ff. de rebus eod. & l. fi. C. de prædijs curi. lib.* 10. Item, quia ista lex habet quòd restituatur pretium, quòd non potest cadere in permutatione, non obstante quòd permutatio est similis venditioni: *ut infrà tit.* 1. *l.*1. *& C. de re. permut. l.* 2. & quòd habet locum eadem ratio, ne res exeat de familia: ergo idem jus, &c. Quia ista contraria habent jus in his quæ sunt secundum jus commune, & non includunt odium: ad hoc quòd *not. Ci. in l.* 2. *C. de patr. qui fi. distra. q.* 2. Item, nota circa hanc legem, quòd in eo quòd hic dicitur in fine dé el precio que costó: nota, quòd extra judicium requiritur oblatio, & consignatio, in judicio verò sufficit sola oblatio: *ut l. si rem*, §. *fi. ff. de pig. act. ut refert Bal. in l.* 2. *C. de commun. serv. manu.* Item nota, quòd si quis habitat in loco ubi res venditur, non potest ignorantiam prætendere: ut est expressum in ordinatione Regis Henr. I. in Tauro, peti. 10. quòd credo verum, nisi occultè fiat venditio, quia tunc præsumitur ignorantia: *ut in cap. præsumitur, extra de reg. jur. lib.* 6. *cum suis concord.* Item, si fundus retractus est post mortem emptoris, an pretium censeatur mobile, vel immobile: *not. de collat. l. eadem, in fi.* Ultimo nota, quòd qui prohibetur alienare partem suam, non videtur prohibere alienare partem quam redemit: *ut l. pater filium*, §. *quindecim, ff. deleg.* 3. Sed quæro, nos habemus quòd quando res emphiteotica venditur, dominus potest eam retinere si vult: *ut C. de jure emphiteot. l. fi. & extra de locat. c. potuit.* Nunc proximior vult retrahere rem emphiteoticam venditam virtute hujus legis, quæritur quis præferatur, an dominus istius legis: *& Guil. ut refert Bal. in l. Imperator: aliàs incipit si creditores: ff. de pact.* quòd præfertur dominus privilegio conjunctorum: *ut ff. solut. matrim. si cum dotem*, §. *fi. & de pecul. l. ex facto.* Et est ratio secundum eum, quia ista lex generalis non vincit privilegium speciale dominorum, &c. *ut ibi per Bal.*

(*a*) De el precio. Si ergo non offerat pretium, libellus non procedit ad retrahendum rem: *ut hic, & l. si vi, vel metu, C. de his qui vi metu, & l. Jul.* §. *offerri, ff. de act. empt. & l. qui hæred. ff. de cond. & demonstr.*

face por otro engaño.

Ley XIV. Como debe dar fiador el vendedor que lo prometió, ò jurar que lo no puede haber, è tornar la señal.

QUando alguno tomáre señal, ò parte de precio (*a*) de qualquier cosa que venda, è pusiere Pleyto (*b*) con aquel de quien rescibió la señal, que dará fiador, ò prenda: è si despues no le pudiere tal fiador haber (*c*), è juráre que no lo puede haber, que cuidaba que quando fizo la vendida quel habie, tal vendida como esta sea desfecha, è tornele la señal, ò la parte del precio, si no quisiere, à su ventura rescibá aquella compra.

Ley XV. Como es tenudo el vendedor de dar la cosa que vendió al comprador.

EL vendedor despues que la vendida fuere cumplida (*d*) derechamente, sea tenudo de dar la cosa (*e*) que vendiere aquel que la compró, si la pudiere haber:

(*a*) QUANDO, PARTE DEL PRECIO. Et sic nota quòd ista lex loquitur, tàm in venditione imperfecta datione à re, quàm imperfecta per partem pretij: *ut suprà eod. tit. l. 2. in fi. cum ibi notatis*, *ex quo not. quòd l. non iccirco*, *C. de contrah. empt.* loquitur quando non est actum inter contrahentes, quòd detur fidejussor de evictione, vel quando est actum, & emptor renunciat huic pacto, cum in favorem sui sit appositum: *ut hic*, *& in fi.* & nisi factum esset inter partes quòd daretur fidejussor de evictione non tenetur ad hoc venditor: *ut C. de evict. l. empt. & ff. de præto. stipul. l. 1. §. stipulatio.*

(*b*) PUSIERE PLEYTO. Et sic nota, quòd conditio voluntaria, & possibilis suspendit contractum usque in conditionis eventum: *facit inst. de ver. obli. §. sub conditione*, *& §. seq. & not. Henr. in cap. si conditiones*, *extra de cond. appo.* & hoc etiamsi contractus sit perfectus, ut hic, quòd est notandum.

(*c*) NO LO PUDIERE HABER. Et sic nota ex hac lege, quòd difficultas impedit moram committi in obligatione faciendi: *ut l. quòd te*, *cum ibi notatis*, *ff. si cer. pe.* Idem etiam in obligatione dandi, si species debeatur: *ut ibi*, *& ff. deleg. 1. l. cum servus*, *& l. cum res*, *in princ.* Si autem quantitas debeatur, dubitatur per Doct. *in alleg. l. quòd te*, *ubi vide latè per Bal. & Salic.* & intelligo quòd in casu hujus legis difficultas impedit moram, quando difficultas stabat tempore contractus, vel postea supervenit sine venditoris dolo, vel culpa, secus si ejus dolo, quia tunc præcisè compelleretur fidejussorem dare, ut promisit: *ut in dicta l. quòd te, not.* vel culpa dolo proxima: *ar. ff. deposi. l. quòd nerva*, *& depræca. l. quæsitum*, *§. illud*, *& ff. si mensor. fal. mo. di. l. 1. §. 1. quòd est menti tenendum.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 36. de la 5. Partida, tit. de las compras, è ventas, que dice, que el vendedor es tenudo de facer sana la cosa vendida, ò tornar el precio con todos los daños, è menoscabos que vinieren al que la compró, excepto en ocho casos, en los quales no es obligado de dar la cosa vendida, ni la facer sana: è la Ley 27. del dicho tit. añade mas casos: vey la Ley 32. del dicho tit. que pone como los vendedores son obligados de facer sanas, è de paz las cosas que venden, è cómo el comprador le ha de requerir que gela faga sana, y en qué tiempo.

(*d*) EL VENDEDOR, CUMPLIDA. Pretio, scilicèt, & scriptura facta: *ut suprà eod. tit. l. 3. & ibi dixi.*

(*e*) DE DAR LA COSA. *Ut l. si condit. C. de act. empt. & vend.* & si contumacia tradere voluerit, vel alij alienaverit, tenetur ad interesse quanti emptoris interest: *ut ibi*, *& in l. qui tibi*, *C. de hæred. ven.* Potest etiam compelli venditor præcisè ad tradendum rem emptori, si illam habet, vel habere potest: *ut ff. de act. empt. l. ex empto*, *in princ.* quia aliud pro alio in-

invito emptore solvi non debet: *ut l. 2. §. mutui, ff. si cer. pe. & hoc tenet Ci. in alleg. l. si traditio, l. ergo*, ista sanè intelligeretur, si res non culpa, vel dolo venditoris ante traditionem non potest haberi. Et juxta hoc nota, quòd venditor tenetur tradere rem liberam emptori, & ideo, si erat obligata antequam traderet, potest agi ut liberam tradat, & etiam post traditionem potest agi ut liberetur: *ut C. de evict. l. ex prædijs.* Sed de evictione agi non potest antequam evincatur: *ut ibi not. glos.* Item, nota circa hanc materiam, quòd datio in solutum similis est emptioni, sed non est propria emptio, & idem de solutionibus æstimationis: *quòd not. pro statutis, ut l. fi. ff. ex qui caus. impos. ead.* Item nota, quòd vendens fundum, fructus pendentes vendere censetur, quia unà cum fundo sunt: *ff. de his quæ in fraud. cre. l. si fraudator, §. fructus.* Item nota, quòd si vendo prædium, quòd ripa quæ est cum eo videtur vendi. Sed si vendo prædium, quòd dixi esse decem jugerum, non est ripa mensuranda: *de contrahen. empt. l. littora, & l. riparum, & ubi not. Bald. ff. de re. div.* In contrarium tamen facit *l. prædia, §. ita legatum, de fund. instru. nec obstat alleg. l. littora*: quia loquitur in littoribus maris quæ communia sunt. Ripæ autem fluminis sunt eorum qui prope ripam prædia possident: *ut in d. l. riparum.* Sed respondet ibi Bar. quòd prædicta non veniunt mensuranda, nisi sit dictum sicut dicimus in limitibus fundi, qui cohærent vijs publicis: *ut l. id quòd, §. 1. de pericu. & co. rei vend. & hoc secundum Bar. quòd limitat Bal. verum in d. l. riparum.* Si ripæ sunt publici fluminis, sed cum ripæ privatæ venduntur, mensurantur, quòd est verum, si tales ripæ sint ad aliquem usum, quæ enim nulli usui serviunt, non debent appretiari, quia nullius ad aliquid nulla est proportio. Item, & sæpes debent mensurari in terra illa ubi sunt sæpes per dictam rationem, quia veniunt in venditione. Item, non mensurantur fossæ aquarum licèt deserviant fundo, secus si sunt intra fundum: *ut l. prædia, §. ita, de fund. instruc. hæc per Bal. in alleg. l. riparum.* Item, quæro juxta hanc legem, an venditor, qui habet facultatem rei tradendæ, cogatur eam præcisè tradere? Et lege ista videtur quòd sic: *sed in glos. in l. unica, C. de sent. quæ pro eo quòd interest profe.* tenet quòd non, sed sufficit si præstat singulare interesse usque ad duplum æstimationis rei, nam satis est per hoc consultum actori: *ut l. 1. in princ. de act. empt.* & si illud interesse singulare non præstaret, tunc cogeret præcisè tradere: *glos. tamen inst. de emp. §. procul, in glos. quæ incipit: Cautè dicit tenet sup.* fortè quòd si venditor possidet, & tradere potest præcisè compellatur, & hoc per hanc legem quòd intelligit Bald. *in d. l. unica*: si commodè potest tradere, & si res non est subjecta evictioni, & de facili potest tradi, nam æquitas hoc dictat, quia ait prætor pacta servabo: *1. q. 1. qui studet, & est communis opinio.* Sed adverte ad unum secundum Bald. ubi suprà, quòd si venditor constituisset se præcario possidere, indubitanter tenetur præcisè ad rei traditionem, quia res est facta emptoris, dummodo sit satisfactum de pretio, alioquin non puto: *ut ff. de doli except. l. purè, §. si quadrante*, cum possit venditor retinere jure pignoris: *ut ff. de act. empt. l. Julian. §. offerri, & ff. de cond. inde. l. si non sortem, §. si centum.* Sed pone, quòd de venditione est factum instrumentum garentities, quòd habet paratam executionem, nunquid cogitur venditor ad tradendum præcisè? Dico quòd sic, quia habet vim sententiæ, & lata sententia venditor cogitur ad tradendum præcisè: iste est casus singularis, *ff. de rei vend. l. qui restituere, in fi. quòd tene menti*, & sic intelligitur alio modo ista lex. Sed an interesse possit peti sub alternatione, ut peto fundum mihi venditum tradi, & si non tradatur peto interesse? Dicendum est, quòd ista non est propriè alternativa, sed est quidam modus subjectivè agendi, & procedit libellus: *ut not. in l. 1. ff. de act. empt. facit quòd not. in simi. C. loca. l. conductores, & C. undè vi, l. non ab re.* Item nota, quòd interesse singulare potest probari per testes qui non sunt singulares, sed contestes æstimationis singularis interesse: & hoc vult *glos. in d. l. unica.* Sunt autem contestes quando sunt ejusdem peritiæ, & deponunt per eundem modum respectu peritiæ, undè si unus testis dicit: Ego secundum peritiam meam darem tantum, & alter ejusdem peritiæ dicit idem, & concordant, & satis probant, quia probatio stat in ratio-

ca si por aventura no la pudiere haber (*a*), no es derecho que sea costreñido de darle mas de la valia, ò tornarle el precio que rescibió del comprador, qual mas quisiere aquel que la compra.

---

tione conformi: & ita notant *Nico. Ma. & Ci. & Bar. ff. de ver. obli. l. continuus, §. cum ita, & Bal. in alleg. l. unica, C. de sent. quæ pro eo quòd in pro.* Item nota, quòd non solum venditor, sed etiam donator facta donatione tenetur vacuam possessionem tradere donatario: *ut not. ff. de don. l. in ædibus, §. fi.* sicut venditor tenetur ad hoc, si habeat facultatem, ut dixi: *facit inst. de empt. & ven. §. 1. ubi not.* & si non tradat, cum præcisè teneatur, jurabitur contra eum in litem, ne dolus ejus remaneat impunitus: *ut est text. notabilis, ff. de rei vend. l. qui rest. & not. per Bar. ff. rerum amo. l. si cum dos, §. 1. hoc not. Bal. in lib. feud. tit. si de feudo fuerit controv. inter dom. & agna. cap. si facta, ubi not. Bal.* quòd si quis rem suam successivè duobus vendat, qui prior est in possessione, licèt sit secundus in titulo, habet potiora jura. Nec unum omitto quòd est notæ dignum, quòd si uterque probavit de traditione, & non constat de tempore præsumitur res prius tradita priori emptori tanquam justiori: *ut not. Ja. de Are. & Ci. in l. quotiens, de rei vend.* quòd verum est quando uterque probat de numeratione pretij, sed si unus probavit de pretio, alter non, ei præsumo prius traditam rem qui pretium numeravit: *ut inst. de rerum divi. §. venditæ, not. Bald. in alleg. c. si facta.*

(*a*) NO LA PUDIERE HABER. Facit quòd dixi suprà lege proxima, quòd si venditor rem venditam habere non potest, cedat emptori ejus persecutionem: *ut notat glos. 1. in alleg. l. qui tibi, & in l. 2. §. pervenisse, cum ff. de hæred. vel act. vend.* Quid enim si emptori objiciatur de pretio per venditorem, & per emptorem de traditione rei venditori, quid sit faciendum: *vide per glos. & Bar. in alleg. si traditio.* Item nota, quòd emptor cui adhuc res vendita non est tradita, non potest impedire missionem faciendam contra venditorem: *ut not. Bar. in l. manifestissimi, C. de fur. per. l. is au. ff. de furt. & l. si stipulatione, ff. de acqui. pos.* Item, nota ad quòd suprà dictum est, quòd in dubio super finibus orto, agrimensor est deputandus: *ut cap. quia judicante, de præscript.* & mensurans tenetur de dolo, & de lata culpa, non tamen tenetur de negligentia: *ut ibi nót. glos. & Doct.* & datur dicta actio non in hæredem, sed hæredibus licèt regulariter secus: *ut ibi not. Ant. & est text. ff. de act. & oblig. ex contractibus, & l. fi.* libellum autem, & positiones in hac materia: *vide in Spe. tit. de parochijs, ver. & quia de limitibus.* Et nota unum modum probandi limites agrorum, scilicèt, per inspectionem oculorum: *hæc per Ant. in alleg. c. quia indicante, vide suprà de præscrip. l. 1. in fi. & est text. in l. si irruptionem, ff. finium regun. & de hoc vide c. ex litteris, de prob. & l. si quis, C. finium regun. & c. cum causam, de probat.* Item, nota incidenter ad hanc legem, quòd si vendo tibi domum usque ad talem domum, & dubitatur, nunquid domus illa cedit venditioni? Dicit Di. considerandam pretij quantitatem, utrum æquivaleat valentiæ possessionis venditæ, & domus, an non? Et primò casu privatur inclusivè, secundò casu non: *ar. ff. de rebus dubijs, l. utrum, §. quæsitum, & deleg. 2. l. qui solidum, §. 1. & ff. ad Trebel. l. nonnumquam, & ita not. per Di. ff. deleg. 3. l. patronus, §. 1.* Sic ergo ex quantitate pretij conjecturam voluntatis accipimus: *ar. l. semper in stipulat. ff. de reg. jur. notat Ci. in l. à caligato, C. de nupt. in fi.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 55. de la 5. Partida, tit. de las compras, è ventas, que dice, que teniendo dos hombres, ò mas alguna cosa comun, qualquier dellos puede vender su parte, caso que la cosa no sea partida: è puedela vender à su compañero, ò à otro estraño; pero si vendida, el que tiene parte la quisiere tanto por tanto, haya la cosa que à otro esté vendida, lo qual ha lugar antes que la cosa esté partida, ò sobre la particion movido Pleyto: porque despues de partido, ò movido el Pleyto, no la puede sacar, ni desatar la venta.

Ley XVI. Como el señor de la tierra debe haber la obra que en su tierra otri fizo.

QUien viña, ò casa, ò otra labor ficiere en tierra agena por haber parte en la labor, è ante que sea partido lo quisiere vender, ò despues, puedalo facer (*a*): mas si el señor de la tierra, ò sus herederos tanto por tanto lo quisieren comprar, sea tenido de lo vender à él ante que à otri.

Ley XVII. Como despues que la vendida fuere fecha, el daño, ò el provecho sea del comprador.

SI algun home vendiere casa, ò cavallo, ò otra cosa qualquier: è si despues que la vendida fuere cumplida (*b*), la casa ardiere, ò cayere, ò el cavallo se muriere, ò otro daño qualquier le viniere ante que lo haya rescebido el comprador, el daño sea de aquel que la compró, y el pro: otrosí (*c*), si en alguna cosa mejoráre la cosa vendida, y esto sea si el vendedor no alongó de dar

---

(*a*) QUIEN VIÑA, PUEDALO FACER. Et sic nota, quòd socius potest soliditatem rei communis pro indiviso vendere: *ut hic concord. l. falso, C. de commun. re. alie.* & hoc verum intelligo antequam communi dividundo judicium dictetur inter consocios: *ut ibi.* Idem etiam statutum est inter cohæredes: *ut l.* 1. *&* 2. *C. eod. tit.* Ultimo nota incidenter, quòd si finita locatione, conductor primus offert tantum quantum secundus, in locatione præfertur: *ut l.* 1. *C. de conductoribus, lib.* 11. *ex qua l. cum seq. not* quòd primus conductor, conductione finita, si in locatione offert tantum quantum alius, præfertur, si verò rem conduxerit in perpetuum, omni tempore est securus. Item, *in l.* 2. *eod. tit. de conductoribus, not. Bar.* quòd conducens rem in perpetuum potest eam donare, & vendere, & ad posteros transferre.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 23. *de la* 5. *Partida, tit.* 5. *que pone à quién pertenece el pro, ò el daño de las cosas vendidas que se mejoran, ò empeoran: è la Ley* 24. *del dicho tit. pone, à quién pertenece el daño, ò el provecho de las cosas que se cuentan, ò pesan, ò miden, ò gustan. Concuerda con esta Ley, la Ley* 25. *è* 26. *è* 27. *del dicho tit.*

(*b*) SI ALGUN HOME, FUERE CUMPLIDA. *Concord. l.* 1. *C. de pericu. & co. rei vend.* hoc enim est naturale, quòd venditione perfecta, commodum, & incommodum quòd rei venditæ contingit, pertineat ad emptorem: *ut ibi, & l. secundum naturam, ff. de reg. jur.* & tunc dicitur perfecta venditio, cum est purè contracta: *ut l. necessario*, §. 1. *ff. de pericul. & co. rei vend.* vel cum est scriptura facta: *ut suprà eod. tit. l.* 3. Idem si est facta sine scriptis pretio convento in his quæ pondere, numero, vel mensura continentur: *ut l. cum inter. C. de peric. & co. rei vend. & l. quòd sæpè*, §. *in his, ff. de contrahen. empt. Ci. tamen in l.* 1. *eod. tit. in* 2. *q.* ponit regulam quæ talis est. Post perfectam venditionem purè sine scriptis factam certæ speciei, post degustationem, periculum per emptionis, non deteriorationis spectat ad emptorem, nisi culpa, vel mora venditoris, vel pactum interpositum aliud inducat, quòd qualiter intelligatur: *vide ibi plenè per eum, cum l. seq.*

(*c*) Y EL PRO: OTROSÍ. Distinguo tamen, aut est emolumentum conjunctum, & tunc indistinctè spectat ad emptorem, etiam conditionalem, aut est separatum, & tunc spectat emolumentum ad emptorem purum, non conditionale: *ut l. id quòd, & l. necessario*, §. *quòd si pendente, ff. de pericul. & co. rei vend. &*

Ci.

la cosa (*a*) vendida, ò si no se perdió por su culpa (*b*), ò si no fizo Pleyto (*c*), que si se perdiese, ò si se dañase, que el daño fuese suyo, y no del comprador: ca estas tres cosas el vendedor debe haber el daño, è no el comprador; pero si algun pro y viniere, sea del comprador.

TITULO XI.

DE LOS CAMBIOS, O TROQUES.

Ley primera.

LOS cambios son tan allegados (*d*) à las vendidas, que à duras se entiende en muchos de Lugares si es vendida (*e*), ò si es cambio: y esto facemos entender, quando es vendida, ò quando es cambio: ca si alguno dá à otro cavallo por cavallo, ò por mula, ò dá otra cosa qualquier por otra cosa que no diese dineros, esto es cambio, è no es vendida: mas do quier que se dé cosa qualquier por dineros, es vendida; y este es el

---

Ci. in l. 1. *C. eod. tit. circa fin.*

(*a*) NO ALONGÓ LA COSA. Quia si venditor fuit in mora tradendi rem venditam, periculum est venditoris, ut hic: *& l. acceptam, C. de usu. & ff. de solut. l. qui* 10. *& alleg. l. cum inter.*

(*b*) POR SU CULPA. Vel ejus dolo, quòd exemplificant *glos. & Doct. in l. dolum, C. de peric. & co. rei vend.*

rios, & equum tuum sub me occidisti, an teneatur commodati. Et respondet quòd sic *per l. ex plagis*, §. 1. eo quia culpa per me residet, quia prius deliqui, & hoc verum nisi tu data opera equum occides: *ut ibi per eum.*

ADDICION.

Vey la Ley 7. de la 5. Partida, tit. 2. que manda, que si uno emprestáre à otro cavallo, ò siervo, que sea obligado à lo tratar bien, è darle de comer de sus dineros; pero si enfermáre, dele de comer, è todo lo necesario, y el señor es obligado à gelo pagar: è la Ley 9. del dicho tit. pone lo que esta Ley dice: è la Ley 8. pone, que si alguno pagase la cosa emprestada, y despues paresciese, è se fallase, que la tal cosa es de quien la pagó.

(*a*) SI ALGUNO, NO SEA TENUDO. Periculum ergo est commodantis: *ut ff. eod. tit. l. si ut certo*, §. *sed interdum.* Et ratio, quia ad hoc est commodatum: *ut ar. ff. de usufruct. l. arboribus*, §. *navis.* Idem si servum tectorem tibi commodavero, & de machina cecidit, periculum meum erit: *ut est exemplum text. in dicto* §. *interdum.*

(*b*) NO LE PUEDA. *Concord. l. fi. C. eod. tit.* ubi prætextu debiti restitutio commodati non probabiliter recusatur: *nec obstat l. fi. C. de compens. & inst. de act.* §. *in bonæ fidei*, quia si commodatum consistit in pecunia: *ut suprà eod. l.* 1. & debitum est liquidum, habent locum allegata jura in contrarium, sed si est debitum in specie, vel commodatum in specie secus, ut hic: & est ratio, quia commodatum in specie non recipit functionem cum debito in genere, vel è contra, ut quantitas in specie, *ut not. in alleg.* §. *in bonæ fidei*, *& C. de pign. act. l. creditor.* Fallit tamen quando nolo retinere rem commodatam, licèt in specie pro impensis factis in eadem re: *ut ff. eod. l. in rebus*, §. *possunt*, hoc tamen non habet locum in casu: *C. de rei uxo. act. l. unica*, §. *sed nec obstat impensas.* Si verò volo retinere propter aliud debitum, & tunc aut illud debitum est contractum propter hoc ut haberet rem, aut ob aliam causam. Primò casu, aut conversum est in utilitatem debitoris, & retinere possum: *ut ff. de rei vend. l. emptor*, *& C. si res pign. data sit*, *l.* 1. aut non est conversum in utilitatem suam, & non possum retinere: *ut C. de furt. l. in civile.* Secundò casu, quando fuit contractum ob aliam causam, aut res pervenit ad me sine voluntate debitoris, & non retinebo: *ut C. in quibus caus. pignta. contrah. l. si non inducta*, aut pervenit ad me transferendo dominium, vel jus rei concedendo, & tunc retinere possum ob aliud debitum: *ut ff. de cond. indebi. l. si non sortem*, §. *si certum*, *& C. si ob chirogra. pe. l. unic.* aut non fuit trans-

TITULO XVII.

DE LAS COSAS ALOGADAS, QUE QUIERE decir, de las cosas alquiladas.

Ley primera.


TOdo home que su bestia logáre à otri, si se muriere (*a*), ò si se perdiere por su culpa (*b*) de aquel que la tiene, peche otra tan buena à su dueño: è si se dañáre, pechele el daño à bien visto de los Alcaldes, con el alo-

---

translatum dominium, vel ejus rei concessum, & tunc retinere non possum: *ut alleg. l. fi. C. eod. tit.* Si tamen res quæ pervenit ad me, est mihi obligata, retinere possum, quia cum habeam actionem, multo magis exceptionem: *ut l. cui damus, ff. de reg. jur. & ff. de pig. act. l. si rem, §. omnis, & C. de distrac. pi. l. quandiu*, & hanc distinctionem ponit in effectu *Ci. in alleg. l. fi. C. eod. tit.* & per eam habeo hanc legem determinatam: ad quam facit 5. *Part. eod. tit. l.* 9. Item, facit ad hoc, quòd licèt pignus datum pro uno debito possum pro alio debito retinere: *ut l. unica, C. si ob chirogra. pe.* fallit tamen hoc, si illud pignus volo pro pœnali debito retinere odio pœnæ: *ut l. pignoribus, in fi. ff. de usuris, ubi est casus singularis.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 8. de la 5. Partida, tit. 8. la qual Ley dice, que si yo alquilé alguna mula, ò cavallo, ò cosa semejante, y se murió, ò fizo daño, que no me es obligado à pagarla, ni à satisfacer el daño, excepto en tres casos: è si alguno se alquiló de llevar à otro alguna cosa, è llevandolo se quebró, ò perdió, ò dañó, tenudo es de lo pagar, excepto si vino el daño sin su culpa, ò por caso fortuito, que en tal caso no sería obligado. Vey la Ley 12. è 13. è 14. è 15. è 16. del dicho tit. que hablan en el caso de esta Ley.



(*a*) TODO HOME, SI MURIERE. Notandum tamen est, quòd si bos, vel bestia moritur infrà triduum, ex sceleritate mortis præsumitur vitium, seu infirmitas præcessisse: *ut not. Ci. in l. 1. C. de delic. act. & ibi Bal. & not. C. de emenda. serv. l. 1. licèt glos.* ibi non est vera quando bestia decessit ex causa occulta, quæ est in visceribus, vel interioribus, & non apparet aliquo modo livor exterius manifestæ suspitionis, secus si judicio marescali, vel albeytari apparet vitium antiquitus viguisse: *ut C. de edili. act. l. quæritur, §. si autem vitium, & Spec. tit. de empt. & vend. §. sciendum, & Jo. An. in addi.* de illo qui simpliciter vendit bovem, & moritur infrà triduum, quòd teneatur redhibere quòd recepit.

(*b*) POR SU CULPA. Nota quòd non solum in locatione venit dolus, sed etiam lata culpa, & levis conductoris: *ut l. in judicio, C. eod. tit.* Conductor enim omnia debet facere secundum legem conductionis, & ante omnia curare debet, ut opera rustica suo quoque tempore faciat, ne intempestiva cultura deteriorem fundum faciat: *not. in l. in his, 1. respon. ff. solut. matrim.* Item, imperitia conductoris determinatur ejus culpa: *ut in exemplo l. si quis fundum, §. si quis vitulos, ff. eod. tit. & l. item quæritur, §. si genma.* Item, error conductoris, & negligentia, & intemperantia, & sævitia, & temeritas annumerantur culpæ ejus: *ut plenè not. per Azo. in summ. C. eod. tit. §. item culpæ, cum seq.* Abest autem culpa si omnia sunt facta quæ diligentissimus observaret: *ut l. si merces, §. qui columnam, ff. eod. tit.* Casus autem fortuitus in actione ista non venit nisi speciale pactum fiat, vel casum præcedat mora, vel culpa: *ut ff. eod. tit. l. si merces, §. vis major, & l. videamus, §. ultimo, & l. si quis fundum, not. in c. propter, extra eod. tit. & ibi per Doct.*

guer del tiempo que se sirvió de la bestia : è si mas lueñe la llevare (*a*), ò mas tiempo la tuviere (*b*) de quanto puso con el dueño, si se muriere, ò si se dañáre, peche la bestia, y el daño, con el loguer, asi como es sobredicho.

Ley II. Como la casa que fuere alquilada por dineros, no se puede quitar fasta ser cumplida.

SI alguno logáre su casa à otri à plazo, no la pueda toller (*c*) fasta el plazo (*d*), fuera si la qui-

---

(*a*) LA LLEVARE. Idem si majore onere conductor bestiam rumpisset: *ut suprà tit. proxim. l.* 3. *& vide quòd ibi scripsi, & l. qui insulam, §. qui mulas, ff. eod. tit. & vide for. juz. lib.* 5. *tit.* 5. *l.* 2.

(*b*) O MAS TIEMPO LA TUVIERE. Nota ad hoc, quòd finito tempore, immediatè, & sine aliquo judicio potest res auferri detentori nullo dato tempore quòd datur judicatis: & est ratio, quia omnis terminus terminatur per suas extremitates: *ut l.* 3. *de cond. & demonstr.* & si vasallus claudit hostia finito tempore dominus poterit aperire: *ut not. Innoc. in cap.* 1. *de immun. Eccles.* & ibi nota, quòd facit ad expulsionem colonorum emphiteoticorum, & aliorum quorum jura tempore sunt finita, quòd tene menti: *ut not. Bald. in lib. feud. tit. de contentione inter dominum, & fidelem, §.* 1. Est tamen notandum, quòd conductor non potest expelli à conductione, donec vectigal solverit: *ut l.* 1. *C. de admi. reip. lib.* 11.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 6. de la 5. Partida, tit. 8. la qual Ley pone lo que esta Ley dice, è pone quatro casos, en los quales el que arrendáre à otro casa, ò heredamiento, lo puede echar ante del tiempo acabado.

(*c*) SI ALGUNO, PUEDA TOLLER. Quòd non potest facere locator propria auctoritate, etiam in casibus concessis, de quibus infrà: *ut not. Spe. eod. tit. §. nunc aliqua, ver. l. & §. postquam, vers. sed numquid finito, & glos. pe. in cap. fi. extra eod. tit. & Azo. in sum. eod. tit. §. item locator.* Nota tamen remedium circa hoc, quòd si dubitat conductor ne expellatur de facto, vel si dubitat vasallus, vel emphiteota ne expellatur de facto, adeat prætorem qui prohibeat vim fieri domino, donec cognoscatur de jure partis, & tunc judex justificando præceptum mandabit hoc modo, quòd si dominus senserit se gravatum, veniat recepturus justitiæ complementum: *ut l. fi. ff. de offi. proc. Cæsa. & l. de pupillo, §. meminisse, ff. de novi operis nuncia. & ff. de offic. præs. l. illicitas, §. ne potentis, ff. de usufruct. l. æquissimum, & per Inno. in cap. in præsentia, de proba. & in cap.* 1. *de immu. Eccles. in novella.* & officio judicis potest peti, ne injuria committat, sed postquam est comissa, oportet actionibus, & ordinarijs remedijs experiri, aliàs formæ agendi frustra essent institutæ: *ut hoc not. Bal. in lib. feu. tit. de allodijs, §.* 1. *in fi.* Nota, ergo remedium pro aliquo, ne expellatur à possessione, vel detentatione rei: *hoc idem not. Bal. in lib. feu. tit. de pace jura. fir. cap.* 1. *§. ad hæc, ultima col.* Unum tamen nota, quòd licèt conductor possit alij æque idoneo rem quam conduxit locare *per l. nemo, C. de locato.* Si tamen non æque idoneo locaverit, poterit dominus ejus expellere: *ut ibi not. glos. & Bal.* Sed quæritur ab extra, quid si in fundo locato sunt instrumenta fundi seu agri, ut sunt boves arantes, pecudes stercorantes, asini fructus portantes. Item, manualia quædam, ut sunt ligones, sarculi, & similia, an si ista sunt destructa colonus teneatur ea reficere suo sumptu? Dic quòd colonus tenetur operari cum suis instrumentis, & idem in quibuscumque fabris, & operarijs, nisi aliud conventum fuerit inter partes: *not. Bald. in l.* 1. *C. de verb. sig. circa princ.*

(*d*) FASTA EL PLAZO. *Concor. l. edem, C. eod. tit. contractus enim ex conventione accipiunt, l. ut in regula contractus, de regul. jur. lib.* 6. contra legem ergo faceret locator, si antè tempus conductorem expellere vellet, quia tunc ei resistere potest: *ut in l.* 1. *C. undè vi.* & *not. glos. & Ci. in alleg. l. edem.*

siere refacer (*a*), habiendolo menester la casa, ò si en ella ficiere daño (*b*), tajando la madera, ò otro daño semejable, y en esta guisa, no le demande el señor el aloguer mas de por el tiempo que hy moró (*c*). Otrosí, el alogador no la pueda dexar fasta el pla-

(*a*) Refacer. Intelligo de jure sanè si necessaria refectio post locationem emerserit, & talis necessitas tempore locationis non apparebat, & sic nova causa necessitatis requiritur: *ut ff. de interroga. actio. l. de ætate*, §. *ex causa*, *de vend. inspi. l.* 1. *in princ. & extra eod. tit. cap. penul.* §. *verum*, *aliàs secus*, *ut ff. de re. jur. l. quòd quis*, *ff. eod. tit. l. si quis domum*, §. 1. *& C. de evict. l. si quis fundum*, *&* 5. *Part. eod. tit. l.* 6. & nota, quòd in hoc casu ad refectionem potest locator compellere conductorem, ut toto tempore convento habitet, vel solvat totam pensionem: quòd dic ut notatur *per Henr. extra eod. tit. cap. penul. dist.* 5. & potest etiam conductor refecta domo petere ut in re locata reponatur: *ut est text. juncta glos. in l. si duo*, §. *si tamen inquilinus*, *ff. uti posside.* Si autem locator voluntarie domum reficiat, tenetur conductori ad interesse: *ut l. qui insulam*, §. 1. *& l. hæc distinctio*, *ff. eod. tit.*

(*b*) Ficiere daño. Ista enim lex loquitur quando conductor circa rem male versatur: *ut alleg. l. ædem*, *in fi.* ut putà quia non servat leges conductionis, non colit prædium suo tempore, scindit arbores immaturè: ut exemplificat *Host. in alleg. cap. penult. extra eod. tit.* Idem, si ab inimicis suis detur damnum rei locatæ, ipse tenetur: *ut ff. solut. matrim. l. in his*, 1. *respons. ff. ead. l. si merces*, §. *conductor. &* §. *culpæ*, *& l. si vulneratum.* Sed quid si improbe versatur circa honestatem, ut putà habet porcos in solario, vel publicas meretrices in domum inducit. Videtur quòd non possit expelli, nam lupanaria in domo nobilium exercentur: *ut ff. de peti. hæred. l. ancilla cum è contra*, quia usuarius qui majus jus habet quam conductor non potest, ergo &c. *ut de usu. & habi. l. non aliter*, in hac quæstione sic est distinguendum *secundum Pet. & Ci.* Aut ex hac inhonestate generatur præjudicium locatori, vel rei. Verbi gratia, quia locator est bonus homo qui locat domum in claustro, vel in curia sua, tunc non potest conductor inducere meretrices. Aut nullum detrimentum famæ, vel rei damnum contingit, & tunc non potest expelli: *ut ff. eod. tit. l. ea lege*, §. *ult. nec obstat alleg. l. non aliter*, quia usuarius habet usum concessum cum proprietario: ideo &c. Sed locatio fit ad habitandum seorsum secundum Ci. ubi suprà, vide tamen circa hoc notata *in auct. de leno.* §. *sancimus*, *coll.* 1. *& scœnicas mulieres*, *coll.* 5. *extra de statu monacho. c. fi.* §. 1. 45. *dist. sed illud*, *in auct. ut non luxur. contra natu. colla.* 6. Et nota ex hac lege duos casus, in quibus invitus conductor potest expelli à domo locata. Alius est, *infrà eod. tit. l.* 4. scilicèt, si per biennium conductor pensionem non solverit, quòd dic ut ibi notatur. Alius casus est de jure, si domus locata sit necessaria locatori ad habitandum, & hoc verum si nova causa emerserit necessitatis: *ut dixi in primò casu hujus l. per jura suprà alleg.* Alius casus est si locator fecit filium militem, aut in matrimonio collocavit, & vult domum locatam pro habitatione ejus: *ut* 5. *Parti. eod. tit. l.* 6. *ubi vide alia exempla.*

(*c*) Tiempo que hy moró. Et sic nota, quòd in his casibus non tenetur conductor ad pensionem nisi pro rata: *Concord. l. si insulam*, *& l. si fundus*, *ff. eod. tit. & per hanc l. non habet locum opin. Pet. & Cin. in d. l. eden*, *q.* 4. qui tenent, quòd in ultimo casu hujus legis tenebatur conductor ad totam pensionem, quia ex quo propter sui culpam expulsus est, adhuc videtur habitare in sui præjudicium: *arg. ff. de reg. jur. l. quòd quis*, *& ff. de nego. gest. l. sine hæreditaria*, & hoc ideo ut puniatur in hoc in quo delinquit: *ut extra de tempo. ordi. cap. litteras*, *& ff. de inter. & rele. l. relegatorum*, *extra de dona. inter vi. & uxor. cap. & si necesse.* Æquior tamen videtur ista lex secundum *Host. in alleg. cap. penult. extra eod. tit.* ubi est damnum datum in re, sed nihilominus de damno dato agit dominus contra in-

zo (*a*), fuera si pagáre todo el aloguer: è si la casa hobiere menester de se refacer, y el señor no quisiere (*b*) refacerla, afrontandolo (*c*) aquel que la tiene, puedagela dexar: è dé el loguero del tiempo que hy moró, è no mas.

Ley III. Como ninguno puede arrendar cosa de Concejo.

ALcalde, ni otro home ninguno, no sea osado de arrendar (*d*), ni de logar cosa ninguna que sea de Concejo (*e*): mas quando tal cosa fuere de arrendar, ayuntese el Concejo (*f*), è arrien-

---

inquilinum seu colonum: *ut ff. eod. tit. l. quœro*, §. *inter.* Opinio verò contraria restringitur secundum eum in casu in quo inquilinus inhonestè conversatur, intelligo in domini præjudicium per superius allegata.

(*a*) Fasta el plazo. Aliàs si deserverit ad solvendas totius temporis pensiones, ex conducto conveniri potest quatenus locatori in id quòd ejus interest indemnitas servetur: *ut ff. eod. tit. l. dominus horreorum*, §. *fi. & l. si in lege*, §. *si domus.*

(*b*) Y el señor no quisiere. Ut si stabulum, vel greges coloni non possunt stare, vel si vis tempestatis calamitosæ contigerit, reficere tenetur dominus ex conducto, & conductor exoneratur ex præstatione mercedis: *ut l. ex conducto*, *ff. eod. tit.* Idem, in alijs exemplis positis *in l. si merces*, §. *si vicino*, *ff. eod. tit.*

(*c*) Afrontandolo. Et hoc verum si denunciare potuit, aliàs non tenetur: *ut in casu l. item quœritur*, §. *exercitu veniente*, *ff. eod. tit.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. de la 5. Partida, tit. 8. la qual Ley pone, que todos los hombres pueden arrendar, excepto los que la Ley prohibe, entre los quales son los Alcaldes que no pueden arrendar: è vey la dicha Ley, que singularmente dispone.

(*d*) ALcalde, arrendar. Simile est quòd dicitur de prælato qui sine consensu capituli administrare, seu negotia Ecclesiæ tractare non debet: *ut cap. novit, cum cap. seq. extra de his quæ fi. à præla.* imò quòd factum est in consultis alijs de concilio ipso jure est nullum: ut est expressum *in cap. ad audientiam, & ibi glos. & Doct. extra de re. Eccles. non alie.*

(*e*) De Concejo. Et est ratio, quia respublica æquiparatur pupillo: *ut l. in rem publicam, C. de jure reipublicæ, lib.* 11. differt tamen in hoc, quia licèt contra pupillum non perveniatur ad secundum decretum: *ut l. apud Julianum, ff. ex quibus cau. in posses. ea.* tamen contra civitatem poterit interponi: & est ratio, quia pupillus speratur fieri major, civitas numquam: *arg. l. fi.* §. 1. *de tut. & rati. dis. de quo per glos. in l.* 1. §. *quòd cujusque.* Undè nota incidenter, quòd quando quis vult citare civitatem à principio, non debet citare sindicum: *ut l. non debet dolo carere, ff. de reg. jur.* sed debent citari hi qui civitatem regunt: *ut ff. de condi. & demon. l. municipibus, & not. plenè extra de conces. præben. c. fi. lib.* 6. in alijs autem citationibus quæ fiunt post principium causæ, sufficit sindicum citari: *pro quo facit extra de dolo & contu. cap. causamque, & ibi per glos.* ideo dicit, quòd debet citari dominus in prima citatione, non procurator. Item nota, quòd sicut quando agitur contra pupillum, potest petere creditor ut constituatur tutor: *ut l.* 2. *ff. qui pet. tuto.* ita quando agitur contra civitatem potest petere actor ut constituatur sindicus, & imputabitur actori qui non petijt: *ut l.* 1. *C. de jure reipublicæ, lib.* 11. *& ibi Bart. cujus est ista not.*

(*f*) Ayuntese el Concejo. Et est ratio, quia quòd omnes tangit ab omnibus comprobari debet: 66. *dist. cap.* 1. *&* 2. *&* 8. *q.* 1. *cap. licèt ergo, ff. de adop. l. nam ita, ff. de jure annu. aure. l. divus, & cap. quòd omnes, extra de reg. jur. lib.* 6. *cum ibi notatis.* Et ex hac lege nota, quòd licèt decuriones sine concilio non possunt sine decreto vendere nec arrendare, possunt tamen alios contractus celebrare, & decretum non debet interponi sine consensu majoris par-

dese, ò aloguese por todos, ò por aquellos que diere el Concejo para arrendar, ò alogar la cosa que fuere de arrendar (*a*), ò de logar.

Ley IV. Como puede ser echado de casa el que la arrendáre, si no pagáre dos años.

SI el que logó la casa agena, ò otra cosa para en su vida, ò por gran tiempo (*b*), è puso de le pagar el loguero de cada año (*c*), è quisiere pagar el loguer asi como con él puso, no gela pueda toller, sino como manda la Ley, ò si el loguer no le pagáre de dos años (*d*), maguer que no gelo pidió (*e*); pero si ante (*f*) que gela tuelga, por razon de lo que no le

---

partis decurionum: *ut l. curiales, C. de prædijs curia.* & confirmare idem est quòd decretum interponere: *ut not. Bar. in l. fi. C. de prædijs curia.* & nota quòd tantus est favor reipublicæ, quòd etiam inhibetur venditio rei privatæ alicui propter publicam utilitatem: *ut l. si quis, & ibi Bar. C. de agri. & censi. lib.* 6.

(*a*) Para arrendar. Et non solum præstatur favor locationi reipublicæ, sed etiam præstatur rebus Principis. Hinc est quòd prædium Principis quando imperpetuum locatur, sunt locanda divitibus, vel alijs cum fidejussione idoneæ præstationis, & officialis prædicta negligens de suo restaurat omne detrimentum: *ut C. de loca. fundo. civil. lib.* 6. Ultimo nota, quòd debet solui locatio ei qui est officialis tempore quo fit solutio, non ei qui fuit tempore quo fieri debuit solutio: *ut l. susceptores, C. de suscept. lib.* 10. vide de hoc legem ordinatio. Regis Joan. II. in Madrid, pet. 10. & quòd ibi dixi arrendare, & vide quòd scripsi in ordinationibus regalibus super parte locato.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 5. de la 5. Partida, tit. 8. la qual manda, que pasados dos años, si el que tiene la casa, ò heredad arrendada, no pagáre, el señor le puede libremente echar, è todos los bienes que estaban con la casa, están obligados al señor por el precio del arrendamiento, è por los menoscabos hechos en la casa, y el señor de la casa los puede retener por ello: è vey la Ley 6. del dicho tit.

(*b*) Si el que logó, por gran tiempo. Quòd est quadriennium, vel ultra 5. *Part. eod. tit. l.* 6. *Idem not. Ber. in c. propter, extra eod. tit.*

(*c*) De cada año. Quid si dicatur. Solvam per annos singulos, vel in anno, & quando id quòd debetur debeat solvi, an in principio temporis, vel in fine: *vide plenè per Bar. in l. qui hoc anno, ff. de verb. obl.*

(*d*) De dos años. Nota in colono simplici biennium considerari: *ut l. quæro, & l. cum dominus, ff. eod. tit.* Idem in emphiteota Ecclesiæ: *ut C. de Sacros. Eccles. auct. qui rem canonizata* 10. *q.* 2. *hoc jus, & extra eod. tit. cap. potuit*, in emphiteota verò privati requiritur triennium: *ut C. de jure emphit. l.* 2. Quantumcumque enim sit pœnalis stipulatio, & si nihil expressum sit in ea de solutione pensionis, conditio enim subintelligitur de non explendo colono intra tempora præfinita, si pensionibus paruerit: *ut l. quæro, §. inter locatorem, ff. eod. tit.* & hoc verum nisi justa sit causa retentionis: *ut l. colonus, & l. cum plures, in princ. ff. eod. tit.* Et circa hoc nota, quòd etsi colonus promisit solvere pœnam rato manente pacto si non solvat pensionem, & dominus petat pœnam, nihilominus potest eum expellere: *ar. ff. de transact. l. qui fidem, & l. pacto, & C. de pactis, l. cum proponas.* Et est ratio, quia in favorem domini est: hoc dictum facit ad hoc, *ff. de reg. jur. l. cum par. & hoc tenet glos.* 5. *extra eod. tit. cap. fi.*

(*e*) No gelo pidió. Dies enim statuta pro domino interpellat: *C. de contrah. stipulat. l. magnam, & C. de jure emphit. l.* 2. *& extra eod. cap. fi. in fi.*

(*f*) Pero si ante. Et sic nota, quòd colonus potest purgare moram, offerendo pensionem post biennium: *ff. de ver. oblig.*

pagó por dos años, le pagáre el loguero aquellos dos años que le habia de pagar, no gela pueda toller.

---

oblig. l. interdum, §. *ultim.* Qualiter intelligatur hoc verbum ante: *vide glos. magistralem in alleg. c. fi. extra eod. tit.* Item nota, quòd per canonem non solutum non cadit emphiteota à jure suo si dominus voluerit: *l. penult. C. de jure emphit.* Tertius ergo non potest opponere, nisi de domini voluntate constaret: *ut ibi notat Salic. quòd est notandum.* Item, nota incidenter circa istum titulum, quòd ubi est ubertas, ibi est commune gaudium, & tali tempore fertilitatis bona, & prospera, seu fœlix accidit fortuna, sed ubi sterilitas ibi meror, & luctus, & mala dispositio, de qua hoc casu lamentari licèt. Angelus enim est in terra sicut in Cœlo, & sicut fortuna est quædam motio, ut Luna quæ movetur non secundum rationem nostram, sed secundum suam, voluens spheram rerum caducarum secundum datam sibi distributionem temporalem judicium, & potestatem à mente cœlesti, nec est qui contrariari ei possit, quoniam cursu suæ voluntatis mobilia cuncta mutet, quia nunquam quasi in eodem statu se figit in rota ejus, nec potest in ea figere clavum: *ut latius per Bal. in l. licèt, C. de locato.* undè concludit, quòd fatuè quæsumus stare diu, cum prima universalis, & radicalis omnium entium est materia, quæ semper appetit generationem, & corruptionem, & semper est in fieri forma, ex quo præambulo sequuntur conclusiones sequentes secundum Bal. ubi suprà. Prima, quòd si sterilitas fundi sit propter pessimum territorium, non fit remissio pensionis, quia imputet conductor suæ fatuitati: *ut not. in d. l. licèt.* Secunda, quòd si sterilitas anni accidit casu cui prævideri non potuit, fit remissio: *ut ibi text.* quòd intellige si accidit fructibus adhuc pendentibus, nam dum fructus pendent in agro, damnum contingens in eis contingit in re domini, & nocet domino, quia carentiæ sunt habentium sicut privationes habituum: *ff. de cond. & demonst. l. Titio.* Si tamen fructus jam colonus percepisset, & tandem casu omisisset eos, non fieret ei remissio, quia damnum contingit in rebus coloni: *de furtis, l. si servus*, §. *locavi.* Tertia conclusio, quòd tunc annus dicitur sterilis, sivè infructuosus in quo non percipitur dimidia pars ejus quæ communiter consuevit fructificare, vel quando fit diminutio mercedis, ex qua colonus damnificatur ultra dimidiam justi pretij. Et sic nota, quòd per fortuitos casus subvenitur læso: *ff. ad l. Rhodiam, de jactu. l. 2. & dicuntur fortuiti, & insoliti, ff. de contrah. empt. l. fistulas*, §. *frumenta.* Quarta conclusio est, quòd si conduxi molendinum in periculo Tiberis, quòd postea impetu fluminis, vel casu noto perijt, cum scire debui naturam Tiberis, & vitium loci, teneor ad pensionem, quia casma est in substantia rei conductæ, & pro re qua non debetur pensio. Idem si propter insolitum cursum aquarum molendinus migravit: *ff. de migra. l. 1. ff. de loca. l. habitatores.* Quinta conclusio, quòd si quis conduxit pedagium à communi, etiamsi accidat mortalitas, ut gentes non transeant per locum illum, non fit remissio mercedis, quia homines transire est à casu, non à qualitate certi corporis, & conductor ad casum & fortunam conduxit, & si nihil percepit, debet solvere quòd promisit: *ff. de act. empt. l. si jactus, not. Bar. ff. loca. l. commune*, §. *qui maximos.* Sexta conclusio, si quis conduxit molendinum cum pacto, quia erat destructum, ut illud reparet, si post reparationem iterum destructum est, non tenetur iterum eum reficere, nec tenetur ad pensionem: *ff. deleg. l. in fideicommissis*, §. *si quis ita*, secus si promittat reparare, & manutenere reparatum: *ar. ff. de arb. l. inter:* si tamen nil est dictum, & magna est impensa, pertinet ad dominum qui tenetur tradere molendinum instructum: *ff. loca. l. sed edes*, §. 1. Septima conclusio, quòd idem juris est in emptore fructuum futurorum circa remissionem sicut in conductore, nam sola nomina non mutant substantiam: *de præscript. ver. l. insulam.* Octava conclusio, quòd si fructus percepti erant taliter ab aere infecti, quòd statim sunt destructi, non fit remissio, quia de fructuum vitiositate non tenetur locator: *ut ff. loca. l. quòd conditio, & vide alia notabilia per Bald.* *in*

Ley V. Como el que arrendáre viña, si la no labráre, el señor gela puede quitar.

Quien viñas, ò otra heredad qualquier que tuviere de otri à renta por un año (*a*), ò por mas, è pusiere labores sabidas que faga en la heredad, si las no ficiere asi como pasó (*b*), puedagelas tirar, è tomar su dueño: y el que la tenia dé la renta de aquel año, è peche el menoscabo (*c*) de la heredad, à bien vista de los Alcaldes.

Ley VI. Como ninguno puede alquilar sino lo suyo propio.

Quienquier que bestia, ò otra cosa (*d*) logáre para cosa señalada facer, no sea osado de la meter à otra cosa, sino à aquella porque alogó, è como alogó: è quien al ficiere, todo el daño que le ficiere pechelo à su dueño, maguer no haya culpa sino en quanto la usó de otra guisa de como la alogó.

Ley VII. Como los herederos son obligados de estar por la renta que el defuncto fizo.

Todo home pueda arrendar, ò logar sus cosas à plazo

---

in alleg. l. licèt, quæ placent plus quam id quòd *not. Barba. in cap. pe. de locato.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 7. tit. 8. de la 5. Partida, que dice, que si alguno arrendare viña, ò campo, ò casa de otro, que la ha de guardar, è aderezar, è labrar de lo que necesidad hobiere, y en los tiempos que es razon, è si no lo ficiere, è rescibiere empeoramiento, es obligado à lo pagar à vista del Juez: è lo mismo ha lugar si otro à causa del que la tiene arrendada hiciere en ella daño.

(*a*) Quien viñas, por un año. Nota quòd nisi aliud exprimatur inter contrahentes, annus incipit à martio quoad virentes fructus, sicut mundus incipit à mense martij, quia tunc terra produxit herbam virentem: *ut notat Bal. in lib. feud. rubrica hic finitur, l. deinde constitutiones Regni incipiunt, cap. his consequenter.*

(*b*) Asi como pasó. Conductor enim omnia secundum legem conductionis facere debet, & antè omnia debet curare ut opera rustica suo tempore faciat, ne intempestiva cultura, vel minus sera deteriorem fundum faciat, aliàs tenetur: *ut l. si merces, §. conductor, ff. eodem tit. & suprà eod. l. 1. in princ.*

(*c*) El menoscabo. *Ut plenè notat Azo. in sum. C. eod. tit. §. ex conducto. & adde quòd scripsi suprà ead. l.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 8. de la 5. Partida, tit. 8. la qual Ley pone muchos casos, en los quales, el que tiene la cosa arrendada es obligado à pagar el daño que viene à la cosa que está arrendada, entre los quales, el caso desta Ley es uno.

(*d*) Quienquier, ò otra cosa. A culpa quæ præcessit casum, non excusatur colonus in casu hujus legis: *ut suprà tit. proxim. l. 3. & quòd ibi notatur, & 5. Part. eod. tit. l. 8.* tenetur ergo ad interesse: *ut plenè not. Azo. in sum. C. eod. tit. §. ex conducto.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. tit. 8. de la 5. Partida, que dispone, que todo home que puede vender, puede arrendar, è por el tiempo que quisiere, è con las condiciones que quisiere, salvo si pusiere condicion contra derecho, ò contra buenas costumbres, y el heredero del que arrendó es obligado à estár por el arrendamiento, è lo mismo en los herederos del que tomó la cosa arrendada: è la Ley 3. del dicho tit. limita esta Ley en un caso singular, que es quando alguno arrienda usufructo: è vey la Ley 19. del dicho titulo.

sabido, ò para siempre (*a*): è si el que lo tuviere, ò el que las diere murieren ante del plazo, sus herederos (*b*) sean tenudos dé cumplir aquello que él era tenudo de cumplir si no muriera, è vale el

---

(*a*) TODO HOME, Ò PARA SIEMPRE. *Concor. l.* 1. *& 2. C. si ager vect.* LAS DIERE. *Concord. l. si socrus, C. de jure doti. & l. cum in plures, §. hæredem, ff. eod. tit. & l. sed addes, §. penul. & l. viam veritatis, C. eod. tit. nec obstat, l. si domina, C. de usufruct.* quia ibi loquitur de conductore proprietatis: *ut not. Azon. in sum. C. eod. tit. §. contrahitur, in fi. & Doct. in d. l. viam, & Bar. in l. si filio, §. si vir. ff. solut. matrim. &* 5. *Part. eod. tit. l.* 2.

(*b*) SUS HEREDEROS. Unum tamen nota, quòd si in emphiteotico instrumento fit mentio filij, & hæredis, non sufficit esse filium, nisi sit hæres, sicut si fieret mentio fratris, & hæredis, non sufficit esse fratrem, nisi sit hæres: & iste videtur casus *in l. tale pactum, §. pater qui dotem, ff. de pact.* Item nota, quòd si aliquis locavit fundum suum ad pensionem percipiendam in pecunia, ita quòd fructus omnes remanent apud colonum, quòd hæres ad tributa non tenetur nisi consuetudo aliter se haberet, & hoc verum in honoribus realibus, in personalibus verò quæ imponuntur personæ pro rebus est inspicienda persona cui imponitur: *ut hoc not. Bar. in l.* 1. *C. de annonis, & tribu. lib.* 10. & juxta hoc nota, quòd colonus non tenetur pro domino gabellas, nec aliàs impositiones solvere, nec per viam statuti, nec aliàs: *ut C. de agrico. & censi. l.* 4. *& ibi Bar.* Item nota, quòd si colonus tenetur dare annuatim decem corbes tritici, tenetur dare de grano quòd nascitur in illo prædio: *ut not. Bar. in l. domini prædiorum, C. de agri. & censi. lib.* 11. Succinctè autem in hac lege posui distinctionem de qua consuevit quæri an successor teneatur stare colono, & est distinguendum, aut loquitur in successore universali, & cogitur stare colono sicut defunctus: *ut l. hæres, §. non debeo, & l. hæredem, ff. de regul. jur.* & hoc ideo quia hæres reputatur eadem persona cum defuncto: *ut in auct. de jurejur. à mo. præstan. §.* 1. aut in successore singulari, & tunc aut conductori est constitutum jus in re, & tunc quilibet successor cogitur stare colono: *ut l.* 1. *§.* 1. *de superficie, & l.* 1. *&* 2. *ff. si ager. vect.* aut ei non est constitutum jus in re, & tunc aut successor non successit in plenum jus, ut missus in possessionem causa rei servandæ, & talis cogitur stare colono: *ut l. in venditione, §.* 1. *ff. de bo. auct. jud. po.* aut successit in plenum jus, & tunc aut ex voluntate, & non cogitur stare colono: *ut l. emptorem, C. loca.* fallit favore fisci: *ut l. fi. §. fi. ff. de jure fisci.* Aut ille fuit successor ex necessitate, & tunc aut ille qui locavit non habebat plenam administrationem, ut fructuarius respectu juris dominij, & tunc successor non tenetur stare colono: *ut l. si quis domum, §.* 1. *ff. loca.* aut habebat plenam administrationem respectu ejus qui postea constituitur successor, tenetur stare colono, cogitur de necessitate: *ut l. si post divortium, ff. sol. matrim.* Ex quibus nota secundum Bar. ibi quod quando aliquis locat domum, vel fundum, & pro observatione obligat omnia bona sua, quòd colonus vel inquilinus potest dicere se velle remanere in re conducta jure pignoris, & sic successor non poterit eum expellere, quia habet jus in re per suprà positam distinctionem, quòd est notandum: hoc idem tenet *Bar. in l. si filio, §. si vir. ff. sol. matrim. & melius in l.* 1. *§. quòd autem, ff. de superficiebus, & in l. qui fundum, ff. de præscrip. verbi, & Bal. notabilitèr in alleg. l. emptorem fundi, & vide exempla hujus distin. plenè per Ci. in alleg. l. emptorem, C. eod. tit. q.* 3. de hac quæstione an successor teneatur stare locationi factæ per prædecessorem: vide plenius *per Henr. in cap. querelam, extra ne prælati vices suas, & vide* 5. *Part. eod. tit. l.* 2. *& l.* 3. *& concord. cum hac l. insti. eod. tit. §. fi. non obstat dicta l.* 3. *eod. tit.* 5. *Part.* quia loquitur de usufructuario locatore sui usufructus, cujus morte finitur usufructus, & non transit ad hæredem ejus, sed consolidatur cum proprietate: *ut inst. eod. tit. §. finitur, & cum hac l. viam, C. eod. tit.* Intellectum illius *l. Part. vide in l. si domina, & ibi glos. notabilis, C. de usufruct.*

Pleyto asi como fue puesto.

Ley VIII. Como si alguno tuviere alquilada alguna cosa à tiempo cierto, è despues estuviere en ella, no la puede dexar por aquel año siguiente.

QUien tuviere casa, ò otra raíz qualquier arrendada, ò logada à plazo sabido, y despues del plazo la tuviere, y el dueño gelo consintiere, no gela pueda dexar por aquel año primero (*a*) que viene: è dé la renta de aquel año, segun que ante daba (*b*), y el señor no gela pueda toller, maguer que no gela arrendó, ni gela alogó nombradamente: ca

---

Item nota, quòd uxor tenetur stare colono viri: *ff. solut. motrim. l. divortio, & l. si filio*, §. *fi. & vide rationem per Bal. in l. alleg. emptorem fundi.* Item nota, quòd colonus non cogitur stare emptori: *ut ibi glos.* 1. *& l. qui fundum, ff. loca.* Item nota, quòd colono ad aliquod longum tempus cogitur stare emptor, quia habet jus utile in re sicut habet emphiteota *de contrah. empt. l. si aquæ ductus*, & in casu isto colonus cogitur stare emptori ex reciproca obligatione: *ut alleg. l. divortio, not. Bal. in alleg. cap. empto.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 20. de la 5. Partida, tit. 8. la qual entiende, è declara esta Ley desta manera: que si alguno arrienda heredad de pan, ò viña, ò huerta, ò cosa semejante à cierto tiempo, si despues que el tiempo se acabáre estuviere por tres dias, ò mas, è no la desampardre, es obligado à la tener por aquel año, è ha de dar quanto dió un año de los pasados; pero si fuese casa, ò torre, ò otro edificio la que se arrendáse, solamente es obligado à pagar el tiempo pasado, è lo que en ella estuviese, al precio del año pasado: è la dicha Ley pone la causa de la diferencia.

(*a*) QUIEN TUVIERE, POR AQUEL AÑO PRIMERO. Tacita enim, & repetita fit renovatio conductionis ex tacito partium consensu, & sic videtur conductorem in prima conductione remansisse, & reconduxisse, & durat pignorum obligatio: *ut l. item quæritur*, §. *impleto, ff. eod. tit.* & sic deinceps in unoquoque anno observandum est: *ut ibi text.* & ex hac lege nota, quòd licèt nec verba nec scriptura interveniat, quòd ex nudo consensu convalescit locatio, & ex integro videtur fieri juris fictione: *ut l. qui ad certum, ff. eod. tit. & l. si cum Hermes, & l. legem quidem, C. eod. tit.* & nota quòd licèt ista tacita reconductio fiat, non tamen erit sub forma scripta sicut prima, nec habebit executionem paratam ex primitivo contractu, concedo ergo quòd tacite renovatur sed non scribitur tacite, quia scriptura debet oculus videri, & legi, & non sufficit intellectus separatus à carne in intelligentia pura, quæ corporalibus organis: *ut not. Bal. in alleg. l. legem, & idem Bal. in l. etiam, C. de fideicommis.*

(*b*) QUE LE ANTE DABA. Et nota, quòd cum ista lex generalitèr loquatur, non habet locum distinctio quæ fit de urbanis prædijs *in alleg.* §. *qui impleto, in fi. &* 5. *Part. eod. tit. l.* 2. Item nota, quòd si antè annum perficitur, & percipitur totus fructus, ita quòd terra postea remanet inanis, & vacua, quòd statur perceptis fructibus, est annus iste tacitus, quia annus alius fructifer est, & alius naturalitèr trecentorum sexaginta & sex dierum: *ut l. divort.* §. *qui in anno, ff. solut. matrim.* undè non omnes anni sunt totidem dierum: *not. Bal. in alleg. l. legem, in fi.* Quidam conduxit molendinum pro certa mercede usque ad certum tempus pacto nudo, ut locator teneretur ei dare, & assignare infrà unum mensem quicquid ipse locator perceperat per tres menses proximos antè locationem ipsam transactos, & de his bonam rationem assignare cum pacto, quòd si non fecerit, liceat ipsi conductori dimittere dictum molendinum, & libere à conductione recedere postea quantumcumque voluerit, contingit quòd locator infrà mensem de his nihil fecit, & ideo conductor post mensem locatorem pluries interpellavit, cui locator continue respondit se paratum omnia facere, ad quæ de jure tene-

bien semeja que amos quisieron estar en aquel Pleyto para otro año, pues que el dueño no gela tomó al plazo, ni el otro no gela dió.

Ley IX. Como todas las cosas que en la casa alquilada están, son obligadas al señor tacitamente.

TOda cosa que el home tuviere en casa alogada de otro, mandamos, que sea empeñado (*a*) al dueño de la casa por el aloguer, maguer que no fuese Pleyto, è haya por hy su loguer.

---

netur, propter quòd conductor volebat dimittere molendinum, & à conductione recedere: consuluit *Di. ut refert Salic. in l. commissoriæ*, *C. de pact. inter empto. & vendi.* quòd non potest, quia ipse post dictum mensem habuit potestatem relaxandi, vel in conductionem standi. Cum igitur ipse post dictum mensem in conductione fructus molendini recipiendo ut prius stetit, sequitur quòd recissioni contractus renuntiare videtur: *ut dicta l. commissoriæ*, *cum simi.* Item, quia pactum sibi, impleri potest post lapsum mensem, & sic conductionem approbavit, ut ibi agitur, cum in ejus potestate esset approbare, & reprobare, & heæ viæ sunt contrariæ, sequitur quòd una electa præjudicat sibi in alia: *ut C. de furtis*, *l.* 1. non obstat quòd in contractu dicitur, ut & post dictum mensem liceat recedere quandocumque voluerit, quia illud intelligendum nisi elegerit viam per quam sibi præclusit potestatem recedendi: *arg. ff. de verb. obli. l. cum stipulatus*, & ejus quòd ibi nota, & ita transit, quòd *& Salic. placet in alleg. l. commissoriæ.* Sed dicit conductorem non præclusisse sibi viam ex solo quòd in conductione stetit post mensem, quia potuit, & postea ex intervallo recedere, aliàs illa verba nil operarentur, sed ex eo cum potuit recedere petijt sibi pactum impleri: *ut dicta l. commissoriæ*, *cum simi.* & faciunt hæc, quia si dominus petijt transacto tempore canonis non soluti ab emphiteota ut solvat, non possit dominus emphiteotam cecidisse à jure suo: *de quæ Salic. plenè in alleg. l. commissoriæ*, *& in l.* 2. *C. de jure emphit.*

ADDICION.

La Ley 4. de la 5. Partida, tit. 8. pone, à qué tiempos los arrendadores son obligados à pagar el precio del arrendamiento: la qual dice, que al tiempo que las Partes se conciertan, ò conforman à la costumbre del lugar: è la Ley 5. del dicho tit. pone todo lo que esta Ley, è dispone mas copiosamente que ésta.

(*a*) TODA COSA, EMPEÑADO. Nec est necessaria in rebus inductis, vel illatis per inquilinum in domo scientia domini, nam ea pignoris jure tenentur: *ut l. certi juris*, *C. eod. tit.* in rebus tamen illatis per colonum in feudum requiritur scientia domini: ut ibi, & quòd dixi de illatis per inquilinum in domo est verum si inducuntur, ut ibi perpetuo sint, & quandiu inhabitaverint: *ut ff. ex qui cau. ma. l. in prædijs*, *§. fi. & C. in quibus cau. pig. taci. com. l. si non inducta.* Et quæ est ratio diversitatis inter prædium rusticum & urbanum, in differentia suprà posita de scientia domini: *vide Ci. in alleg. l. certi juris*, 1. *q. & not.* quòd locator invecta, & illata in prædio urbano etiam sine aliqua inclusione possidet: *ut ff. de pignor. acti. l. solutum*, *§. solutam*, ergo habet locum pignoratitia secundum doctrinam *Pe. & Ci. in dicta l. certi juris*, 2. *quæst.* invecta vero, & illata in prædio rustico non possidet locator nisi corporalitèr apprehendat cum pro illis competit interdictum salvianum, quòd est adipiscendæ possessionis: *ut insti. de interdict. §. interdictum*, invecta ergo, & illata in urbano prædio loco pignoris habentur, alia vero quæ in prædio rustico non: *ut ff. in quibus cau. pig. ta. contra l. eo jure*, alia autem subtilia hanc materiam tangentia: *vide per Ci. & Bar. in alleg. l. certi juris*, *& vide l. non solum*, *ff. in qui cau. pigno. ta. con.* ubi etiam pro deterioratione habitationis facta per inquilinum sunt illata, & invecta in domo pignori obligata: *Concord. cum hac l.* 5. *Part. eod. tit. l.* 5.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 4. è 5. de las Or-

TITULO XVIII.

DE LOS FIADORES, E DE LAS FIANZAS.

Ley I. Qué fiador debe dar el que es obligado de lo dar.

QUienquier que hobiere à dar fiador por vendida, ò por deuda, ò por otra cosa qualquier, delo à tal que haya la valía, de guisa que pueda bien pagar (*a*), è que pueda haber derecho ligeramente aquel que lo ha de dar: è que no sea de aquellos que defiende la Ley que no pueda fiar (*b*): è si tal fuere el fiador, el que lo ha de tomar no lo pueda desechar.

Ordenanzas Reales, lib. 5. tit. 10. que manda, que los merinos sean obligados à dar fiadores en la cabeza de la merindad, è ante el Juez de la cabeza. Concuerda con esta Ley, la Ley 1. è 2. tit. 12. de la 5. Partida, las quales ponen muchas personas que no pueden ser fiadores.

(*a*) QUIENQUIER, QUE PUEDA BIEN PAGAR. Aliàs si fidejussor non esset solvendo non esset sufficienter satisdatum: *ut l. quotiens, ff. qui satisd. cogun.* & non tantum fidejussor ex facultatibus debet esse locuplex, sed etiam ex conveniendi facilitate: *ut ff. qui satisd. cogun. l. 2. in princ.* In casibus tamen qualiscumque fidejussor detur debet recipi: *ut in ead. l. §. 2. cum seq.* Item, nota circa hoc, quòd actione injuriarum tenetur qui fidejussorem idoneum, seu locupletem non recipit: *ut l. si verò pro condemnato, §. fi. ff. qui satisd. cogun. & l. verus, §. 1. eod. tit.* Item nota, quòd fidejussor dicitur idoneus non solum ex patrimonio, sed etiam ex vide: *ff. de verb. oblig. l. 4.* Item nota, quòd injuriari dicitur cum quis indebitè alium in jus tradit: *ut notat glos. in dict. l. verus, §. 1.* De fidejussore qualiter dicatur idoneus: *vide quòd scripsi suprà eod. lib. tit. de las vendidas, l. 4.* & circa hanc legem nota, quòd si creditor minus idoneum fidejussorem scienter admisit eum idoneum esse comprobavit: *ut l. qui satisdare, in fi. ff. eod. tit.* Si autem ignoranter eum admisit, tenetur debitor iterum idoneum fidejussorem dare: *ut ibi per glos. & Doct.* idoneus tamen reputatur fidejussor, etiamsi sit minus dives respectu debiti pro quo intercedit, dum tamen principalis sit dives, & solvendo: *ut l. mulier, C. de jure dot. quòd est notandum.* Item nota, quòd non potest dici idoneus fidejussor qui immobilia non possidet: *ut est glos. notabilis in auct. de litigijs, §. suscepto, & ibi Jaco. de Bello.*

(*b*) QUE NO PUEDA FIAR. Ut est minor, furiosus, & prodigus, & aliæ personæ de quibus plenè *in l. de die. ff. qui satisd. cog. & per Azo. in sum. C. de inutil. stipul. per totum.* Item, miles: *ut C. loca. l. milites*, & aliæ personæ, de quibus *infrà eod. tit. l. 5. & 6. & 5. Part. eod. tit. l. 2. & l. 3.* miles tamen potest hinc privilegio renuntiare, cum sit utilitate privatum, licèt publicum auctoritate: *ut not. per Doct. in cap. si diligenti, extra de foro compet. & per Azo. in sum. C. eod. tit. §. item fidejubere possunt omnes, & sic intelligo foro not. l. 34.* ibi dum dicitur, quòd nec arma, nec equi militum possunt testari, nec vendi pro debitis, vel fidejussoribus militum, scilicèt, quòd miles possit fidejubere renuntiando huic privilegio, non tamen habet locum renunciatio in casu *l. 32. c. foro nov.* cum ibi sit prohibita renunciatio. Potest etiam Clericus fidejubere, dum tamen non frequenter fidejubeat: *ut in cap. 1. de fidejusso.* Nunc est notandum, quòd si quis juravit non fidejubere, & proximus est in magno periculo constitutus, nisi fidejubeatur pro illo, quòd non obstante juramento debeat fidejubere: *ut not. Jo. An. in addit. Spec. tit. de inquisitione, in rubrica de quo facit text. in c. sicut 11. q. 1. & quòd not. Archi.* & licèt non teneatur de jure structo

Ley II. Si alguno ficiere Pleyto con otro de le dar fiador à cierto tiempo, ante del tiempo no le debe dar.

SI algun home ficiere Pleyto con otro sobre vendida, ò sobre otra cosa alguna, è fiador no demandáre al hora (*a*), despues no le pueda demandar (*b*) fiador fasta el plazo à que gelo ha de cumplir, fuera si ficiere muestra, ò señales ciertas (*c*) que se quiere ir à otro Lugar de morada, ò que vende, ò enagena lo suyo.

Ley III. Como aquel à quien deben algo puede demandar al deudor, ò al fiador.

SI aquel que tomó fiador por alguna cosa quisiere demandar al deudor, puedalo facer, y el deudor no se pueda amparar, por decir que fiador tiene dél: ca maguer que dió fiador, no es quito de la deuda. Otrosí, si quisiere demandar al fiador, puedalo facer: ca pues que ambos le son tenudos, è obligados, en su poder (*d*) es que demande à qual dellos quisiere,

---

to civili, vel canonico, tenetur tamen de jure naturali juxta dictum Platonicum non nobis solis nati sumus: *ut refert Bar. in cap.* 1. *de fidejusso.*

(*a*) SI ALGUN HOME, AL HORA. An debitor compellatur de solvendo cavere: *vide notabiliter Ci. in l. univers. C. de precibus Imper. offeren. & Henr. in c. Odoardus, de solut.* Item, si debitor efficitur non solvendo, an debet iterato præstari satisdatio: *Bar. in l. litibus, C. de agri. & censi. lib.* 11. *& ff. de fidejussoribus, l.* 3. *in fi. & Bart. in l.* 4. *ff. de præto. stipulat.*

(*b*) NO LE PUEDA DEMANDAR. Debuerat enim creditor considerare futura quando judicat ea, nam si contraxi cum debitore suspecto ab initio, & non sciebam, possum occasione suspictionis in futurum continuatè petere, quòd nihil satisdet, nec facere eum capi tanquam suspectum, quia ab initio hoc prospicere potui, & debui, & si incautè contraxi, mihi imputetur: *ut l. si creditores, de privi. cred. juxta illud.* Disce cautius negotiari: *ut C. de furtis, l. in civile, & notat Bal. in l. si duobus, in fi. C. communia deleg.* nam inspiciendum est quòd evenire potest: de quo brocardio plenè notat *Bar. & subtiliter in l. stipulantem, §. sacram. C. de verb. oblig.*

(*c*) SEÑALES CIERTAS. Ut quia cœpit vendere, vel dissipare bona sua: *ut extra eod. tit. c. fi. & C. de jure doti. l. ubi.* Idem credo si tempore contractus erat solvendo, & poterat conveniri, & erat legalis homo, nunc autem talis status efficitur, quòd sine magno litigio non potest ab eo debitum exigi: *ut not. in l.* 2. *circa princ. ff. qui satisd. cogun.* tunc enim tenetur satisdare: *ar. de his quæ not. Bar. ff. si quis stipulatus, §. si quis, ff. de verb. oblig.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. *de la* 5. *Partida, tit.* 12. *La Ley* 9. *de la dicha* 5. *Partida, tit.* 12. *dispone de otra manera, que quando alguno diere fiadores para la deuda, primero ha de pedir al principal que à los fiadores, excepto en ciertos casos que la dicha Ley dispone, en los quales ha lugar esta Ley: y esta Ley se puede entender, segun la Ley* 10. *del dicho tit. quando el principal, y el fiadòr se obligan como principales, è de mancomun.*

(*d*) SI AQUEL, EN SU PODER ES. Cum hac lege concordant jura antiqua quæ hoc idem disponebant *l. credit. & l. jure nostro, & l. non rectè, C. eod. tit.* & licèt illa jura erant correpta per *auct. præsente, C. eod. tit. & per auct. de mand. & fideicommis. coll.* 1. *&* 5. *Part. eod. tit. l.* 9. in quibus cavetur, quòd quamdiu principalis invenitur fidejussor non molestatur, & quòd primò fiat discussio contra principalem debitorem quam contra fidejussorem, nisi fidejussor renuntiaverit illi auctenticæ præsenti, & Epistolæ Divi Adriani: quæ est, *C. de const. pecu. & Bart. notabiliter in l.*

fueras si la fiadura fue fecha por alguna postura en otra manera.

---

l. decem stipulatus, *ff. de verb. oblig.* & *Doct. signanter Henr. in cap. pervenit*, *extra eod. tit.* Hodie tamen omnia revelavit idest extremitas ad principium : *ut in cap. ab exordio*, 35. *dist.* & per hanc legem jura ante correpta sunt approbata , & sic non habent locum combinationes : de quibus per *Ci.* & *Bart. in alleg. auct. præsente.* Est tamen notandum , quòd de jure non valet processus contra fidejussorem non facta excussione principali nisi opponatur : *ff. de evict. l. si mancipium*, §. 1. & *adde quòd not. infrà tit. de las deudas*, *l.* 10. An autem condemnato principali videatur condemnatus fidejussor: *Bal. in l. sancimus*, §. & *cum antiquitas*, *C. de usuris rei jud.* dicit , quòd fidejussor judicatum solvi qui fidejussit apud acta, videtur condemnatus debitore condemnato , etiamsi non sit citatus : & ratio, quia cum fidejussit apud acta in ipsam sententiam consensit , & quando proceditur in consentientem non est necessaria citatio : *ut ff. de usuris*, *l. Herennius*, *in princ.* Duo tamen requiruntur , scilicèt , quòd fidejusserit judicatum solvi, & quòd apud acta , ita quòd sint appendentes tempore judicij , & ex ipso judicio sit notorium ipsos esse obligatos , & ideo secus est in his qui fidejubent in alia causa quam judicatum solvi , qui vocantur fidejussores contractus : *ut not. in c.* 1. *extra de injuri. lib.* 6. & *facit ff. mand. l. si non remunerandi*, §. *maritus.* Ex ista igitur stipulatione judicatum solvi duo contrahuntur, scilicèt, obligatio , & executio , & hoc tribus rationibus. Prima, ut sit licitum finis. Secunda , ex natura verborum , quia promittit judicatum rei solvi , non judicatum ipsius fidejussoris solvi. Tertia , quia iste fidejusso[illegible] apponitur ad soliditatem judicij , ergo pars intrinseca est ipsius judicij : & *hoc tenent DD. in l.* 1. *ff. judi. solvi*, & *Guil. de Cunio in l.* 1. *ff. qui satisdare cogun.* & hæc fortius vera sunt in criminali , ubi satisdatur judici non tanquam creditori , sed tanquam exactori , & arctatori: *ff. de in jus vo. l. eum pro quo*, & quòd dixi in fidejussore , & mandatore , idem dico in quolibet qui se facit consortem litis , & etiamsi promitteret tanquam principalis reus condebendi judicatum solvi. Sed nunquid iste fidejussor , qui fidejubet judicatum solvi , habeat beneficium excussionis ? Et videtur quòd non, cum excussio fiat levato bello : *ut patet in littera dict.* §. & *cum antiquitas*, *quòd videtur posse probari secundum Bal.* & *ibi* : quia exceptio excussionis est exceptio ordinis , & debet opponi ante sententiam , ubi cadit objectus , secus post sententiam , quia jam videtur condemnatus fidejussor una cum principali , & cavetur quia aliud est in fidejussore de judicio sisti qui post sententiam non tenetur : *ut ff. de fidejussor. l. Græce*, §. & *post litem*, *ut not. in auct. de his qui ingre. ad appel. in princ.* Vel melius dic secundum Bal. ubi suprà , quòd ista exceptio excussionis potest oponi in executione sententiæ , non enim hoc casu opponitur ordini petitionis , sed ordini excussionis , nam cum fidejussor ante sententiam obligatus non essent ex clausula quam verbum sonat , non potuit prius excipere , ergo excipiet nunc : *ar. l.* 2. *C. de consor. ejusdem litis.* Item, quia hæc exceptio competit fidejussori ex persona sua non rei , & ideo non prohibetur eam opponere , & hæc est veritas. Item nota , quòd condemnato fidejussore judicatum solvi , videtur condemnatus principalis si ipsi reo fuit denunciatum , & fidejussor non sit solvendo : *C. ubi de crimine agi oportet*, *auct. qua in provincia.* Item nota , quòd statim quòd fidejussor est conventus super executione sententiæ potest petere executionem contra reum : *ut in alleg. l. sancimus*, *C. de usuris rei jud.* quia propter conjunctionem causæ est idem judicium : *ut ff. de evict. l. minor*, *in princ. C. de sent.* & *interl. omn. jud. l. eorum*, & *C. ubi causæ fisc. l. cum vendente* : sed hic distinguo secundum Bal. quia aut loquimur in fidejussore judicij , & est verum quòd dixi , aut in fidejussorem contractus , & tunc non est verum judicium commune inter eos , undè nec hinc nec inde proceditur executivè contra alterum. Item nota , quòd lata sententia contra reum , videtur lata contra fidejussorem apud acta rescriptum pro executione judicij , eo quia ipse fidejussor fingitur condemnatus , nec fictio sit juri contraria : *ar. glos. quæ est*, *ff. deleg.* 1. *l.*

Ley IV. Como si alguno tuviere muchos fiadores, puede demandar à todos, ò à qualquier dellos.

QUando alguno tomáre dos fiadores, ò mas por alguna cosa, quier diga cada uno por todo, quier no, en su voluntad sea de demandar à todos de consuno, ò à qualquier dellos (*a*): è si al uno demandáre, è le pagáre,

---

l. talis scriptura. Et imò contra tacitam sententiam habet exceptionem peremptoriam ex sua persona quam non haberet si esset expressè condemnatus: *ut C. sent. rescind. non po. l. peremptorias, & vide quòd not. infrà eod. tit. l.* 8. De hac materia an sententia lata contra debitorem mandetur executioni contra fidejussorem sine novo processu: *vide Bar. in l.* 1. *ff. jud. solvi, & Ci. in l. fi.* §. *fi. C. de usu. rei jud. & ibi Bal. & Doct. in cap. eum pro quo, extra de fidejussor. &* 3. *Part. tit.* 5. *de procur. l. fi. & vide Styllo, l.* 125.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 10. *de la* 5. *Partida, tit.* 12. *dispone de otra manera, es que cada uno de los fiadores es obligado por su parte, salvo si alguno dellos fuese ausente, ò alguno fuese pobre, que en tal caso puede el acrehedor demandar toda la deuda al otro: è la Ley* 11. *del dicho tit. concuerda con esto mismo, è pone lo que esta Ley dice, que si el fiador pagáre por sí, è por sus compañeros, puede compeller al principal que le otorgue poder para pedir la deuda, asi al deudor principal, como à los fiadores: è la Ley* 8. *del dicho tit. declara esta Ley cómo se ha de entender.*

(*a*) QUANDO, Ò A QUALQUIER DELLOS. Hoc enim erat de jure antiquo, ut sivè simpliciter, sivè in solidum plures fidejussores essent obligati, unusquisque in solidum tenetur: *ut inst. eod. tit.* §. *si plures, & C. eod. tit. l. non rectè, in fi. & licèt per l. fi. C. de const. pecu. illud sit revocatum*: hodie tamen antiquitas illa per hanc legem servatur: *ut hic, & per l. istam l. non videtur hodie locum habere* 5. *Part. tit. de fidejussor. l.* 8. *& l.* 10. ubi nisi fidejussores sint in solidum obligati, ubi nisi aliqui eorum non sint solvendo, vel nisi sint absentes per simplicem obligationem, non potest creditor ab uno totum debitum exigere, nec hodie compellitur creditor per Epistolam Divi Adriani à singulis qui solvendo sunt partem per virilem portionem petere: *ut l. liberum, & l. reos, C. eod. tit.* nec habet locum quòd notat *Azo. in sum. C. eod. tit.* §. *effectus autem fidejussionis.* Nec etiam habet locum hodie per hanc legem beneficium novæ constitutionis de fidejussoribus: *de quo habetur in auct. de fidejuss. in princ. coll.* 1. *& in auct. præsente suprà alleg.* nam per illud succurrebatur fidejussoribus ut postulare possent, quòd reus principalis primò conveniretur: *ut notat Spec. tit. de renunc.* §. 1. *ver. in primis, & ver. viso de beneficio.* Sed dubito an cum lex suprà proxima, & ista lex solum disponant, una de fidejussoribus, & principali, alia de pluribus fidejussoribus, an idem de duobus reis debendi: *de quibus in auct. hoc ita, C. de duobus reis stipu. & in auct. de duobus reis,* §. 1. *coll.* 8. per quæ jura subvenitur duobus reis debendi, vel promittendi ut postulare possint se non in solidum sed pro parte conveniri si omnes sint præsentes idonei, & solvendo, & ideo ut duorum reorum principalium quilibet in solidum teneantur, requiruntur duo, quòd scilicèt, in solidum obligent, & huic beneficio renuntient: *ut in dicta auct. hoc ita, & Spec. ubi suprà*, & crederem illud non immutatum, cum istæ leges in suis terminis ut jacent debeant observari ne extendantur ultra casus expressos: *ut notat Jaco. de Bel. in alleg. auct. de duobus reis, coll.* 8. *quem vide omnino.* Et juxta hujus legis materiam nota, quòd licèt forum rei regulariter debeat sequi actor, juxta regulam vulgatam *in c. cum sit generale, & in cap. si Clericus, de foro compet. cum simi.* hoc habet verum quando de aliqua re principaliter contenditur, secus si reus originarius futurus antequam conveniatur agat coram suo Judice super exceptione sibi competente si contra eum ageretur: *ut in casu l. si concedat,*

&

sea tenudo de darle, è otorgarle la voz (*a*) quel habie contra los otros: è de sí éste que pagó pueda demandar à cada uno dellos

---

& ibi glos. ff. de fidejuss. & c. 1. *de jurejur.* si fidejussor habet exceptionem ut non conveniatur in totum, sed ut fiat divisio inter alios fidejussores, ut quilibet teneatur pro parte sua si omnes sunt solvendo: *ut inst. de fidejuss.* §. *si plures.* Tamen unus de fidejussoribus si vult, potest antequam conveniatur, implorare officium Judicis, ut fiat illa divisio, & pro reliqua parte imponatur silentium creditori: *hoc idem clarius notat glos. in l. Aurelius*, §. *centum*, *ff. de libe. le.* quæ aperte sentit quòd tutus exceptione potest agere antequam conveniatur implorando Judicis officium, ut silentium imponatur actori, sicut in negativa quæ datur possessori: *ut l. & si forte*, *ff. si serv. vend. & not. in cap. examinata de jud.* & hoc est verum quando reus futurus molestatur de facto, vel timet verisimiliter molestari: *ar. in l. diffamari*, *C. de in ge. ma. & in c. conquærente*, *de offic. ord. & Bar. in l. si finita*, §. *eleganter*, *ff. de damno infec. idem Frede. Senis consil.* 130. in examinatione testium ad perpetuam rei memoriam: *idem Lapus alleg.* 210. *& idem in casu cap.* 1. *de jurejur.* quòd verum est in exceptione propriè dicta, quæ tantum competit stimulato, seu stimulando stimulo actionis, secus in exceptione quæ competit contra electum ne confirmetur: *ut plenè per Abb. de Cecil. in c. si quis contra Clericum*, *de foro comp.* Item, circa materiam hujus legis nota, quòd etiamsi plures sunt in solidum obligati, si post obligationem contractam condemnentur per Judicem, ex causa judicati fiat executio, non objecto in solidum debet fieri executio pro virilibus portionibus, & per capita: *est text. cum ibi notatis in l. si plures*, *C. una sententia condemn. sunt*, *& est expressum* 3. *Partit. titul.* 27. *leg.* 4.

(*a*) La voz. Fidejussor enim solvere volens habet beneficium cedendarum actionum: de quo habetur, *ff. de fidejus. l. fidejussoribus*, *& l. cum is qui*, *ff. de solut. l. Modestinus*, *& l. stichum*, *aut Pamphilum*, §. *pen.* per quòd beneficium petere potest talis fidejussor, & alij qui in una obligatione sunt obligati sibi cedi jura contra confidejussores, & alios pro quibus sunt obligati, alioquin nisi cedantur eis possunt recusare solutionem: *ut l. stichum*, §. *pe.* Dubitatur tamen quo tempore debeat cessio fieri: *& Ci. in l. cum alter*, *C. eod. tit. & glos. notabilis in l. Papinianus*, *ff. mandat* distinguunt, aut fidejussor solvit nomine proprio, & tunc quandocumque etiam ex intervallo potest cessio fieri: *ut alleg. l. Papinianus*, *& l. si quid possessionem*, *ff. de pet. hæred.* & est ratio de qua ibi, quia fidejussor suo nomine solvendo non liberat debitorem, & per talem solutionem actiones non extinguuntur: *ut ff. de solut. l. sticho*, §. *si mandato*: aut solvit nomine debitoris, & tunc nulla potest fieri cessio: *ut alleg. l. cum alter*: & est ratio, quia creditor cui satisfactum est nullam habet actionem cum solutione ejus quòd debetur: *& etiam inst. quibus mo. tollitur obligatio*, *in princ. & nemo plus juris*, *&c. ut in l. nemo plus*, *ff. de reg. jur. & extra eod. tit. c. nemo*, *lib.* 6. aut dubitatur quia forte solvit simpliciter: *& tunc licèt glos. dict. l. Papinian. aliter dicat Ci. tamen in alleg. l. cum alter* tenet, quòd quantumcumque fiat cessio ex intervallo tenet, quia magis nomine ipsius fidejussoris videtur solvisse: *ut ff. deleg.* 1. *l. si res*, *in fi. & ff. de in rem ver. l. si filius*, *& ff. de solut. l. stichum*, §. *si mandato*, *& hoc idem tenent DD. in alleg. l. Modestinus*, *ff. de sol. l. tamen* 5. *Part. tit.* 13. *l.* 11. *tenet cum glos. in dict. l. Papinian.* dicens, quòd si tempore solutionis fidejussor non expressit cujus nomine solvit, eo tempore potest sibi fieri cessio contra omnes, sed postea non, quia præsumitur nomine debitoris solvisse ex quo statim cessionem non petijt, potest tamen sine cessione exigere quòd solvit à debitore. In casu tamen istius legis cum contra confidejussores fidejussori fit cessio per creditorem, sivè fiat ex intervallo, sivè in continenti non refert, cum per talem solutionem præcedentem creditoris factam actiones non extinguantur contra fidejussores: *ut in hac l. & in jur. suprà alleg. & vide circa hoc l. ut fidejuss. & ibi glos. & Bar. ff. eod. tit.*

que con él fiaron, quel paguen su parte (*a*) de quanto él pagó: è si cada uno fiáre en su parte conoscida, no sea tenudo de pagar mas (*b*), ni de responder por mas.

Ley V. Como la muger no es obligada por la fianza que fizo el marido.

SI el marido ficiere fiadura sin otorgamiento de su muger, è la pecháre, ella, ni sus herederos no sean tenudos (*c*) de pechar ad quòd mulier non tenetur: *ut infrà eod. lib. tit. fi. l.* 14. *cum ibi notatis.* Item nota, quòd juramentum non valet contra talem laudabilem consuetudinem, vel statutum, sivè legem, scilicèt, quòd mulier non potest se obligare sine consensu viri: *ut notat Bal. ff. de jurejur. super rubrica, vers. sed quæritur*: ubi idem dicit de minore, vel de filiofamilia, quia ubi est defectus formæ, vel solemnitatis, non valet juramentum, nam ubi deficit forma, videtur deficere jus commune, & obligatio naturalis deficit. Idem, si statutum imponat pretium in rebus vendendis: *ut ibi notat Bal. & vide quòd not. infrà eod. lib. tit. de las deudas, l.* 13. Nota quòd de jure isto mulier sine viri auctoritate non potest contrahere, & si contrahat contractus est nullus: *facit l. fi. in fi. suprà eod. foro, lib.* 1. *tit.* 11. *& quòd ibi scripsi, & infrà eod. lib.* 3. *tit. fi. l.* 13. & etiam cum viri auctoritate intercedens juvatur Vellejano: *ut ff. ead. l.* 3. *& l. si Titius, & ff. ad Vell. l. idem est, & l. vir uxorem, in fi.* potest tamen fidejubere renuntiando huic beneficio: *ut in jurib. suprà alleg. &* 5. *Part. eod. tit. l.* 3. dum tamen hoc faciat cum viri consensu: *ut hic, & vide Henr. in c. Clericus, extra de fidejuss. & l. par. ubi suprà.* In casibus tamen sine viri consensu potest fidejubere: *ut infrà eod. lib. tit. fi. l.* 14. *cum ibi notatis.* Est tamen notandum circa hoc, quòd uxor non potest efficaciter pro viro obligari, nec pro eo intercedere, nec tenetur ex debito, vel obligatione pro marito, vel ejus causa contracta: *ut C. ne uxor pro ma. l.* 1. *ff. ad Vell. l.* 2. *&* 3. & ipso jure servat illæsa: *ut in auct. ut nulli jud* §. *& illud, coll.* 9. *& vide plenè per Spec. tit. de solut.* §. 1. *vers. sed quæritur an uxor, cum seq. & ibi Jo. An. in addit.* Si tamen debitum in unum contractum est, & in utilitatem utriusque sit versum, etiamsi mulier expressè non obligetur in contractu est à jure obligata ad medieta-

---

(*a*) Su parte. Et sic nota, quòd non in solidum fit cessio, sed pro rata, idest pro parte cæterorum: *ar. ff. de tu. & ratio dist. l. si pupillus, & alleg. l. Modestinus, ff. de solut.* & nota circa hanc legem, quòd facta cessione principalis actionis intelligitur cessa accessoria, vel hypothecaria: *ut tenet glos. & Ci. in l. mandati, C. eod. tit. & de act. & oblig. l. si insolutum, & l. si à creditore, & vide ff. eod. tit. l. hæres à debitore, & ad Trebel. l. si hæres.*

(*b*) De pagar mas. Nota quòd cum fidejussor pro parte virili à principio fidejussit, non tenetur in solidum: *Concor. l. inter eos, in princ. ff. eod. tit. cum concord. ibi in glos. alleg.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. de la 5. Partida, tit. 12. que pone muchas personas que no pueden fiar, entre las quales es una la muger: è lo mismo dispone la Ley 3. del dicho tit. la qual pone ocho casos en los quales puede ser fiadora: vey la Ley 1. tit. 10. lib. 5. de las Ordenanzas Reales, que manda, que la muger no se pueda obligar, è que la obligacion que hiciere no obliga à ella, ni à sus hijos: è la Ley 2. del dicho tit. manda, que la muger no sea presa por las deudas de su marido, aunque sean deudas de rentas del Rey: è la Ley 4. tit. de las ganancias, del mismo libro, pone, que si el marido, è muger algo ganáren siendo casados, que los tales bienes solo el marido los pueda vender: vey la Ley del Estilo, que es 207. que singularmente dispone en las fianzas que hacen el marido, è muger juntamente, como son obligados à pagar. Vey la Ley 5. del dicho tit.

(*c*) Si el marido, no sean tenudos. Et est ratio, quia ex tali obligatione viri, vel fidejussione nullum lucrum videtur inter virum, & uxorem communicari, sicut dicimus in debito ante matrimonium contracto per virum,

ta-

ninguna cosa por razon desta fiadura, en vida, ni en muerte: è si la muger ficiere fiadura por otro sin otorgamiento de su marido, no vala, ni sea tenuda ella, ni sus bienes por tal fiadura.

Ley VI. Quales son las personas que no pueden fiar à otro.

NIngun Arzobispo, ni Obispo, ni otro Perlado, ni Clerigo seglar, no faga fiadura (*a*) ninguna por otre: è si la ficiere, la Iglesia, ni sus bienes (*b*) no sea tenida por tal fiadura: mas los bienes de su patrimonio (*c*) que hobiere, ò de otra qualquier, sean tenudos por la fiadura que ficiere. Otrosí, ningun home de Orden (*d*), ni Abad, ni otro de qualquier Orden que sea, no faga fiadura ninguna, è si

---

tatem debiti de jure isto: *ut infrà eod. lib. tit. fi. l.* 14. *cum ibi notatis*: & circa hoc nota remedium pro uxore, quòd si gravatur, vel timet gravari pro debito viri, potest officium Judicis implorare, quatenus Judex inhibeat ante factum, ne hoc fiat: *ut in l. si pater*, *C. qui bo. cede. po.* quòd alibi non reperitur ita expressum, post factum autem benè reperitur quòd debet revocari: *ut C. ne uxor pro ma. l. ob maritorum*, *& quòd ibi plenè notat Bal. & facit ff. de offic. procur. Cæssa. l. fi. & hoc notat*, *& commendat Bal. in dict. l. si pater.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. de la 5. Partida, tit. 12. que pone las personas desta Ley que no se pueden obligar, ni fiar por otro, è pone otras muchas personas que no se pueden obligar.

(*a*) NIngun Arzobispo, no faga fiadura. *Concord. cap.* 1. *extra eod. tit. & c. te quidem* 11. *q.* 1. & licèt ex hoc Clericus puniatur, fidejussio tamen facta tenet, multa enim fieri prohibentur, facta tamen tenent: *ut extra de jurejur. c. quemadmodum.*

(*b*) La Iglesia, ni sus bienes. Et est ratio, quia factum Prælati non debet Ecclesiæ nocere: *ut in cap. Episcop. cum seq. extra de rebus Eccles. non alien.* & hoc credo verum de jure canonico, nisi pecunia pro qua Clericus fidejubet, sit conversa in Ecclesiæ utilitatem, quando, scilicèt, versa durat in posterum, ut putà quia emitur villa, vel fit ædificium necessarium, vel reficitur Ecclesia, vel redditur melior: *ar. ff. de impen. in rebus do. fac. l.* 1. *& l. pen.* Secus enim si sit versa pecunia in utilitatem temporalem, & voluntariam: *ut eleganter*, *& plenè notat Host. & Jo. An. in alleg. c. quòd quibusdam.* Regulariter etiam Prælatus, vel Clericus possunt pro Ecclesijs fidejubere: *ut ibi not. & in auct. de Sanc. Episcop. §. alium autem.*

(*c*) De su patrimonio. Redditus etiam beneficij ob causam judicati possunt Clerico fidejubenti interdici donec solvat: *ut in c.* 2. *extra eod. tit. & ff. de re jud. l. commodum præmiorum*, & licèt speciali conventione quotidiana stipendia non possunt obligari: *ut notat glos. in alleg. c.* 2. *eod. tit.* Tamen ex causa judicati possunt per Judicem pro judicato obligari: *ut ibi*, *& ar. C. de execu. rei jud. l. stipendia*, *& C. de prædijs mi. l.* 1.

(*d*) Home de Orden. Intelligo absque majoris partis capituli, & Abbatis sui licentia: *quòd dic ut in alleg. c. quòd quibusdam.* Claustralis enim simplex obligari non potest, nec Ecclesiam obligare, cum proprio careat: 12. *q.* 1. *nolo*, & administrationem non habeat: *ut extra de test. c. requisisti*, §. *fi.* nec habet velle, nec nolle: *ut in c. placuit* 16. *q.* 1.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 21. de la 3. Partida, tit. de las servidumbres, la qual pone que hay tres maneras de usufructo, è la una es en el caso desta Ley: è dispone la dicha Ley, que en este caso, y en los otros en los quales uno tiene usufructo en los bienes de otro, es obligado à dar fianza conforme à esta Ley: y de la materia desta Ley hay siete Leyes en el tit. que se siguen despues de la Ley 31.

la ficiere, no vala: y esto mandamos de todos aquellos que manda la Ley que no puedan vender, ni enagenar sus cosas.

Ley VII. Como aquel à quien es dada alguna cosa para sí, è para otro, debe dar fiadores.

SI algun home diere à otro en su vida, ò dexáre à su muerte viña, ò casa, ò otra heredad qualquier que la tenga, è la desfrute por sus dias, è que à su muerte la dexe libre, è quita à otro, ò aquel que la ha de tomar, sea tenudo de dar fiador (*a*) que gela dexe (*b*) libre, è quita, ò la valía, quando quier (*c*) que demande el fiador.

Ley VIII. En qué casos puede el fiador pedir ser sacado de la fianza.

EL que fuere fiador por otro en alguna cosa, no puede demandar que lo quite de la fiadura ante que la peche (*d*), fueras si

---

(*a*) SI ALGUN HOME, FIADOR. Nota quòd quatuor sunt servitutes personales, in quibus nec satisdatio exigitur, scilicèt, usufructus, usus, & habitatio, & opera servorum, ut is, scilicèt, cui talia refacta sunt, utatur, & fruatur, & in habitet, & operas percipiat arbitrio boni viri: *ut ff. de usufruct. quemadmodum cave. l.* 1. *in princ.* & desiderat satisdationem: *ut C. de usufruct. l. usufruct. constituto.* Nec potest à testatore hæc satisdatio remitti, potest tamen ab hærede in cujus favorem introducta est: *ff. ad l. Falci. l. potest.* Sunt tamen casus speciales in quibus hæc cautio non præstatur. Primus, quando certum est proprietatem perventuram ad usufructuarium, vel ejus hæredes: *ff. de usufruct. quemadmod. ca. l. usufruct.* §. *planè.* Secundus non relinquitur fisco, quia fiscus semper idoneus est ad solvendum: *ut ff. ut lega. not. ca. l.* 1. §. *si antè fiscum.* Tertius, in patre habente usufructum in rebus filij adventicijs: *C. de bonisque libe. l. fin.* Quartus, quando usufructus non est redditurus ad hæredem proprietarij, sivè testatoris: *C. de usufruct. l. antiquitas.*

(*b*) QUE GELA DEXE. Cautio enim ista de jure duas causas continet, unam de utendo fruendo arbitrio boni viri, aliam de restituendo finito usufructu: *ff. de usufruct. quemadmodum cave. l.* 1. 1. *responso*, & §. *hæc autem stipulatio*, & 3. *Part. tit.* 31. *de usufruct. l.* 20. lex tamen ista non exigit nisi unam causam tantum, scilicèt, de restituendo formam istius cautionis: *vide per Spec. tit. de pignor.* §. 2. *ver. porro.* An in rebus quæ usu consumuntur constituatur usufructus: *vide glos. & Doct. in c. cum constet, extra de pignoribus.*

(*c*) QUANDO QUIER. Si ergo non petatur hæc cautio, nihilominus usufructuarius utetur, & fruetur, cum hæc cautio non sit de substantia usufructus: *ut tenet glos. & Bar. in l.* 1. *ff. de usufruct.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 14. *tit.* 12. *de la* 5. *Partida, la qual pone, que los fiadores no pueden apremiar à aquellos à quien fian antes que paguen, excepto en cinco casos contenidos en esta Ley, y en la dicha Ley* 14.

(*d*) EL QUE FUERE, ANTE QUE LA PECHE. Et est ratio quia hoc videtur fidejussori mandatum, ut solvat, & promittat, & sunt quasi duo mandata ut se obliget, & solvat, undè ad utrumque tenetur: *ut ff. de cond. indebi. l. indebitam*, & *est simile extra de dolo, & contuma. cap. cum dilect. & ff. de arbi. l. Celsus.* Fidejussor enim non debet intempestive beneficium suum revocare ne omnino inutile fuisset, quia adjuvari nos beneficijs oportet, & non decipi: *extra de commo. cap. unico*, & *ff. eod. tit. l. incommodato*, §. *sicut.* Est tamen notandum, quòd fidejussor de evictione antequam res evincatur, etiamsi steterit per magnum tempus, non poterit agere ut liberetur, quia adhuc obligatio non est: *ut l. facere, in fi. ff. solut. matrim. & Ci. in l. si pro ea. ff. manda.* &

aquel por quien fió comenzáre de malmeter (*a*), ò de enagenar lo

& Bal. in l. Lutius, ff. manda. Quæ autem faciunt aliquem suspectum: *vide glos. approbatam cum text. in l. si fidejussor. §. fi. ff. qui satisdare cogun.* Et circa hanc materiam nota, quòd si debitor promittit fidejussori eum extrahere ab obligatione, videtur illum implere, dando alium æque idoneum: *ff. de constitu. pecu. l. eum qui, §. penult.* Idem, si promittit eum indemnem conservare: *ff. manda. l. si mandato, notat Bal. in l. Lutius, ff. mandati.* Item nota, quòd si per instrumentum garentigium quòd habet executionem, est obligatus fidejussor, ac si esset condemnatus, non potest petere se eximi: *ut l. in commodato, §. sic, ff. commoda.* Contrarium tenet *Ci. in l. centum, C. familiæ hercis. & l. si pœnam, ff. de verb. oblig. & Bal. in dicta l. Lutius, & l. si mandato, §. quotiens, ff. manda.* Sed quæro secundum *Bal. in l. sancimus, C. de usuris rei judi.* fidejussor propter inopiam fuit in carcerem positus, an antequam solvat poterit agere contra reum, petens ipsum condemnari ad quantitatem in qua fidejussit tanquam ex mora, & quòd possit probatur, quia in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse, & tantum videtur fidejussori abesse in quantum obligatus est: *ut ff. de nego. gest. l. si quis mandato.* Item, istius fidejussoris maximè interest, quia mittitur in carcerem, undè si inveniret mutuantem posset accipere pecuniam sub usuris, quas repeteret à debitore: *ut ff. de jurejuran. l. numis.* In contrarium videtur quòd reus tenetur fidejussori ad conservandum eum indemnem, sed hoc potest pluribus modis fieri, scilicèt, solvendo pro eo: *ut in hac l.* Item, fortè aliquid dando creditori, ut exoneret fidejussorem solum ab obligatione. Item, consuevit hoc procurari dando fidejussores magis idoneos, nam propter hanc utilitatem etiam pupillus possit eximere fidejussores tutoris ab obligatione, & recipere novos obligationem novantes, qui suam conditionem facerent meliorem. Cum igitur pluribus modis possit fidejussor conservari indemnis, & sic in electione debitoris quam viam procuret, non debet præcisè agi ad solvendum, sed ut verbum sonat ad conservandum eum indemnem: *ut C. de magistra. conven. l. 1. in principio.* Sed certè post moram hoc potest peti tanquam interesse tacitè conventum, in quo tacitè fit executio virtute expressi. Ad hoc optime facit: *ff. fami. hercis. l. his consequenter, §. Celsus.* Nec obstat quòd plures sunt viæ, &c. quia illud possibile debet poni in facti executione. Esset enim valde crudele dicere, quòd propter subterfugia rei fidejussor moriatur in carcere, nec tamen nego quòd libellus in quo peteret se condemnari indemnem, esset magis tutè formatus, & adjungi posset, & si non conservarit indemnem, peto tantum nomine interesse, nam interesse venit in petitione, non directè, sed indirectè: *ut C. de senten. & interlocut. omnium judi. l. cum eorum, & C. de senten. quæ sine cer. quanti. l. 2. & C. de inut. stipula. in l. 3. in ver. taxatæ quantitatis, & not. ff. de verb. oblig. l. 2. §. item si in facto, & ff. rem ratam habe. l. si sine, §. cum autem, super verbo hoc casu, & adde quòd not. Bal. in alleg. l. sancimus.*

(*a*) Comenzare a malmeter. Nota primum casum exceptum à regula *concord. cap. fi. extra eod. tit. & ff. manda. l. Lutius Titius, C. manda. l. si pro ea,* contra quam unum tamen nota, quòd si fidejussor tempore fidejussionis dilapidare cœperat bona sua, non habet locum istè casus: *arg. ff. ut in posse. le. l. si his à quo, §. planè, & quòd dixi suprà eod. tit. l. 2.* probabitur enim quòd fidejussor malè cœpit uti substantia sua ex qualitate facti, ut quia tota die publicè ludit ad Azardus, & quia ita dicunt vicini, & publica fama: *ut notat C. quando fis. vel priva. l. 2. & de fun. instru. l. cum delanionis, §. asinam.* Et nota, quòd eo ipso quòd decem testes concorditer aliquid deponunt, præsumitur esse notorium facti, cum decem homines faciunt populum: *ut notatur in l. ea quidem, C. de accusa.* & scias, quòd probato facto, fama publica adjicit probationi veritatis quandam qualitatem, id est, quasi notorietatem: *ut not. in cap. 1. extra de usu. l. 6. in glos.* Idem, est in hoc casu si fidejussor in secreto dilapidat, nam ex quo revelatum est per probationem duorum testium, quorum dicta sunt legitimè

suyo, ò si le fuere mandado por Juicio (*a*) que lo pague, ò si fuere el plazo pasado (*b*) à que lo hobo de quitar, ò si la fiadura no fuere fecha à plazo, è la no quitáre fasta un año (*c*).

---

mè publicata, factum est publicum quòd latebat, quòd nec de cætero negari potest: facit *C. de appel. l. cives*, *ff. qui satisda. co. l. si verò*, §. *qui pro rei*, *hæc notat Bal. in auct. quòd locum, C. de coll. in fi. facit*, *C. de jure doti. l.* 2. *& ff. solut. matrim. l. si constante*, *& extra de dona. ante nup. cap. per vestras*, *& quòd ibi not.*

(*a*) Por Juicio. Nota secundum casum qui ponitur *in dictis ll. Lutius Titius*, *& l. si pro ea*, *& cap. fi. extra eod. tit.* fallit tamen iste casus quando fidejussor injuria judicis est damnatus, vel si exceptionem scienter omissit: 5. *Part. tit.* 13. *l.* 15. vel si ab injusta sententia non appellavit: *ut alleg. l. si pro ea*, §. *fi. & ibi glos. singularis*, *& Cin. & Bar.* Idem, si principalis transactionem fecit cum creditore, non tenetur fidejussor: *ut l.* 2. §. 1. *ff. si quis cau.*

(*b*) El plazo pasado. Nota tertium casum quando, scilicèt, debitor est in mora solvendi in termino convento, & hoc verum, nisi debitor se posset aliqua legitima exceptione tueri: *ut not. in cap. non est in mora*, *extra de reg. juris*, *lib.* 6. *cum suis*, *concord. & infrà ead. l.* 13. *cum ibi notatis.* Item, nota circa istam legem, quòd de jure fori de Sepulveda supple natura, & fidejussio pro homine facta post dimidium annum cassetur, excepta fidejussione mercenarij, vel servientis: *ut foro municipali*, *tit. de superlevatoribus*, *l. quæ incipit superlevatura.*

(*c*) Fasta un año. Hic quartus casus, nota hodie determinatum tempus quòd olim erat arbitrarium, quando, scilicèt, diu indebiti solutione, debitor principalis cessavit: *ut notat glos. & Doct. in alleg. l. Lutius Titius*, *& ff. de jure deli. l.* 1. *in fi. & Host. & Jo. An. in alleg. cap. fi. extra eod. tit. & glos. & Doct. in alleg. l. si pro ea*, fallit tamen iste casus quando est datus fidejussor evictionis: *ut suprà dixi*, *& notat Ci. in alleg. l. si pro ea*, *in fi.* & prædictos casus ponit: 5. *Part. eod. tit. l.* 18. & addit alium, scilicèt, cum fidejussor voluit solvere ante tempus creditori, ne pœna committeretur, & creditor noluit recipere, vel non erat in loco illo quo posset recipere, quo casu debet fidejussor quòd solvendum erat, deponere, & pecuniam sic depositam aget mandati: *ut ibi*, *concord. l. qui mutuam*, §. *fidejussor. ff. manda.* licèt ibi requiratur depositio, & consignatio: & est ratio, quia depositio habetur loco solutionis: *ut C. de usuris*, *l. acceptam*, *& ff. deposit. l.* 1. §. *si pecunia*, *& quòd not. in l. quòd te. ff. si certum pe.* Alius casus est, si hoc ab initio convenit: *ut alleg. l. si pro ea*, *& l. fidejussor pro venditore*, *ff. de fidejusso. & in alleg. l. Part.* & iste casus exceptus facit ad quæstionem vendidi Titio fundum, & promissi evictionem, & Martinus fidejussit pro me tandem ego promissi illum fidejussorem meum ab obligatione ista liberare, & extrahere ad istius petitionem, & terminum sub certa pœna, modo ille Martinus meus fidejussor petit quòd ego liberem, & extraham eum ab obligatione, ego toto posse in hoc conor, & volo dare Titio æque bonum fidejussorem ut liberet Martinum, ipse non vult hoc facere quid juris? vide notabilitèr *Bald. in l. si pater*, *C. de colla.* & vide formam hujus actionis *in Spec. tit. de jud.* §. *specialia*, *ver. si vero fidejussor.* Alius casus est si in judicio te sisti promisero, quia antequam præstem, mandati agere possum, ut me liberes: *ut l. si mandato*, §. *si in judicio*, *ff. manda.* Alius casus est quando id quòd mihi debebas à debitore tuo stipulatus sum animo novandi, tuo tamen periculo, quia tunc antequam solvam, possum agere tecum mandati in id quòd minus ab illo debitore tuo servare potero: *ut alleg. si mandato*, §. *final.* Alius casus est si rem mandato meo emas, quia antequam solvas pretium, agere potest contra me mandati: *ut dicta l. si mandato*, *in princ. Facit ista l. ad quæst. Pillei medicinen. quæ est* 17. & incipit: Lutius Titius fidejussit pro Gajo Sejo apud Septium creditorem spe futuræ numerationis pecuniæ qui Lutius cum comperisset Gajum Sejum minus solvendo, statim denunciavit Septio credi-

ditori, ne Gajo Sejo debitori pecuniam numeraret, Septius vero creditor fidejussoris denunciationem contemnens, pecuniam mutuavit, & numeravit, nunc creditor à debitore suum non valens recuperare debitum Lutium Titium fidejussorem convenire intendit, quæritur utrum ponitur actio ex stipulatu, vel certi condictione quòd autem fidejussorem creditor valeat convenire ratione evidenti probatur, in primis ea ratione, quia non licuit à contractu semel inito, & maxime creditoris favore fidejussori recedere: *ut instit. de fidejuss. in princ.* sicut enim liberum fuit intervenire ab initio, ita semel constitutæ obligationi libera non datur renunciatio: *ut C. de actio. & obli. l. sicut*, nimiam injuriam se pati conquæri non potest qui semel fidejussioni consensit: *ut ff. de aqua plu. ar. l. in diem*, nec negotium semel probatum improbandi facultas conceditur: *ut ff. de nego. ges. l. Pomponius scribit. not. in c. quòd semel placuit, extra de reg. juris, lib. 6.* Nec obstat quòd à fidejussore de inopia debitoris proponitur, quia hoc debuit ab initio fidejussor providisse: *ut ff. de loca. & conduc. l. si quis domum*, & licèt hoc diceret fidejussor, creditor tamen ex bona fide non credidit: *ff. de excusa. mune. l. penult.* & ex his, & alijs per Pilleum allegatis concludit creditori fidejussorem sibi certissimè condemnandum. Fidejussor autem è contra creditorem doli exceptione repellit asserens eum dolo fecisse qui contra denunciationem suam debitori pecuniam mutuavit, sicut de emente à fraudatore legitur, qui si creditoribus contra denunciantibus emerit, dolo fecisse videtur: *ut ff. quæ in frau. credi. l. ait, §. si quis.* Is quoque malefidei judicatur possessor qui contra domini denunciationem ad fundi emptionem accessit: *ut C. de rei vendi. l. si fundus.* Si quidem hæres etiam qui legatario contra testationem sibi factam rationes tradidit tanquam dolosus condemnatur, & rite: *ut ff. de eden. l. quidam, §. nibil.* Ex his, & alijs per Pilleum allegatis patet Septium creditorem doli exceptione à Lutio removendum, quia ejus denunciatione contempta prolapsus est ad solvendum. Item, alia ratione habuit Lutius Titius jus prohibendi, scilicèt, quia res erat integra adhuc, quòd sic probatur, nondum numeratio intervenerat, ergo adhuc erat res integra, nam & liberum erat debitori non accipere: *ut ff. si cer. peta. l. quòd pecunia.* In venditione enim res dicitur integra, etiam datis arris, ergo hic dato fidejussore: *ut ff. quæ res pign. obli. po. l. Titius, C. quando lice. ab emptio. dis. l. 1.* imò in mutuo dicitur res integra pretio nondum soluto licèt re vendita: ergo, & pecunia non numerata licèt fidejussione data: *ut ff. de excep. rei ven. l. 1. §. 1.* fortiori adhuc probatur ratione habuisse denunciationem de jure, scilicèt, propter inopiam debitoris, nempe propter fidejussoris inopiam fidejussori non solventi actio mandati, nec etiam condemnatio conceditur, licèt aliàs repellitur: *ut C. de jure do. l. ubi ut alleg. l. si pro ea, C. manda.* porro etiam propter inopiam fidejussionis ex integro succurritur creditori: *ut ff. qui satisda. co. l. si à ratione*, itaque inopia debitoris constat justam fuisse denunciationem fidejussoris, igitur succurritur creditori: *ut ff. manda. l. si hominem, & l. si procurator. §. si igitur.* Per hæc, & alia Pilleum fundare videtur fidejussoris denunciantis intentum. In hac autem quæstione post alia Pilleus distinguit, utrum debitor post obligationem fidejussoriam factus sit non solvendo, an antè. Si antè fidejussori qui pro tali fidejussit imputetur quam creditori: *ut ff. manda. l. cum mandato.* Si vero postea hoc contingat, si denunciavit creditori subveniatur fidejussori qui justam habuit causam denunciandi: *ut ff. de cap. dimi. l. 2.* & sic ipse Pilleus hanc quæstionem determinavit.

ADDICION.

La Ley 19. de la 5. Partida, tit. 12. manda, que si alguno fiase à otro de lo traher à derecho, è aquel que se habia de hacer muriese, el que se obligó es libre de la fiadura, è de la pena, excepto si muriese despues que el fiador fuese requerido, y el plazo fuese pasado: ca en tal caso obligado es à la pena, è si pena no fuese puesta, el Juez le puede poner pena la que le pareciese: è si para lo haber no fue dia señalado, dura la fianza por dos meses, è no mas, salvo si fuese deuda de Rey que dura tres años: è la Ley 3. lib. 5. tit. 10. de las Ordenanzas Reales manda, que si la pena en que el fiador cayó no se pidiere por un año, despues no se puede pedir: vey la Ley 17. de la 5. Partida, tit. 12. que pone los pla-

Ley IX. Como si alguno se obligó de traher à otro en Juicio, è se muriere, es quito de la fianza.

SI algun home fiáre à otro para pararse à derecho (*a*) sobre cosa que no sea de justicia, y en este comedio muriere (*b*) aquel à quien fió, el fiador sea quito: è si despues del plazo muriere, è al plazo no viniere, sea, otrosí, quito: mas peche las costas (*c*) porque no vino al plazo, è por la demanda tornese à los herederos (*d*).

Ley X. Como es fuera al fiador quando el creedor alarga el plazo al deudor.

SI alguno fiáre à otro por alguna cosa pagar, ò facer à plazo, è si ante del plazo, sin otorgamiento del fiador, alongáre aquel plazo, el fiador no sea tenudo (*e*) de la fiadura: è si no le

---

plazos que han de dar al que salió por fiador de otro para le presentar à juicio.

(*a*) SI ALGUN HOME, PARARSE A DERECHO. Scilicèt, coram Judice competenti, quia ubi non tenet judicium ibi non tenet satisdatio quæ fit ad vigorem judicij conservandum, & ex hoc apparet quòd satisdatio præstita Judici incompetenti de parendo mandatis suis, & de judicato solvendo, cum judicium sit nullum ipso jure, non tenet ista satisdatio, quòd tene menti: *ut l. fidejussor.* §. *si quis, ff. qui satisda. co. & ibi commendat Bal.*

(*b*) MURIERE. Cum prima parte hujus legis *concord. l. sancimus, in fi. C. eod. tit. &* 5. *Part. tit.* 13. *l.* 18. *cum seq.* Ex qua lege nota, quòd casus contingens in personam promissoris antè moram excusat fidejussorem: *concord. l. si decesserit, ff. qui satisda. co. & facit, ff. ad Turpil. l. in senatus*, §. *si post mortem, & ff. de consti. pecu. l. qui autem, & ff. quòd vi aut cla. l. si alius*, §. *cum ante.* & nota istam legem quæ loquitur quando fidejussor promittit stare reum in judicio usque ad certum tempus, quia tunc est in mora eum in termino non exhibendo: *concord. ff. qui satisda. cogun. l. de die, in princ. & ff. si quis cautio. l. si servus plurium.* Secus enim si fidejussor promittit reum in judicio stare simplicitèr, non adjecto certo tempore, quia tunc si ille, cui facta est promissio, est diligens, promissio obligat, & durat usque ad finem litis seu causæ. Sic intellige: *ff. eod. tit. l. Græcè*, §. *post litem, & C. de judi. l. properandum*, §. 1. & donec sit finita lis non videtur esse fidejussor in mora: *ut ibi.* Si autem is cui facta est promissio est negligens, vel si est fidejussor in causa publica, vel privata usque ad quòd tempus teneatur: *vide Henr. in cap. ex posuit, extra de dila.* 1. *distin. & Azo. in summa, C. eod. tit.* §. *penul. & ult. & ll. Part. suprà alleg. & C. de fidejusso. l. penult.*

(*c*) PECHE LAS COSTAS. Hæc lex deviat à jure antiquo, quo cavetur quòd termino elapso fidejussor est in mora, & incidet in pœnam quam solvet: *ut alleg. l. sancimus, & l. Part.* de jure tamen isto solum condemnatur in expensis. Et nota quòd cum ista lex loquatur de fidejussore standi reum in judicio, quòd talis fidejussor judicio sistendi causa datus pro rei qualitate debet esse locuplex, exceptis personis necessarijs, tunc enim qualiscumque sufficit pro parente, & patrono, & alijs: *ut ff. de in jus* 2. *&* 3. *& Spe. tit. de satisda.* §. 2. *versi. illud autem.*

(*d*) TORNESE A LOS HEREDEROS. Et hoc verum nisi fuerit actio pœnalis, ut furti, damni ac injuriæ, & aliæ quæ contrahæredes non transeunt: *ut not. in cap. fi. extra de sepul. & ibi glos. notabilis, & vide Jo. Fa. insti. de fidejusso.* §. *fidejussor. super glos.*

(*e*) SI ALGUNO FIARE, NO SEA TENUDO. Et hoc ideo quia intra primum terminum videtur facta novatio per termini prorrogationem: *concord. l. pe. ff. de præto. stipala. & quòd ibi notat glos. notabilis, & ar. q. ff. de fidejusso. tu. l. si fidejussor, in princ. & ff. de novat.*

alongó el plazo, maguer que el deudor al dia no fue demandado quel pagase, el fiador sea tenido de quanto fió.

---

vat. l. si pupillus, *& per hanc l. videtur expedita quæst. de qua per Spe. tit. de solut.* §. 1. *vers. id autem quæritur*, *& per Host. & Joan. An. in cap. fi. extra de fidejusso. in fi. & concord. etiam cum hac l. ff. de pactis, l. ult. & de arbi. l. Labeo*, §. *ult. & ff. loca. l. item quæritur*, §. *qui impleto.* dicebat tamen Bart. quòd talis fidejussor, licèt sit liberatus per talem novationem prorogationis, tenebatur tamen iterum fidejubere: *ut ff. de fidejusso. l. si quis pro eo*, §. *si nummos*, *quòd intelligit Gau.* verum si simplicitèr fidejussit non ad certum tempus, tunc enim videtur in omnem causam fidejussisse, secus ubi fidejussit ad certum tempus expressè: *ut dicta l. pe. ff. de præto. stipu. & not. in l. sicut Hermes, C. loca. hoc tenet Gau. in cap. constitutus*, *extra eod. tit. & Archi. in cap. te quidem* 11. *q.* 1. Si tamen post terminum fiat talis prorogatio, non liberatur fidejussor, ut hic à contrario sensu: *& est text. in l. cum stipulatus sum mihi à Procul. ff. de verbo. oblig. & ibi per Bart.* Nota ex hac lege casum per quem liberatur fidejussor novatione facta per debitorem sine consensu fidejussoris, quòd intelligo verum nisi in sequenti obligatione fidejussor se obligaverit, vel nisi in prorogatione consenserit, ut hic: *& in l. novatione*, *C. eod. tit. & in l.* 1. *C. si ob chirogra. pe. & l. novatione*, *ff. de novatio.* Est tamen notandum, quòd per condemnationem principalis non liberatur fidejussor, nec tollitur hypotheca, per absolutionem tamen paratur exceptio fidejussori: *ut l. quamvis*, *& ibi Ci. C. de pigno.* Item, liberatur fidejussor solutione: *ut insti. qui. mo. tollitur oblig. in princ. & ff. de neg. gestis*, *l. solvendo*, & in alijs casibus notatis *per glos. & Bart. ff. de solu. l. solutionem*, & regularitèr liberatur fidejussor in casibus in quibus debitor liberatur: *ut infrà eod. tit. l.* 11. Item nota, quòd fidejussor in leviorem causam, non in duriorem potest accipi: *ut ff. eod. tit. l. Græcè*, §. *si quis stichum*, *cum* §. *sequenti*, *& l. fidejussor.* §. *qui certo*, *& l. hi qui*, *& l. si ita*, & si in duriorem causam fidejubeat in nihilum tenetur: *ut tenet glos. & Bar. in alleg. l. Græcè*, *& est text. in* §. *fidejussores insti. eod. tit. & Azo. in summa*, *C. eod. tit.* §. *item quòd dixi*, & licèt de hoc sunt plures opiniones DD. hoc tamen de jure Regni videtur determinatum: 5. *Part. eod. tit.* 13. *l.* 7. qua cavetur, quòd si in alio loco promissit fidejussor solvere quam reus, non valet fidejussio. Idem, si breviori tempore, vel si debitor sub conditione, fidejussor tamen purè, quia tunc in nihilum tenetur. Si autem majorem quantitatem quam reus promissit tenetur ad concurrentem quantitatem, & sic intelligitur quòd circa hoc opponitur de regula utile per inutile: *extra de regu. juris*, *lib.* 6. *cum suis concord.* Ultimo nota, quòd dilatio data per creditorem debitori principali extenditur ad accessoria, scilicèt, ad usuras: *ut l. solvitur*, §. *paciscatur*, *ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol.* quòd limita, nisi debitor, cui est facta dilatio, est suspectus de fuga, vel de dilapidatione sui patrimonij, tunc enim dilatio in principali non extenditur ad accessorium. Casus est singularis secundum intellectum *glos. in l. contractum*, *ff. de pigno.* Item, ad id quòd suprà dictum est de prorogatione termini nota, quòd talis prorogatio termini promissam pœnam non tollit, licèt impedit pœnam committendam: *ut notat plenè Bart. in l. cum stipulatus sum mihi à Procul. ff. de verbo. oblig.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 12. de la 5. Partida, tit. 12. que dispone, que entrando uno por fiador de otro, è agora sea à su ruego, ora sin el principal parte, è no lo contradiciendo, ora sea en su ausencia, si despues lo sabe, è aprueba en qualquier manera quel fiador pague, es obligado el principal de le satisfacer, ò pagar lo que por él pagó, excepto en tres casos que dice la Ley: è la Ley 13. del dicho tit. pone otro caso singular, en que el fiador no puede pedir lo que paga. Vey la Ley 25. del dicho tit. que pone otro caso en los quales el que paga por otro no lo puede repetir.

Ley XI. Como el deudor debe pagar al fiador todo lo que por él pagó, è si lo negáre, con el doblo.

SI el fiador (*a*) pecháre (*b*) por aquel à quien fió despues del plazo (*c*) que con él puso, ò al plazo quel Alcalde pusiere, si la fiadura no fue fecha al plazo, peche quanto (*d*) por él pechó (*e*), con las costas, si algunas fizo por razon desta fiadura: è si él negáre que él no le metió en la fiadura, è gelo probáre, peche el todo doblado (*f*) quanto el fiador por él pechó, è las costas, si algunas fizo, mas no dobladas.

Ley XII. Como si el fiador muriere ante del tiempo de la fianza, sus herederos son tenudos de lo pagar.

SI por aventura el fiador muriere ante que sea quito de

(*a*) SI EL FIADOR. Circa hanc legem nota incidenter, quòd fidejussor non potest emere pignora in contractu in quo fidejusserat obligata, & nisi ea restituat debitori, soluta tamen sibi sorte, & usuris quas solvit, tenetur ipsè fidejussor de fide rupta: *ut est text. cum ibi notatis in l.* 1. *C. de dolo*, & hoc verum etiamsi emat pignora venaliter exposita, sivè luat: *ut ibi.* Et est ratio, quia suscipiens mandatum de fidejubendo, videtur etiam suscipere de solvendo, & ideo quòd non potest ut ipse, nec potest ut alius, nam præsumptio juris, & de jure est quòd fidejussor rem emit ex necessitate mandati, & non ex voluntate, contra quam præsumptionem non admittitur probatio in contrarium nisi per confessionem: *ut notat glos. & notabilitèr per Sali. in alleg. l.* 1. *C. de dolo.* Item, facit ad hanc legem quæstio Bar. quam ponit *in l.* 2. §. *item si in facto, in fi. ff. de vers. ob.* de eo qui propter represalias excussus, & passus est, an habet actionem contra eum cujus occasione represaliæ factæ sunt: *quam quæst. vide infrà tit. de las penas, lib.* 4. *l.* 9. Item, facit hæc lex ad quæstionem disputatam *per Jo. An. in mercurialibus, in cap. damnum, de re. ju. lib.* 6. & est quæstio venerialis, an scilicèt, si fidejussor usuras creditori solvit, à debitore recuperet: de quo vide distinctionem notabilem *Jo. An. ibi*, quæ facit ad multa.

(*b*) PECHARE. Verè, scilicèt, & realiter, aliàs enim ficta solutio non sufficit ad dandam actionem contra principalem: *ut ff. de jurejur. l. si duobus*, §. 1. *ut notat Bar. in l. cum filius*, §. 1. *in fi. ff. de ver. oblig.*

(*c*) DESPUES DEL PLAZO. Secus si antè diem solverit, quia tunc non potest agere mandati donec transeat dies quo reum solvere oportuit: *ut ff. eod. tit. l. si fidejussor.* Nec tunc tenetur reus ad expensas, cum non fuit in mora: *concord. l. si mandavero, in princ. ff. manda.*

(*d*) PECHE QUANTO. Et hoc verum nisi fidejussor secundo suo prædat defensionem, quia tunc illud quòd solvit non repetet à reo: *ut est text. notabilis in l. si quis*, §. *si is pro quo, ff. quòd quisque juris.*

(*e*) POR EL PECHÓ. Scilicèt, actione mandati si cum mandato fit fidejussio, vel actionem negotiorum gestorum si pro absente, & sine mandato fit fidejussio: *ut ff. manda. l. ex mandato*, §. 1. *& l. qui fidem facit, l. potest accip. ff. de fidejusso. & quòd notat Spec. tit. de judicijs*, §. *specialia, vers. porro.* Tenetur etiam debitor principalis ad solvendum usuras fidejussori suo, si fidejussor eas pro debitore solvit, quòd verum si debitor juravit juxta *cap. debitores, extra de jurejur. ut tenet glos. in cap.* 2. *extra de fidejusso. de hoc per Jo. An. in alleg. regula damnum*, fallit tamen ista lex in casu, quando, scilicèt, extraneus promissit dotem pro filia mea, & ego fidejussi pro eo, & solvi: *ut l. profecticia*, §. *si pater, ff. de jure doti.*

(*f*) DOBLADO. Nota casum specialem in quo tenetur debitor fidejussori ad duplum. Alium casum *not. in l.* 1. *tit. de ferijs, suprà eod. foro, lib.* 2.

la fiadura, sus herederos (*a*) sean tenudos por la fiadura (*b*), asi como él mismo era tenudo (*c*): otrosí, si aquel que rescibió el fiador muriere ante que sea pagado, sus herederos puedan demandar la fiadura al fiador, ò à sus herederos, asi como lo podria demandar aquel que rescibió el fiador, si vivo fuese.

Ley XIII. Como lo que debe el deudor, debe el fiador.

TOdas las cosas que es tenudo el deudor, à todas es tenudo el fiador (*d*), è no à mas (*e*). Otrosí, todas las defensiones (*f*) que el deudor ha por sí, todas las ha el fiador, è las pueda razonar, è defenderse por ellas, maguer

---

(*b*) Empeñe a otro. *Concord. l. gregi*, §. *cum pign. ff. eod. tit.* & *l.* 1. & 2. *C. si pignus pign. obli. sit*, & tamdiu durat ista obligatio quamdiu prima durat: *ut ibi, & ff. eod. tit. l. lex vectigal.* & sic nota ex lege ista, quòd creditor non potest rem sibi obligatam alij obligare, nisi eatenus quatenus est obligata sibi, & non in plus, quia sic obligaretur res aliena, quòd esse non potest: *ut tenet Ci. in alleg. l.* 1. *C. si pignus pign. obli. sit, ubi vide latius per eum.* Et nota, quòd non potest in infinitum pignus pignori dari, nec ultra tres vices: *ar. extra de rescript. c. cum in multis, & Spec. eod. tit.* §. 1. *ver. sed cum pignus pignori.* Adapto huic legi unam quæstionem, quam habui de facto, quæ talis est. Titius vendidit Sejo domum, facta emptione Titius sortitus est creditores quibus domum prædictam obligavit, iste autem Sejus emptor conventus fuit à Titio dicente in venditione ultra dimidiam justi pretij esse deceptum, & sua intentione de facto probata Judex Sejum emptorem condemnavit ad restitutionem domus, vel ad supplementum justi pretij. Sejus autem noluit justum pre-

re: è quien contra esto fuere, peche lo que empeñáre doblado à su dueño: è si la su cosa empeñáre en dos lugares, ò en mas, peche à cada uno de aquellos à quien la empeñáre, el doblo de lo que aquella cosa valiere.

Ley X. Como la prenda no libra al deudor.

QUienquier (*a*) que peños tomáre por su deudo, si los no vendiere asi como manda la Ley, è por el precio de los peños no fuere empeñado de su deudo, pueda demandar lo que fincáre (*b*) del deudo.

---

pretium supplere, sed restituit Titio domum, est quæstio an creditores Seji possunt dictam domum per hypothecariam à Titio advocare, eo quia tempore obligationis dicta domus erat in bonis Seji, & videtur quòd sic, quia in emptione translatum fuit dominium, vel causa usucapiendi: *ut C. de pactis*, *l. traditionibus*, *ff. de public. l.* 3. §. *ait prætor.* *& l. sed & si res*, *undè valuit pignorat. ff. de pign. l. quæ non dum*, §. *quòd dicitur*, *& l. si ab eo*, *ff. de edil. edic. l. benè*, §. *pignus*, *& qui mo. pign. vel hypo. sol. l. si debitor in princ.* Item, quia restitutio dictæ domus est quædam alienatio, quæ cum sua causa transit: *ff. de contrah. empt. l. alienatio*, *& nemo plus juris*, *&c. ff. de reg. jur. l. nemo.* Item, quia emptor non impeditur alienare rem, cum teneatur actione personali ad supplendum justum pretium, vel restituendam venditionem: *C. de rescin. vend. l. rem majoris pretij*, *ff. de verb. oblig. l. si servum*, §. *idemque*, *ar. ff. de rei vend. l. si hominem.* Item, quia alteri per alterum iniqua conditio auferri non debet: *ff. de reg. jur. l. non debet*, quòd fieret si creditores perderent hypothecariam. Item, quia hypothecaria quæsita creditoribus non potest sine suo facto in alium transire: *ff. de regu. jur. l. id quòd nostrum.* Item, quia daretur creditoribus occasio malignandi, quòd esse non debet: *ff. nau. caup. stab. l.* 1. §. 1. obstant tamen quam plurima jura: *ut ff. de in diem adjec. l. non autem*, §. *Marcellus*, *ff. qui mo. pign. vel hypo. sol. l. si res*, *& ff. quemad. serv. amit. l. is cui*, §. *fi. & ar. ff. de mino. l. quòd si minor.* §. *restitutio*, *ver. omnia in pristinum statum restituuntur*: & sic domus ista debet restitui non obligata: *& ar. ff. de pign. l. si superatus*, §. *fi. ver. factum*, debitoris nocet creditori: *facit ff. de re jud. l. sæpè.* Item, quia facta tali venditione statim cœpit habere actionem: *& per consequens rem ff. de reg. jur. l. qui actionem*: ergo non potuit obligari: *C. si res alie. pign. da. sit*, *l. si probaveris*, *ff. de pign. l. si fundus*, §. *aliena.* DD. tamen tenent, quòd prius dictum est, scilicèt, quòd tollitur pignoris obligatio per jura primò allegata. Ultimo nota incidenter, quòd cum creditor cui pignus conventionale traditum est, possideat civiliter, & naturaliter: *ut in l. per servum*, *in princ. ff. de acqui. re. do. & not. glos. in l. cum notissimi*, §. 1. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. & in l.* 1. *ff. de pign. act. & Bart. in l.* 1. *ff. de acquir. pos. &* 7. *Part. tit.* 10. *l.* 13. Si debitor dominus pignoris auferat à creditore pignus per vim perdit jus pignoris: *ut dicta l. Partitæ.* Item, tanquam possessor habet commoda possessionis: *ut not. glos. in l. sciendum*, §. *creditor. ff. qui satisd. cog. & in l. duo*, §. *creditores*, *ff. uti. pos.*

ADDICION.

Vey la Ley 41. *è* 42. *è la Ley* 43. *de la* 5. *Partida*, *tit.* 13. *è la Addicion hecha en la Ley* 2. *en este tit.*

(*a*) QUIENQUIER. *Quæ est suprà eod. titulo*, *l.* 1.

(*b*) LO QUE FINCARE. Nota ex hac lege, quòd vendito pignore personalis actio non tollitur, sed quòd de pretio solvi potest in debitum computato residui permanet integra petitio: *concord. C. de act. & oblig. l. si adversus*, & debitor in residuo permanet obligatus: *ut l.* 1. *& l. quamvis personali*, *C. eod. tit.* ha-

TITULO XX.

DE LAS DEUDAS, Y DE LAS PAGAS.

Ley primera.

SI algun home à plazo sabido (*a*) por Juicio (*b*), à que pague alguna deuda, aoda à otro, è no la pagáre al plazo, los Alcaldes que el plazo dieron, man-

habet enim hypothecaria suas conditiones, ut non aliter tollatur nisi fuerit satisfactum: *ut ff. eod. tit. l. grege*, §. *etiam, & de pign. act. l. solutam, in prin. & ff. de distract. pig. l. quæsitum*, §. *fi. & C. de distrac. pig. l. quamdiu, facit l. hypothecas, cum ibi alleg. C. de distrac. pign.* formam autem libelli secundum hujus legis conditionem: *vide per Spec. eod. tit.* §. 1. *ver. in alijs etiam casibus.* Item, nota incidenter circa materiam hujus tituli, quòd debet agi hypothecaria contra pignoris possessionem, donec primò agatur contra debitorem, & si creditor ab eo debitum consequi non potest, tunc agat contra possessorem: *notat Bart. in l. monachis, ff. de jure fis. & est text. in auct. hoc si debitor, C. de pign. & ibi Ci. C. & in l. distrac. C. eod. tit. &* 5. *Part. tit.* 13. *l.* 14. *& dixi suprà eod. tit. l.* 7.

ADDICION.

Para declaracion de esta Ley, vey la Ley 4. en esta copilacion en el tit. de los emplazamientos, è la Addicion que está en ella, que hice para esta Ley: è vey la Ley 121. en la forma del proceder en las alcavalas en las Leyes de quaderno. Vey la Ley 7. è 8. è 14. è 16. è 17. è 21. è 22. de las Leyes del Estilo, que hablan en el caso de la Ley, è pone lo que cerca de ella se usa, è guarda.

(*a*) SI ALGUN, A PLAZO SABIDO. Vel usque ad diem statutum ad solvendum, totum enim medium tempus ad solvendum est liberum promissori, *ut l. quòd in diem, ff. de solut.* licèt hoc fallit quando gratia ejus cui debetur ponitur: *ut ff. deleg. 2. l. si ita*, §. *pegasus*, & sic potest intelligi: *ff. const. pecu. l. item illa, circa princ. not. Bart. ff. de verb. oblig. l. qui Romæ, in princ. in glos. magn. & in l. si pecunia, ff. si cer. pe. & not. in cap. solent, de cons. dist.* 1. *& not. Bar. in l. stipulatio ista*, §. *inter certam, ff. de verb. oblig.* Item nota, quòd ista lex loquitur cum destinata est solutio in certum tempus per Judicis sententiam, quòd patet ibi por juicio, &c. *cum qua concord. l.* 1. *C. de execu. rei jud. & ibi glo. & l. prolatam, C. de sent. & interl. omn. jud.* & idem intelligo si debitum est liquidum per confessionem, quæ procedit per modum voluntariæ jurisdictionis, & guarentitiæ, quæ quolibet loco potest fieri, quia ea quæ inter volentes fiunt, ubique possunt expediri: *ut ff. de manu vind. l. non est omnino, & de officio proconsulis, l.* 2. & idem si juramentum sit præstitum, quòd habet paratam executionem: *ut l. sed si possessori*, §. *sed cum de hæred. ff. de act. & oblig. & l. post rem, ff. de re jud.* potest ergo peti executio sententiæ, & juramenti, & confessionis in jure legitimè factæ, quæ tria æquiparantur: *ut d. l. post rem*, quæ si petatur officio Judicis non requiritur libellus, nec litis contestatio, sed summatim cognoscendo proceditur ad executionem: *ut l. à divo pio*, §. *si super rebus, de re jud. not. Spec. tit. de execu. sent.* §. *qualiter, in princ.* Adverte tamen notabiliter, quòd si petitur executio sententiæ, vel juramenti officio Judicis, tunc debet peti coram Judice qui tulit sententiam, vel juramentum approbavit. Si verò coram ejus successore, non autem coram alio nisi ad litteram primi Judicis: *ut alleg. l. à divo pio* §. *sentent.* sed si petatur executio jure actionis potest peti coram Judice in quo reus sortitur forum: *l. non utique, ff. de eo quòd cer. lo.* & prædicta intelligo in juramento litis decissivo, non in alijs: *ut not. Bar. in l. si quis pro eo, de fidejuss. & Joan. de Platea in* §. *item si quis in fi. inst. de act.*

(*b*) EN JUICIO. Istud enim tempus non

non tangit, nec impedit diem obligationis venire, sed miserationis causa est reo debitori indultum: *ut not. Bar. in l. stipulatus*, §. 1. *ff. de ver. ob.* Quis autem est effectus, utrum tempus sit indultum solutioni obligationis, aut miserationis causa: *vide ibi Bar. circa fi.* 1. *q.* Item, quando obligatio habet certam diem causa differendæ solutionis, an ante diem sit nata actio, & obligatio: *vide Bar. ubi suprà* 2. *q. principali.* Et circa hanc legem nota, quòd executio debet fieri juxta morem curiæ exequentis, non juxta morem pronunciantis, quando ad unam curiam pertinet exequi: *ut C. de exacti. tribu. l. missi computatores, lib.* 10. *& l.* 1. *& ibi Bal. C. de exec. rei jud.* & ex ista lege nota, quòd sententia hominis in dubio videtur habere executionem paratam: *ut notat Innoc. in c. extra de confir. util. vel inutil. ut refert Bal. in alleg. l.* 1. *& videtur hic text.* Item nota, quòd ista executio debet fieri per officium Judicis, quòd habet paratam executionem: *ut l.* 2. *C. de exec. rei jud. & Spec. tit. de exec. sent.* §. *breviter, in princ. & Ci. in l. unica, C. de confessis,* 9. *q. in fi. & per eum C. quorum appel. non rescin. l. ab executore, q.* 1. Est tamen notandum, quòd officium Judicis non habet locum nisi sententia sit liquida, cui nihil possit opponi: *ut l.*2. *C. de exec. rei jud.* sed si non est liquida, tunc est necessaria actio in factum, *ut ibi*: & circa hoc nota, quòd si sententia, vel contractus petatur exequi principaliter, tunc est officium mercenarium, si autem disgreditur ad novam petitionem, ut quia peto interponi in aliqua re primum, vel secundum decretum, tunc est officium nobile, & mixti imperij: *ut not. Bal. in dicta l.* 2. ubi etiam notat, quòd si statutum dicit, quòd instrumenta tabellionum quæ sunt matriculata, mandentur executioni, sicut sententiæ quæ transierunt in rem judicatam, quòd tale statutum intelligitur de instrumentis liquidis: *per l. fi. C. de compensa.* possunt tamen liquidari per omnes genus probationis: *ut not. Bart. in l.* 1. *ff. deleg.* 3. nam instrumentum non liquidatum continet obligationem, licèt bellatam quæ potest detegi, tàm testibus, quàm instrumentis: *ut extra de re jud. c. sicut nobis*, & super liquidandis instrumentis est citanda pars, quia requirit causæ cognitionem: *ut not. in alleg. l.* 2. *C. de exec. rei jud.* an autem debeat citari pars antequam Judex præcipiat executionem fieri: *& licèt Ci. in l.* 1. *C. quorum appel. non rescin. q.* 1. teneat indistinctè partem esse citandam, & quòd sibi debeat competens terminus assignari ad ostendendum quare non debeat sententia executioni mandari: *cum quo concord. Rofredus super l. meminerint, C. undè vi*: ubi dicit esse casum, quòd quando quis invadit possessionem Judicis auctoritate, parte non citata quòd teneatur pœna illius legis: *Innoc. tamen in cap. extra rationem, extra de appel.* tenet, partem non esse iterum citandam. Sed *Bar. in l. divo pio*, §. *itaque pign.* distinguit an est facta condemnatio in quantitate, vel genere, ita quòd executio requirat quòd capiantur aliæ res secundum ordinem dicti §. & tunc dicit quòd debeat citari pars, si verò est facta condemnatio in specie, si quidem illa species non reperitur, & sic esset facienda executio in alia re, tunc putat ipse quòd non sit opus quòd pars citetur de novo, sed poterit ab eo auferri manu militari: *ut l. qui restituere, ff. de rei vend. & sic intelligit Bar. dictum Innoc.* & hoc est verum in personalibus post quadrimeste tempus: *ut l. fi. C. de usuris rei jud.* In realibus verò antequam fiat talis executio facti debet præcedere quoddam præceptum post sententiam restituenda de re infrà certum tempus, & post illud fiat dicta executio: *ut alleg. l. qui restituere, & inst. de offic. jud.* §. 1. & nota quòd licèt in tali executione competitur fieri, etiamsi alia pars opponat fieri non debere, & alleget rationem, licèt legitimam, nihilominus fiet præceptum de exequendo, & post mandatum audietur opponens *Jo. de Imo. & Doct. in l. à divo pio*, §. *quòd si super rebus, de re jud. & Bal. in l. edita. C. de edendo.* Item, in eo quòd suprà dixi, quòd si super executione fiat novus processus est citanda pars: *hoc idem tenet Bal. in l.* 2. *C. quorum appel. non res.* Sed si petatur mera executio non est necessaria citatio, cum fiat Judicis officio implorato: *ut not. Innoc. in alleg. cap. ex ratione.* Nam mera executio fit compellendo, & cogendo, undè merus executor procedit ut orator, non ut cognitor ex auctoritate suæ jurisdictionis, & hoc verum ubi Judex exequitur, sed ubi pronunciat exequendum, semper requiritur citatio partis secun-

den al Merino (*a*) que entregue de los bienes del deudor, de mueble (*b*), ò de raíz, à aquel que ha de haber la paga: è si la entrega

---

dum *Pet. & Ci. in d. l. 2. C. quando appel. non res. & in l. 1. C. de juris & fact. ignor.* Executio verò instrumentorum garenticiæ non potest fieri sine citatione, quia nulla sententia præcessit, undè ex quo nunquam fuit de causa cognitum, necesse est à citatione incipere: *ut inst. de pœna teme. liti. §. fi. notat Bal. in alleg. l. 2. C. quorum app. non res.* An admittatur fidejussor pro eo qui ducitur ad carcerem pro executione sententiæ. Item nota, quòd non admittitur fidejussor de judicio, vel defendendo pro eo qui ducitur ad carcerem pro executione sententiæ, sed debet aut solvere, aut præstare cautionem de solvendo: *ut notat Bar. in l. nec impuberes, §. 1. ff. de in jus vo. & l. fi. §. in computatione, C. de jure deli. alleg. text. in l. si pecuniæ, in fi. ut in pos. le. & in l. is qui famil. hercis.* Item, nota circa istam materiam, quòd si condemnatus ab arbitro dedit quendam campsorem, qui promisit solvere victori, non erit contra istum campsorem parata executio, quia ad eum non extendit se laudum, sed si iste campsor est delegatus tanquam debitor erit condemnatus liberatus: *ut ff. manda. l. inter causas, §. abesse.* Si autem accessit obligationi non fit novatio: *C. de novatio, l. fi.* & ideo caute faciet iste condemnatus si facit sibi reddit chirographum laudi, quia ex hoc tacitè sequitur ejus liberatio tanquam redditum ex causa liberationis: *ar. ff. de pœnis, l. Labeo.* Idem, si delegatus verba decrevit, scilicèt, promitto loco talis: *ut ff. ad Vell. l. quamvis, §. si mulier*, quia qui elegit unum debitorem pro alio novare videtur: *ut ff. de nova. l. delegare.* Illud teneas, quòd novatio fit per obligationis recessum, vel per appositionem novæ obligationis ad veterem, sed per accessum vel adjectionem non fit novatio: ut subtiliter notatur, *ff. de præto. stipu. l. Valentinianus, not. Bal. in alleg. l. 2. C. de execu. rei jud.* Item nota, quòd si debitor in fraudem creditoris alienat rem, & res non reperitur, potest agi contra eum ut ponatur in carcerem, & modo non poterit cedere bonis: *ut notat Bart. in l. fi. §. fi. ff. quæ in frau. credi.*

(*a*) Al Merino. Et hoc verum si bona fuerint intra territorium suum. Si autem bona sunt extra territorium, tunc ad literas unius Judicis Judex territorij ubi sunt bona potest executionem facere: ut est expressum *in cap. Roman. §. contrahentes, extra de foro compe. lib. 6. quòd dic ut plenè not. per Bart. in alleg. l. à divo pio, §. sententia Romæ.* Item, nota circa hanc materiam, quòd executor in venditione bonorum debet attendere quæ sequuntur, primum quòd debitum sit. Item, quòd bona fide res vendatur. Item, quòd justo pretio. Item, quòd res subastetur, & quòd præsidis interveniat auctoritas: *notat glos. in l. 1. C. de præscriptio. 30. vel 40. annorum, & glos. in l. si quis, C. de rescinden. vendi.*

(*b*) De mueble. Nota ex ordine hujus literæ, quòd primò debent capi mobilia. Secundò immobilia: *Concord. alleg. §. itaque pignorum, ubi not. glos.* ibi quòd etiam inter mobilia debet talis ordo servari, quòd prius debet capi id quòd minus nocet, quòd Bart. ibi commendat, & idem putat ipse circa immobilia, ne pro modica quantitate vendantur res magnæ, cum minores res sufficiant: *ut not. C. de distrac. pign. l. quamdiu*, & si contrarium fit, potest appellari quasi exceditur modus: *ut alleg. l. ab executore, C. quorum appe. non rescin.* Constare potest, quòd debitor mobilia non possidet, statuto ei certo tempore ad ostendendum mobilia, aliàs capientur immobilia, quòd nota, quòd est novus modus discutiendi, & bonus: ut tenet *glos. & Bar. in alleg. §. itaque*, vel dic secundum ipsum, quòd de hoc creditur nuncio, vel apparitoribus: *ut l. magis puto, §. non tantum, ff. de rebus eorum*, & hoc observat consuetudo, quòd dic ut latè *not. Bar. in alleg. §. itaque.* An autem fructus inter mobilia computentur: *& Bal. in lib. feu. tit. de pace tenenda, in fi.* dicit, quòd si fructus sunt pendentes, idem dico de ejus quòd de fundo. Si vero sunt separati, licèt aridi non sint à spica excussi, vel de uvis non sit expressum vinum, idem quòd de mobilibus, quòd de natura sua apparet, in hoc

hoc autem inspicio tempus executionis, licèt aliàs in alio casu inspiciatur tempus delicti: *ff. qua in frau. credi. l. fi. §. pe. ff. de admi. tuto. l. chirographis*, §. 1. Quid autem de pensionibus, respondet Bal. ubi suprà, quòd æquiparat eas fructibus separatis à solo si cessit dies pensionis solvendæ, sed si non cessit dies, æquiparat fructibus pendentibus. Si autem pro parte temporis cesserit pro parte non, judicatur de eis pro rata temporis: *ut ff. de act. empt. l. Julianus*, §. *si fructibus*, & *l. fi. ff. de jure fis.* & *ar. ff. de re jud. l. qui actione.* Quid enim de nominibus debitorum, respondeo sunt de tertio genere in sui substantia, quia non sunt mobilia, nec immobilia, tamen in similitudinem dicuntur mobilia, si deberet quis mobile. Si autem immobile, censentur immobilia: *l. moventia*, *de ver. sig.* Item nota, quòd pisces in stagno sunt res immobiles: *ut not. Bar. in l. omnes*, §. *pisces*, *ff. de act. empt.* & *vend.* Idem, crederem eadem ratione de colmena, eo quia ponuntur apes in ea, ut ibi perpetuo habitent, & fructificent, & circa hoc nota, quòd nomen debitoris potest capi in pignore in causam judicati, & hoc intelligo ultimo loco, & si debitor confitetur: *ut l. etiam, C. de execut. rei jud. ex qua l. not. ibi secundum Bal.* quod si debitor non vult confiteri, non fiet executio, quia creditor suus non posset tunc executionem petere, undè per alium non debet ejus conditio fieri deterior, sed si talis debitor est absens, ita quòd neque confitetur, neque negat, dabitur sibi curator bonis secnndum But. in pignore tamen conventionali potest obligari nomen debitoris negantis, & si talis debitor negat, & potest per instrumentum concludi, vel per sententiam, quæ habet executionem paratam, fiet executio negatione non obstante, quia non requiritur strepitus judiciorum in instrumentis exequibilibus: *ut l. post rem*, *ff. de transac.* secus si instrumentum non habet executionem paratam: *ut l.* 3. *C. quando fis. vel priv.* & *not. Bal. in alleg. l. etiam.* Item nota, quòd debitor debitoris mei, qui confitetur debitum, potest opponere contra me omnes exceptiones ex sua persona, & pro suo interesse: *C. de non nume. pec. l. si cui*, *ff. manda. idem oportet*, §. *generaliter*, & *l. fidejussor*, §. *quædam*, & *quòd ibi not.* Si tamen non vult opponere, nec me enervare, & soluit mihi, liberatur à suo creditore: *ut ff. de nego. ges. l. solvendo*, & *ar. in l. libertus*, §. *Lutius*, *de annuis leg.* & *quod not. per Ci. in l.* 2. *C. quòd me. cau.* Item nota, quòd si debitor meus non habet in bonis nisi tantum quædam prædia, quæ in perpetuum dedit Sejo pro decem in anno, possum mitti in possessionem istius nominis colonarij, ita quòd potest mihi adjudicari pro toto tempore, tàm præterito, quàm futuro, donec sim de toto debito contentus, quia talis redditus inter mobilia computatur: *ut C. de Sacrosanct. Eccles. l. jubemus*, §. *nulli.* & *not. per Doct. in l. sciendum in princ. ff. qui satisda. cog.* & est ratio, quia præstationes quæ nascuntur, & pullulant sunt in fructu, & omne quòd est in fructu possidetur, vel quasi: *ut not. Bal. in alleg. l. etiam.* Item nota, quòd quantum frumentum valeat, vel aliæ res mobiles venales nunquam debet inspici nisi in loco publici fori, & quantum ibi vendi potuissent: *ut C. de arro. mili. anno. l. septem. lib.* 12. & *ibi Bar.* Item nota, quòd omnis res de qua fructus percipitur inter immobilia connumeratur, & sic annuus redditus est fructus, quia nascitur singulis annis: *ut not. ff. sol. matrim. l. divortio.* §. *si vir in glos.* & §. *quòd insementem*, *ut refert Bal. in proœmio lib. feu.* An autem sit verum quòd annualis præstatio inter immobilia computetur: & *Ci. in l. si certis annis dicit quòd non*, & *ipse idem in l. sancimus*, *ff. qui satisda. cog. sed Bal. in lib. feu. tit.* 1. *de feudi cognitione*, *cap. sciendum est*, tenet quòd sic, sed Federicus dicit, quòd longa præstatio continetur inter immobilia, aliàs secus: *Bal. tamen in dict. c. sciendum dicit*, quòd aut annualis præstatio continet mere personale debitum, aut reale, vel mixtum. Primò casu non computatur inter immobilia, quia non competit aliquod petitorium, vel possessorium: *ut l. fi. quorum bonorum*, & *vide quòd not. in cap. pervenit*, *de cens. in novella.* Secundò & tertiò casu inter immobilia computatur, ut quando jura servitiorum impediuntur: *ut C. de agri.* & *cens.*

dias (*a*): è si gela no quitáre à este plazo, meta la entrega en mano del corredor, por mandado del Alcalde, que la venda lo mejor que pudiere: è la deuda pagada, el corredor torne lo demás (*b*) à su dueño ante el Alcalde: è si fuere entrega de raíz, tengala fasta treinta dias, y en este comedio fagala el Alcalde pregonar cada mercado: è si à este plazo no gela quitáre, vendala el Merino, por mandado de los Alcaldes, à quien mas diere (*c*) por ella: è fagan al dueño que lo otorgue: è si fallar no le pudieren, den carta al com-

---

cens. l. litibus, *&* *l. domini prædiorum*, *l. coloni*, *&* *Bal. in alleg. cap. sciendum est.* Et circa hanc materiam nota, quòd si instrumenta garentigiæ habent conditionem revera purificatam, sed in judicio nondum probatam dicuntur in essentia pura & non conditionalia, licèt ad executionem facti non possit procedi donec liqueat judici: *ut ff. de verbor. oblig. l. hoc jure*, quæ legis est valde notabilis: *ut not. Bald. in l. cum testamento*, *C. de testa. manu.* An exceptio nullitatis impedit executionem sententiæ: *vide suprà tit. defensiones*, *l.* 1. Item nota, ad materiam hujus legis quòd exceptio nullitatis cum est liquida impedit statim executionem: *ut l. fi. C. de ord. cogn.* nisi esset tale factum quòd non posset reparari, quia tunc etiam non liquida suspendit secundum opinionem *Ci. ut refert Bal. in l.* 2. *C. quorum appe. non recipiantur*: sed circa hoc dic latius, quòd ubicumque sententia prima facie apparet ritè lata, & quando exceptio nullitatis requirit altiorem indaginem, exceptio nullitatis non impedit executionem sententiæ: *ut l. si quando*, *C. de ordi. cog.* nam cum in executione interveniat summaria cognitio, non debet differri per quæstionem, quæ non potest summariè examinari. Secus si opponens de nullitate nihil debet probare, putà si sententia est nulla existenter, & apparenter, vel si potest incontinenti probari de nullitate infrà brevem terminum, arbitrio judicis terminandum: *ut not. de jurejur. l. nam postea*, *in princ. & ff. ut in pos. leg. l. is à quo*, *& per Bar. in l.* 4. §. *condemnatum*, *ff. de re judic.* & eadem distinctio fit in restitutione in integrum: *ut l. si prætor.* §. *Marcellus*, *ff. de jud. secundum Bar. de hoc vide cle. ut calumnijs*, *de re jud.* Item nota, quòd quando petitur executio debent produci acta ipsius causæ, quia sententia fundatur ex processu: *extra de fide instru. cap. g. perpetuus*, *ut hoc not. Bal. in alleg. l. si quando.*

(*a*) Fasta nueve dias. Nota tempus olim à jure taxatum post captionem pignorum, scilicèt, duorum mensium: *ut l. debitoribus*, *ff. de re jud. in fi.* quòd hodie reducitur ad novem dies in mobilibus, & ad triginta in immobilibus. Connumerantur enim isti dies à die captionis pignorum: *ut tenet glos. & Bar. in d. l. debitoribus*, *& not. in l. cum proponas*, *C. de bo. auct. jud. pos. & sic intelligitur suprà eod. for. lib.* 2. *tit. de las alzadas*, *l.* 7. quæ loquitur de primò tempore executionis, scilicèt, de pignorum captione secundum intellectum *glos. & Bar. in alleg. l. debitoribus*, *& not. in l. si debitor. ff. de judicijs.*

(*b*) Lo demas. *Concord. alleg. l. debitoribus*, *in fi.* ibi dum dicitur si quid ex pretijs supersit, reddatur ei cujus pignora vendita erant: *concord. l.* 1. *suprà tit. proxim.* & pro illo quòd superest de pretio agit debitor actione hypothecaria contra creditorem: *ut l. si inter in fi. ff. de pig.* Nota tamen, quòd executio debet esse proportionata cum quantitate debiti secundum mensuram debiti, ne vendantur res magni pretij occasione parvi debiti: *ut not. Bal. ff. de rebus eorum*, *l. magis puto*, §. *non possim.*

(*c*) Mas diere. Executor tamen debet prius debitorem requirere antequam rem distractam vendat: *ut not. Bar. in l. alio hæred. ff. de ali. & ciba le.* Ultimo nota, circa actionem in factum de quæ suprà in hac lege fuit mentio quòd procedit libellus, scilicèt, peto cogi, & condemnari, licèt præposteretur petitio, quia videtur hoc fieri tempore suo, & ideo interpretandum est, ut libellus valeat, & non pereat: *ut notat Innoc. in c.* exa-

prador desta vendida: è si despues falláren al dueño, fagangelo otorgar.

Ley II. Como vale la postura que el deudor ficiere con su creedor que le pueda tomar sus bienes, si à tiempo cierto no pagáre.

Quien por deuda que debiere à plazo, metiere sobre sí tal pena (*a*), que si no pagáre al plazo à aquel à quien debe la deuda, pueda tomar sus bienes do quier que los falle, è vender (*b*), è ser creido (*c*) sobre la

---

examinata, de judicijs. Sed si petatur cogi, & non petatur condemnari, ubi requiritur libellus non procedit petitio, secus ubi libellus non requiritur. Et est ratio, quia compulsio venit officio Judicis mercenario, quòd sine principali intentari non potest: *ut ff. de except. rei jud. l. si in judicio.* Item, libellus iste non concludit parti jure actionis, nec Judici cujus officium necessarium est, quia sine actu officij ejus nihil explicari potest. Item, non est petitus condemnari: ergo non potest condemnari, nec exequi: *ut hoc not. Bal. in l. 1. C. de except. rei jud.*

ADDICION.

Vey para declaracion de esta Ley, la Ley 12. de la 5. Partida, tit. 13. que declara esta Ley. Vey la Ley del Estilo, que es 4. que declara singularmente esta Ley cómo se ha de entender. Vey la Ley 14. de la 5. Partida, tit. 14. Concuerda la Ley 11. tit. 13. de la 5. Part.

(*a*) Quien deuda, tal pena. *Concord. quòd not. Bar. in l. alia causa, §. eleganter, ff. sol. matr.* & sic nota, quòd pactum rumpit leges, ut dicunt vulgares, & contractus ex conventione partium legem accipiunt: *ut l. contractus, ff. de reg. jur. & extra eod. tit. cap. contractus, lib. 6. cum ibi notatis.*

(*b*) E vender. Unum tamen nota, quòd si debitor creditori concedat, ut pignus vendat, ut hic prius citabitur debitor: *ut not. Bar. in l. alio hærede, ff. de ali. & ciba. leg. & vide quòd not. suprà lib. 1. tit. de pact. l. 1.*

(*c*) E sea creido. Nota per hanc legem determinatam quæstionem de qua per *Di. & Bar. in l. fi. ff. de præto. stipulat.* An, scilicèt, si in stipulatione promissi stare de expensis, & interesse tuo dicto, vel tuo juramento an valet, & quid operatur talis stipulatio, & dicunt ipsi quòd certe valet, & si arbitrabitur bene stabitur suo dicto aliàs reducetur ad arbitrium boni viri: *ut l. hæc venditio, ff. de contrahen. empt. & l. in persona, §. generaliter, ff. de re jud. Spec. verò tit. de proba. §. videndum, ver. idem*: ubi videtur dicere quòd talis conventio nihil operatur: *Ci. autem in l. si quis in constituendo, C. de Episcop. & Cler.* dicit, quòd ista conventio non valet, quia per hoc quis invitaretur ad delinquendum: *ut l. convenire, ff. de pact. dot. non ob. l. jusjurandum, quòd ex conventione, ff. de jurejur.* quia post debitum contractum bene possum alicui differre juramentum, sed debitor contrahendo non potest deferri juramentum argumento ejus quòd dicimus de pacto legis commissoriæ, scilicèt, an interponatur ab initio, vel ex post facto: *ut l. calipodius, ff. de solut. non obstat l. Theopompus, de dote præle.* quia illud in ultimis voluntatibus, & hoc tenet Pet. alij dicunt quòd id quòd dicit Di. quòd reducatur ad arbitrium boni viri non procedit, quia verba stipulationis, promitto stare dicto tuo, vel simplici verbo tuo, vel tuo juramento, quia important meram voluntatem non est locus reductioni ad arbitrium boni viri: *ut l. cum quidam, de leg. 2. & l. fideicommissis, §. quamquam, de leg. 3. & l. utrum, §. 1. ff. de re. dub. & l. fideicommis. in fi. ff. de fideicommis. liber.* Quid dicendum Bar. determinat, & dicit, quòd si promitto stare tuo dicto, vel tuo juramento quòd istud me non obliget, quin ego possem hoc revocare antequam tamen determinares: *casus est in l. si quis jusjurand. C. de re. credi.* ubi erat facta delatio in judicio, quæ habet vim stipulationis: *ut l. cum ostendimus, ff. de fidejuss. tuto.* & tamen potest revocari multo magis si

vendida por su palabra llana, tal Pleyto (*a*) como este vala, ò si

si hoc est factum extra judicium, sed postquam quis declaravit, dico quòd valet ejus declaratio, & tamen debet reduci ad arbitrium boni viri: *ut l. si libenter, ff. de ope. liber. & l. pen. ff. de arb. & l. si pro ea, C. de dote præle. & quòd ibi not. per glo. & Doct.* non obstat quòd dicitur quòd ob hoc quis invitatur ad delinquendum, quia arbitrium boni viri tollit contrarium, nec obstat quòd dicitur quòd quando confertur in simplicem voluntatem non habet locum arbitrium boni viri, qui semper intelligitur, dum tamen dolus non interveniat: *ut l. credit. §. Lutius, ff. manda.* sed dolus præsumeretur si plura creditor arbitraretur: ergo &c. Item, an Judex potest concedere alicui ut ingrediatur possessionem sua auctoritate: *vide per Bar. in l. juste, ff. de acquir. posses. & circa istam l. vide lib. Stylli, l.* 3. & ex hac lege nota, quòd si creditor habet pactum de ingrediendo, & solvendo sibi propria auctoritate, quòd valet tale pactum ut hic: *ar. ff. de contrah. empt. l. fistulas*, §. 1. *& C. de pign. l.* 3. quæ licentia etiam in testamento concedi potest: *ut l. Titia*, §. 1. *ff. deleg.* 2. *notat Bal. in l. legis Jul. C. qui bo. ce. pos. & notat Bar. in l. legatorum*, §. *Lutius*, *ff. deleg.* 2. Est tamen notandum circa istam materiam, quòd si debitor calide facit quòd non reperiatur emptor pignoris, quòd Judex dat in solutum creditori pro tanto quanti res est: *facit quòd not. glos. in alleg. l. à divo pio*, §. *si pignora.* Si tamen creditor rem emerit, potest emere justo pretio, sed si rem accipiat pro soluto, etiamsi minus valeat pro toto debito est contentus, nec habet amplius auxilium: *ut l.* 2. *de rescin. ven. not. Bal. in l. ordo, C. de exec. rei jud.* ubi ipse notat, quòd si est data potestas creditori, ut possit vendere cui velit, quòd non potest vendere sibi ipsi: *ut ff. mand. l. si mandavero tibi*, §. *si tibi centum*, *non obstat* §. *fundum*, *alleg. l. si scalas*, *de contrah. empt.* quia aliud est sibi emere, & aliud sibi solvere: *ut l. non licèt*, *de contrah. empt.* Item nota, quòd quando venduntur bona mobilia, possessor tenetur ea emptoribus ostendere: *ut l. quamvis*, *de pi. ac.* & uxor, & domestici tenentur ea indicare: *ut not. in l.* 1. *quando*, *& quib. quart. pars deli.* 10. Item nota, quòd si creditor est ita iniquus, quòd vult potius quòd debitor incarceretur quam accipere bona in solutum, quòd potest ad hoc compelli, cum est in electione creditoris quæ bona voluerit accipere, & poterit eligere optima: *ut est text. notabilis in auct. de fidejuss.* §. *quòd autem*, *not. ista Bald. in alleg. l. ordo.*

(*a*) Tal Pleyto. Et sic nota, quòd lege conventionis creditor potest liberè bona venditoris ingredi, & vendere: *concord. l. creditores*, *C. de pign. & foro novo*, *tit. de pign. l.* 1. *& quòd ibi not.* Si verò sine conventione propria auctoritate creditor hoc faciat: *tenetur l. Julia. de vi privata*, *ut C. ad l. Julia. de vi pu. vel priva. l.* 1. *& l. in possessionem.* In casu tamen istius legis quando, scilicèt, cum pacto: *Doct. signanter Bar. de Salic. in alleg. l. in possessionem distinguit*, aut non fit resistentia creditori, & tunc habet locum ista lex aut fit ei resistentia, & tunc aut cum justa causa: ut quando debitum sibi confertur, & non potest ingredi: *ut d. l.* 3. *C. de pign.* ibi dum dicitur, & non reddita pecunia, &c. quòd intelligo de oblatione congruo loco, & tempore facta, aut sine justa causa, & tunc aut debitor constituerat se illam rem nomine creditoris possidere, & potest debitore invito ingredi, etiam per vim: & est ratio, quia tunc debitor nititur sua possessione creditorem spoliare, quam per contractum transtulerat in eum: *ut l. quòd meum*, *ff. de acquir. pos.* & ideo incontinenti ingrediendo videtur suam possessionem defendere, vel recuperare immediate, quòd licèt: *ut C. undè vi*, *l.* 1. *& ff. de vi*, *& vi ar. l.* 1. *facit quòd not. in l. colonus*, *ff. de vi*, *& vi arma*, & ita in proposito *not. glos. in l. cum creditor*, *ff. de fur.* Aut debitor non constituerat se possidere creditoris nomine, & tunc aut debitor facto, vel verbo sibi resistit, & tunc creditor non debet violenter ingredi, etiam ex pacto, ne major tumultus ex rixa oriatur quòd pacto privato non potest permitti: *ut ff. de pact. l. si unus*, *& pacta quæ turpem causam*, *C. de pact. dota. l. convenire*, *& ff. de re jud. l. non ex singulis*, *& C. de exac. tribu. l. missi.* §. *opilatores*, aut debitor resistit solo verbo,

por sí (*a*) facerlo no pudiere, ò no quisiere, haya derecho por los Alcaldes, è por esto no pierda ninguna cosa de su derecho de como fue puesto entre ellos.

Ley III. Como sus bienes de aquel que fuere obligado pueden tambien ser prendados.

SI home que no sea vecino debiere alguna cosa à otro qualquier, el que hubiere demanda contra él, otrosí, falláre alguna cosa de sus bienes en la Villa, tiestegela (*b*) por mandado del Alcalde, ò del Merino: y despues vayan ante el Alcalde, quando

---

bo, & tunc creditor non videtur vim facere: *ut d. l.* 3. *C. de pign.* Unum tamen nota, quòd etiam sine pacto creditor resistentem debitorem non inveniens, rem suam ingrediendo non dicetur rem alienam animo invadendo ingressum fuisse, vel accepisse, sed potius ratione juris sui conservandi hoc fecisse: *ar. l. marito, ff. quòd jussu. & not. Pe. & Ci. & Salic. in alleg. l. in possessionem, quòd est bene notandum.* Item nota, quòd valet pactum, quòd quis posset sua auctoritate accipere rem quam non possidet, etiam cum vi, & hoc quando super aliquo jure fundatur pactum, ut super jure pignoris ut hic, vel super jure dominij: *ut ff. de fur. l. cum creditorem.* Secus si paciscens non habet aliquod jus: *facit l. Titius, ff. de ser. expor. not. Bal. in l. si unius*, §. *item ne speriar. ff. de pact.* Item nota, ad legem istam quòd si bona obligata cum hoc pacto de quo in lege ista transeunt ad alium possessorem non poterit creditor sua auctoritate ingredi: *ut lib. Stylli, l.* 3. Item credo, quòd etiam res Clerici creditor potest, etiamsi sit laicus cum tali pacto propria auctoritate accipere sine metu: *cap. unicide injurijs, lib.* 6. *ut ibi not. Jo. An. in addi.* Item nota, quòd si possum ingredi possessionem ex pacto, & Judex dat licentiam mihi ad hoc non citato possessore, valet talis licentia: *ut not. inst. de libert.* §. *multis*, quia talis licentia non est prætoria, cum non emanat in forma prætoriæ, cum pars non sit citata: *ut C. undè vi, l. meminerint*, undè hic Judex debet reputari potius merus executor contractus quam Judex: *ut not. Bald. in l. tale pactum*, §. *qui provocavit, ff. de pact.* & ideo si quis missum non admittit, non tenetur ex edicto, nec vis fiet ei, nec potest petere hoc mulctari: *ut C. de pact. si pact. C. de judicibus cum debitoribus, de annuis le. l. fundus, & hoc not. Bal. in l. ubi decretum, ff. de offic. procon. & lega.*

(*a*) O SI POR SÍ. Melius enim faceret creditor si hoc Judicis auctoritate faceret: *ut alleg. l. creditores, in fi.* nam super eo quòd est ipso de jure vel ex pacto permisso Judicis officium non expedit implorari: *ut not. in l.* 2. *C. de jure emphi.* nam tutius fit quòd auctoritate Judicis fit: *ut not. in Spe. de feu.* §. 1. *vers.* 18. *quæritur.* Et sic Judex per modum voluntariè jurisdictionis hoc concedit: *facit quòd not. inst. de libert.* §. *multis, & quòd not. Bald. eleganter in l. requirendi, C. de servis fug. facit text. & quòd ibi not. Flori. in l. bona fide, ff. de noxa. act.* ubi tenet, quòd ubi licèt facere aliquid propria auctoritate potest Judicis officium implorari, ut in tali facto defendat facientem, aut de futuro caveri faciat: *text. est notabilis, C. cum eo, l. si servus.* Item nota, quòd licèt quis regulariter non cogatur accipere sequestrum, tamen Judex ex causa potest compellere aliquem ut sit sequester, & sequestrum servet. Sic tamen ut ponat solam operam, & non aliquam impensam de suo: *not. Bal. ff. ubi pupi. edu. de l.* 1. *circa fi.*

ADDICION.

Cómo se han de pedir las deudas, vey la Ley 14. *de la* 5. *Partida, tit. de las pagas, è la Ley* 1. *y* 2. *tit.* 11. *lib.* 5. *de las Ordenanzas Reales.*

(*b*) SI HOME, TIESTEGELA. Nota novum casum sequestrationis, scilicèt, quando debitor non est vicinus, quòd sequestrantur bona quæ habet in illo loco, & est casus de jure communi non est permissus. Nam cum regulariter se-

sequestratio tanquam odiosa sit de jure prohibita: *ut in l. unica, C. de probi. sequestra.* Casualiter tamen est permissa in casibus ibi notatis *per Ci. & per Innoc. in cap. in præsentia, extra de prob. & per Gaufre. in sum. tit. de sequestra. posse. & fruc. circa princ. & per Bar. in l. æquissimum, ff. de usufruct.* & nota quòd per hanc sequestrationem de qua loquitur ista lex cum fiat per officium Judicis, & fit ex necessitate non perditur possessio rei sequestratæ. Secus enim si esset voluntaria: *ut plenè per Bar. in l. interesse puto, ff. de acquir. pos.* Et sic nota ex hac lege quòd ratione suspitionis rei mobilis fit sequestrum duraturum donec reus satisdet, aut lis terminetur: *ut est casus in l. si fidejussor. §. si satisdat. ff. qui satisd. cog. ex quo, §. not. secundum Bald.* quòd in arbitrio Judicis est æstimare, an quis sit suspectus: *facit, ff. de suspe. tut. l. si tutor. & quòd ibi not. Jac. de Aret.* Item nota, quòd ad hoc quòd fiat sequestrum debet permitti cognitio per quam appareat de suspitione in qua tamen cognitione non requiritur partis citatio si timetur de fuga. Nam contra fugitivos proceditur de facto sine ordine juris: *ff. quæ in fraud. cre. l. ait prætor. §. si debitorem not. C. de pign. act. l. pe. & ff. de pe. l. quæsitum*, & isto casu non habent locum feriæ, quia res est tempore peritura: *ut not. C. de ferijs, l. dies festus.* Interdum tamen fit quædam cognitio suspitionis potius ad instructionem Judicis quam in figura judicij: *ut not. Bal. in alleg. §. si satisdatum*: ex cujus dictis etiam nota, quòd non omnis qui jurat se non posse satisdare patitur sequestrum. Sed is demum qui est suspectus, vel de fuga, vel de recessu, vel de barataria, vel quòd dolo designat possidere, & ideo qualitas personæ est ponderanda: *ar. ff. de act. & oblig. l. fi. & C. si quis impera. male. l. 1. cum simi.* & adde quòd non solum fit sequestrum ratione suspitionis, sed ratione contumaciæ: *ut cap. ex literis de dolo, & contu. & ibi per Inno.* Præceptum tamen de non dilapidando, vel de non alienando potest fieri statim lite mota, licèt cesset suspitio: *ut ff. de peti. hære. l. divus.* Dicitur etiam dilapidare fructus, etiam ille qui convertit eos in suam necessitatem, vel utilitatem: *ut Bal. ubi suprà.* Gratia cujus nota, quòd sequestrum possessionis tunc debet fieri quando est metus armorum, & partes sibi invicem insidiantur, quòd est verum quando utraque pars incumbit possessioni. Si autem una incumbat, & non altera non debet fieri sequestrum, sed debet mandari non incumbenti, ut non accedat interim ad possessionem secundum *Innoc. in cap. nec*: super hoc est necessarius libellus, summarie procedere: ut sciatur quis detineat *not. Bal. ff. ubi pupi. edu. de l. si deceptetur*, alibi dicitur, quòd ubi contenditur de possessione, & est metus armorum, potest Judex prohibere ne partes accedant ad possessionem, donec fuerit discussum de jure partium, & an sit metus armorum debet perpendere ex qualitate personarum: *not. Bal. in l. nullus, C. de sum. tri.* Item nota, quòd in possessorio retinendæ fit sequestrum, quòd agens provocat ad judicium ex possessione. Secus in possessorio recuperandæ, quia agens non est in possessione secundum *Bal. in l. super, C. de assertione tol.* quòd ego crederem verum habita prius informatione per judicem, an petens sequestrum possideat ut malitijs hominum obvietur. Item est notandum, quòd quando fit sequestratio rerum quæ servari non possunt, tunc debent vendi, & pretium retineri in sequestrato: *not. Bar. in l. sicut legatorum, §. quæri potest, ff. ut in pos. le.* Est etiam notandum, circa hanc materiam secundum textum & Bal. *in l. litibus, C. de agri. & cen.* quòd qui vult impedire sequestrum, aut etiam facere revocari, debet idoneè satisdare de restituendo omne absque alia procrastinatione, nec sufficit simplex satisdatio: *ut ibi text. hoc idem not. Bald. in l. fi. C. de ordi. cogn. & in l. fi. C. qui ad liber. pro cla.* talis tamen satisdatio de sequestrando rem, vel restituendo rem sequestratam, non durat nisi triennio quòd triennium incipit currere à tempore litis contestatæ: *ut alleg. l. litibus, ubi etiam not. Bal.* quòd quando res sequestrata est tempore peritura, quòd Judicis officio potest vendi, & pretium sequestrari: *ut l. si oleum, ff. de dolo, in qua l. not. text. & ibi Bar.* quòd sequester non tenetur restituere rem nisi lite finita vel cum per actorem steterit. Item, contra eum qui fecit fieri sequestrum indebitè succurritur actione de dolo, ubi alia actio deficit: *ut text. in d. l. si oleum, ex quo etiam*

mandáre el Alcalde (*a*), ò al plazo que se avinieren (*b*): y el Alcalde

etiam not. secundum Bar. quòd res sequestrata debet restitui ei qui vincit, vel ei per quem non stat quominus judicium agatur, cujus sequestri officium est voluntarium, & non necessarium: *& l. fi. C. de bo. auct. jud. pos.* Item est notandum, quòd fidejussore sequestrationis effecto non solvendo debet iterato satisdatio præstari: *ff. qui satisda. to. l. qui ab arbitrio, & de peti. hære. l. si quo tempore, ut not. Bal. in d. l. litibus.* Ubi nota incidenter, quòd tempus instantiæ præfixum per legem incipit currere à tempore litis contestationis ex quo solet notari, quòd in casibus in quibus lis non est contestanda non currit tempus instantiæ, & ob hoc dixit multotiens Bal. allegando in quæstionibus de facto, quòd cum executiones instrumentorum, & sententiarum fiant absque contestatione, quòd non currit instantia, cum non fiat contestatio, quòd est notandum. Item nota, quòd pars non potest facere sequestrum de re alicujus, nisi debitum ostendatur per publicum instrumentum: *ut not. Bar. in l. omnes qui. C. de privil. eorum qui in sacris pala. lib.* 12. & adde ad suprà dicta, quòd sequestratur res, & fructus pendente appellatione interposita super executione re judicatæ: *ut est text. in l. ab executione, C. quorum appe. non rescin. facit, ff. ut in pos. leg. l. postquam*, §. 1. *& ff. de dolo, l. si oleum*, & est speciale, quia præsumitur pro executore, ex quo transivit sententia in rem judicatam: *& vide per Bal. in alleg. l. ab executione.* Casus novus in quibus res vel fructus pendente appellatione sequestrantur, & quando potest resisti de facto executori, & de casibus in quibus habet locum sequestratio: *vide* 3. *Part. tit.* 9. *l.* 1. *&* 2. De materia autem sequestrationis vide ad plenum, & notabiliter *per Jo. An. in mercurialibus, in regula locupletari, extra de regu. lib.* 6. *& per Spe. tit. de sequestra. pos. & fruc. per totum, & ibi Jo. An. in addi. Spe.* qui tenet quòd per satisdationem, etiam in casu de jure permisso, evitatur sequestratio: *ut suprà dixi*, in ista autem lege permittitur sequestratio propter suspitionem debitoris in loco immobilia non possidentis: *ut l. sciendum, in princ. ff. qui satisda. cog.* Idem, si possidet immobilia sed pauca: *ut ff. de prævi. act. l. si creditores, & not. in l. si fidejussor.* §. *fi. ff. qui satisda. cog.*

(*a*) Quando mandare el Alcalde. Non tamen arctatur comparere, si constat citantem nullam habere jurisdictionem, nec ratione delicti, seu contractus, vel rei sitæ: *ut plenè not. per Inn. & Anto. in cap. præterea, de dila. de quo vide quòd scrip. suprà eod. for. lib.* 2. *tit. de los emplazamientos, l.* 4.

(*b*) O al plazo que se avinieren. Non tamen constituitur in contumacia si non compareat: *ut not. in cap. extra de judicijs.*

(*b*) A plazo. Quærunt incidenter Doct. utrum ante opus factum, vel in medio operis, seu in fine debeat solvi merces: *& glos. in l.* 2. *C. de locato. & ibi Ci.* tenet, quòd in fine temporis, seu operis. Qui enim totum petit, totum debet implere, nam pars non potest in individuis intervenire, qui ex sola informatione acquirunt formam nominis, & esse rei, & hoc operatur natura causæ finalis, quæ est in prima consideratione, & ultima in fieri, & ita de facto servant aurifices, cerdones, & pelliparij, & sutores. Ædificatores autem hoc non servant, quia talis interpretatio esset eis nimis onerosa, & ideo media via eligitur per quam utrique parti consulatur: *ff. de sol. l. cum stichus, ff. loca. l. insula in fi.* aliàs possent cessare ab opere: *ff. manda. l. si vero non remunerandi*, §. *fin. cum l. seq.* operatores autem pauperes, qui alimenta ex diurno labore percipiunt, debent aliquid habere in principio ut possent laborare, quia verba debent intelligi secundum qualitatem personarum: *ff. de ope. lib. l. artificij.* Si tamen quis promittat operam in genere, ut videlicet servire domino uno anno expensis domini pro certo pretio, non debet habere mercedem nisi in fine temporis, & si ante recedit imputet sibi, quia videtur promittere non recedere interim: *ar. ff. de stipu. ser. l. si servus communis Mævij*, §. *fi. not. Bald. in alleg. l.* 2. *C. loca.* ubi vide per eum an potest purgari mora invito creditore, cum quis usque ad certum tempus promissit ædificare domum.

vea si la demanda se debe juzgar por él (*a*), ò no, è juzgue lo que fuere derecho: è si él no lo debe juzgar (*b*), embielos alli (*c*) do debe.

Ley IV. Como el Alguacil ha de haber el diezmo de lo egecutado, è no mas precio.

MErino, ò Sayon que hubiere de entregar à alguno de deudo que otro le deba, ò de otra cosa que tenga de lo suyo, no tome mas para sí de la valía del diezmo de quanto entregáre, è tomelo de la pena que ha de dar, de quien face la entrega: ca no es razon que aquel que rescibe la entrega mengue nada de lo suyo: y el Merino, ò el Sayon que mas tomáre (*d*) del diezmo, pierda todo el derecho que dende debie haber, è torne doblado todo lo que

---

(*a*) Se debe juzgar por el. Nota ex hac lege, quòd Judicis est cognoscere an sua sit jurisdictio: *concord. cle.* 1. *extra de rescrip. & not. in cap. fi. glos. fi. extra de rescrip.*

(*b*) Si el no lo debe juzgar. Ut putà ratione domicilij, sive contractus, vel si invenitur in loco ubi est destinata solutio: *in l. contraxisse, de act. & obli.* vel in loco rudis materiæ contractus: *ut cap. Romana*, §. *contrahentes, extra de foro compe. lib.* 6. potest tamen fieri missio in possessionem bonorum quæ ibi habet: *ut ibi plenè not. & hic in princ. & per Bar. ff. de jud. l. hæres absens*, §. *item sciendum, & not. per Ant. de Butrio in cap. fi. extra de foro compe. & per Pau. & Domi. in alleg.* §. *contrahentes.* Circa quòd nota, quòd creditor non arctatur recipere solutionem alibi quam in loco destinato: casus est notabilis *in l. is qui. ff. si cer. lo.* quòd est verum, nisi debitor velit solvere interesse loci destinati: *arg. l. qui Romæ, in princ. ff. de verborum obligat.* Item nota, quòd debitor, & creditor tenentur ad invicem ire, vel mittere ad locum solutionis destinatum: *ut l. item illa, in princ. ff. de constit. pe. concord. l. trajecticiæ, de act. & oblig. & l. Labeo, ff. de nauti. fœno. & vide l.* 1. *&* 2. *ff. de bon. auct. jud. pos.*

(*c*) Embielos. Partem, scilicèt, in expensis condemnando. Et sic est unus casus, in quo Judex qui nullam habet jurisdictionem potest in expensis condemnare: *de quo plenè not. in alleg. cap. in fi. extra de rescrip. in cle. & vide Stylo, l.* 196.

ADDICION.

MAguer que muger de su marido no pueda fiar, ni facer deuda sin otorgamiento (*a*) de su marido (*b*); pero si fuere muger que vende, ò compra por sí, ò haya menester de mercaderia (*c*), porque en tal contracto obligada queda la muger à lo que compró, è llevó: è lo mismo en los contractos que hacen los menores sin sus curadores, è tutores: è la Ley 1. tit. de los fiadores, lib. 5. de las Ordenanzas Reales manda, que la muger, ni sus fijos no sean obligados por la fianza del marido.

(*a*) MAGUER, SIN OTORGAMIENTO. *Concord. quòd suprà eod. foro lib.* 1. *tit.* 11. *l. fin. & vide quòd ibi dixi*, & nota ex hac lege uxorem in potestatem viri esse, cum non possit sine viri auctoritate obligari: *ut hic.* Item, patet ex eo quòd vir vendicat eam à patre: *ut C. de libe. exi. l. fin. DD. tamen, signanter Bald. in l. si uxorem, C. de cond. inser.* notanter dicit, quòd mulier in tribus est in viri potestate, scilicèt, in residentia, quam cum viro facere debet. In operibus, quia debet cum viro operari. Item, in jurisdictione, quia transit ad forum viri, & legibus, & statutis viri debet esse obediens: *ut ff. de judicijs, l. exigere dotem.* In alijs autem non dicitur esse in viri potestate: *ut ibi not.*

(*b*) DEL MARIDO. Dicunt quidam, quòd ista non sit auctoritas, sed quidam consensus qui apparet, quia potest ratificare, & convalescit, licèt maritus ab initio non consenserit, sicut dicimus de patre, undè proprie ista non est auctoritas, sed quædam superioritas: *ut extra de jure patron. cap. cura. & ff. de adoptio. l. si consul.* Credo tamen quòd sit auctoritas de jure istius fori, & quòd in ipso actu ab initio debeat intervenire, nam quandocumque lex requirit mandatum, vel auctoritatem, ut hic non sufficit ratihabitio: *ut in l. quid ergo in principio, ff. de infami.* quia viri auctoritas est quædam perfectio, ad quam actus præordinabitur: *ut l.* 1. *de confirma. tut.* nec iste actus recipit suspensionem, sicut nec electio, nec jurisdictio: *ut not. in l. instar. C. de jure fisci, lib.* 10. *& hoc vult tenere Bal. in alleg. l. si uxorem*, quem omnino vide, quando autem debeat intervenire decretum, auctoritas, consensus, sivè collaudatio: *vide Inno. in cap. dudum extra de rebus ec. non alienandis, & dixi, suprà lib.* 1. *tit.* 11. *de pact. l. fi.*

(*c*) DE MERCADERIA. Ut si faceret aliquam artem, vel mercantiam, vel esset chirurgica, vel obstetrix, quæ non sunt opere domesticæ & familiares, nam cum de jure antiquo in his non acquirit viro, quia nec ad præceptum viri tenetur negotiari: *ut notabiliter per Bald. in alleg. l. si uxorem*, merito ergo circa talia non requiritur viri auctoritas, ut hic: & idem in casu ubi mulier aliquam rem emit, vel ad utilitatem suam contraxit, vel mutuum in sui, vel viri emolumentum est conversum, valet quòd egit, etiam sine viri auctoritate: *ut liber declarationum, l.* 244. Ultimo nota incidenter, quòd si statutum dicit, nullus audiatur contra statutum, & est in materia differenti, non expellitur mulier allegans Vellejanum: *ut not. Bald. in l. in multis, ff. de sta. homi.* Secus si vellet apponere exceptionem, in qua non differat à masculo, tunc non potest, quia masculum concipit fœmininum in materia pari, & ejus rationis: *ut not. in cle.* 1. *de elec. & Cleri. de regular. ut refert Bal. in alleg. l. in multis.* An autem mulier potest de bonis viri eleemosynam facere, vel res viri accommodare: *vide Floria. in l. mulier, ff. ad l. Acquili.* Et circa hanc legem nota, quòd ad obligandum mulierem intercedentem multa sunt necessaria fortia vincula, petatur ergo quòd renunciet Vellejano, & omni juri, & auxilio. Item, legi antiquæ. Item, renunciet, ut obligetur, licèt pecunia non sit versa in ejus utilitatem. Item, quòd juret, & quòd dicat eam esse de quolibet prædictorum jurium certificata: & in instrumento id exprimendum *per l. manifestum, §. sin autem nescius, C. de furtis, ad idem, ff. de inoffi. testamen.*

vala todo deudo, è toda cosa que ficiere en quanto pertenesce à su menester.

Ley XIV. Como el deudo fecho durante el matrimonio, lo deben pagar marido, è muger juntamente.

TOdo deudo (*a*) que marido, è muger ficieren en

men. l. mater decens, & l. nihil interest, §. penultimo, ff. de transac. l. qui cum tutoribus in fi. de justi. l. habebat in fi. de interro. actio. l. de ætate, §. ex causa de acquiren. hæred. in repudianda, & quando act. de pec. est anna. l. quæsitum, facit contra opinionem dicentium renunciationem mulieris generaliter factam valere: *notat Jo. An. in additio. Spec. tit. de renun. & conclusione, §. 1. 3. columna, & vide notabiliter, C. eod. tit. de los fiadores, l. 5.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 223. del Estilo, lo qual limita esta Ley en un caso, quando la muger ante testigos dixese, que no quería ser tenuda à ninguna cosa que su marido ficiese, que en tal caso no sería obligada la muger. Concuerda con esta Ley, la Ley 217. del Estilo, que es singular. Vey la Ley 4. tit. de las ganancias de las Ordenanzas Reales. Vey la Ley 205. del Estilo: la Ley 4. de las Ordenanzas Reales, lib. 5. tit. 12. manda, que la muger no pueda ser presa por las deudas del marido: è lo mesmo dice la Ley 2. de las Ordenanzas, lib. 5. tit. 10.

(*a*) TODO DEUDO. Refert hic Dominus Episcopus, quòd lex ista intelligitur in nobilibus, & generosis, in quibus in certa quantitate, scilicèt, centum mora obligatur uxor, vel terra, alias non nisi expressè, vel tacitè probetur consensisse: *ut foro generosorum, l. ambo.* Alij intelligunt, quòd uxor non obligatur in rentis, vel debitis Regis. In alijs verò sic: *ut 5. Part. tit.* 13. *l.* 6. sed illud de jure antiquo, nam secundum illam legem deterioris conditionis esset fiscus, vel Princeps. Tertia opinio est, quòd mulier obligatur, ut hic in alijs bonis quam dotalibus, quoniam illa nec alienare, nec obligare potest: *ut ff. de fundo do. l. lex Julia. & C. ad Vellejan. auct. sivè à me. & c. cum contingat extra de jurejur.* sed ista hodie non habent locum, nam pro quolibet debito est obligatum hodie corpus uxoris, fortius ergo bona dotalia, maximè in debito Regis, pro quo potest etiam corpus generosi incarcerari, quòd non credo verum simpliciter nisi generosus sit ad rem dator, vel tributorum collector, ut ordinament. Regis Alfon. de peti. in Alcalá, peti. 9. nec credo quòd mulier incarceretur nisi ipsa expressè obligetur, ut ordinament. Regis Joann. I. de Briviesca, lege quæ incipit acaece. Quarta opinio est, quòd si mulier protestetur ne teneatur, quòd valet protestatio, & juvat eam cum talis protestatio fit ista causa nescita, & in potestate protestantis: *juxta notata in l. non solum, §. morte ejus, & ibi per Bar. ff. de novi operis nuncia. & per Doct. in cap. cum Ferrarien. extra de const. & per Dominicum in c. decernimus 3. q. 9. & concord. lib. Stylli, l. 223. quæ incipit: Si el marido*: dum tamen talis protestatio perveniat ad creditorem ab initio: *ut not. Bar. ubi suprà.* Alij dicunt, quòd cum societas est tacitè inter virum, & uxorem contracta de jure isto: *ut hic, & suprà eod. lib. 2. l.* 1. quòd totam societatem mulier debet approbare: *ut est text. in l. cum quæritur, ff. de admit. tut. & in l. in causæ, in princ. ff. de procur. & hoc vult sentire l. Stylli benè intellecta*, & videtur rationi consonum. Quinta opinio est, quòd indistinctè pro debito viri contracto, sivè benè, sivè malè fiat ex qua causa possit lucrum ad uxorem pervenire, obligantur quæcumque uxoris bona indistinctè, etiam dotalia, sed non capitur corpus: ut in allegata lege ordinationis de Briviesca, & has duas ultimas opiniones credit Dominus Episcopus veriores de jure: & est ratio secundum eum, quòd de jure isto inter virum, & uxorem est quædam societas contracta omnium bonorum, non solum juris præsumptione, sed etiam juris dispositione, ex qua percipiuntur lucra, & damna: *ut plenè notavi suprà eod.*

uno (*a*), paguenlo, otrosí, en uno: è si antes que fuesen ayuntados por casamiento alguno dellos ficiere deudo, paguelo aquel que lo fizo, y el otro no sea tenudo de pagarlo de sus bienes.

Ley XV. En qué manera ha de ser sacado el deudor que fuyere à la Iglesia.

SI el deudor de algun home fuyere à la Iglesia (*b*), ningun home no sea osado de sacarlo dende (*c*) por fuerza, ni de le vedar

---

eod. lib. 3. *tit.* 3. *l.* 1. nam sicut lucrum ita & damnum commune esse oportet: *ut l. cum duobus*, §. *quidam*, *ff. pro socio*, *& notat Spec. tit. de judicijs*, §. *sequitur*, *vers. quid si duo fratres.*

(*a*) En uno. Intellige etiamsi mulier non sit expressè obligata: *ut lib. Stylli*, *l.* 207. *quæ incipit*: *Todo deudo*: quam vide. Refert etiam hic Episcopus, quòd ista lex debet intelligi quando soluto tali debito dos remanet integra mulieri, aliàs ipsa non tenetur cum constante matrimonio non possit rem dotalem alienare: *ut inst. quibus alienare licèt in princ. & l. fi. C. de rebus alienis non alie. not. in cap. ex parte*, *extra de consue.* & idem in donatione propter nuptias: *ut suprà eod. lib. tit. de las arras*, *l.* 3. habet ergo locum lex ista quando ex lucro amborum potest solvi debitum: *ut suprà tit. de las ganancias*, *l.* 1. *& fi.* vel loquitur quando mulier habet alia bona non dotalia, aliàs de bonis mariti solvitur dote mulieris conservata, de Styllo tamen cancellariæ etiam dotalia sunt obligata, licèt de jure contra: *ut suprà.* Idem intelligo si maritus est majordomus arrendator, seu collector, quia tunc tenetur mulier sicut vir, nisi prius protestetur, non tenetur: *ut est expressum in lib. Stylli*, *l.* 203. *quæ incipit*: *Si el marido.* An autem possit uxor se cum marito, vel pro eo obligari renuntiando Vellejano, & novæ constitutioni: *& juri hypothecarum vide plenè per Spec. tit. de solut.* §. 1. *vers. sed quæritur an uxor cum seq. & vide l. cum maritum*, *& ibi Doct. C. de solut. & Styllo*, *l.* 205. *&* 225. Nota incidenter circa hujus legis materiam, quòd actio negotiorum gestorum datur hæredibus viri contra uxorem defuncti, quæ constante matrimonio res viri administravit: *ut est text. singularis in l. hæres viri*, *ff. de neg. gest.* quòd ibi valde commendat *Bar. vide Florianum in l. pen. ff. ad l. Acquiliam.*

(*b*) Si el deudor, a la Iglesia. De qua Ecclesia vide quòd dixi *suprà eod. foro*, *lib.* 1. *tit.* 5. *& lib.* 3. *tit.* 1. *l.* 1. Idem dico si confugiat ad corpus domini quòd per carcheriam transit: & ipsum amplexatur juxta notata *per Jo. An. in cap. sane*, *extra de celebra. Missa. & per Host. in sum. de immu. Eccles.* §. *inquantum*, *vers. quid ergo si quis dum fugerit*, *& Doct. in l. fideli. C. de his qui ad Eccles. confu.*

(*c*) De sacarlo dende. Distingue tamen, an fugiens ad Ecclesiam est Catholicus an non. In primò casu aut Catholicus fugit propter delictum, aut propter debitum. Si propter delictum, hic non tractatur: sed vide eleganter *Ci. in l. præsenti*, *C. de his qui ad Eccles. confu.* & dixi in legibus istius fori suprà in principio allegatis. Si autem fugit propter debitum de quo loquitur ista lex tunc aut fugiens est liber, aut servus. In primò casu aut fugit propter debitum tributorum, aut propter aliud debitum. Si propter debitum tributorum, & tunc extrahetur de Ecclesia: *ut in auct. de manda. princ.* §. *publicorum vero tributorum*; *sed Pe. & Ci. in alleg. l. præsenti* videntur contradicere, scilicèt, quòd debitores tributorum de Ecclesia non extrahantur. Sed ibi citabuntur, & si defendant se bene quidem, alioquin procedetur ad missionem in possessionem, & sic intelligitur dicta auct. aut propter aliud debitum, & tunc de jure antiquo dabantur sibi triginta dies in quibus secure exeat, & stet, infrà quos respondebit vocatus ad judicium, & si Judex infrà illos dies sententiam ferat, dabit sibi electionem ut impleat judicatum, & renunciet securitati, vel recedat ad Ecclesiam, & hoc dicit litera dictæ legis præsentis, ibi condemnabit eum ad duorum electionem Ecclesia, hodie vero per hanc legem aliter observatur, ut vides; aut est servus, & tunc de jure antiquo servabatur: *l. si servus*, *C. de his qui ad Eccles. confug.*

el comer, ni el beber mientra que estuviere en la Iglesia: mas aquel cuyo deudor fuere, demandele al Clerigo que tiene la Iglesia: y el Clerigo ruegue à aquel que demanda, que dé mayor plazo (*a*) à aquel su deudor: è si no lo quisiere dar mas plazo, rueguele que le no denueste, ni le lige, ni le fiera, è entreguelo al deudor, ò gelo dexe tomar: y esto mesmo sea en siervo que fuyere à la Iglesia por dexar su señor: è si el Clerigo no le quisiere dar, ò no lo dexáre tomar, puedale su señor tomar, è sacarlo de la Iglesia: mas no le fiera, ni le lige, ni le tresne mal: è quien de otra guisa lo ficiere, peche el sacrilegio (*b*).

---

fug. de jure tamen nostro servatur quòd hic dicitur, aut fugiens non est Catholicus, & tunc non juvabitur per Ecclesiam, sed extrahetur ab ea: *ut in auct. ut lice. ma. & aviæ*, §. *quia verò*, *coll.* 8. *& in l.* 1. *C. de his qui ad Eccles. confug. & dist. istam approbat Jo. An. in addit. Spec. tit. de immun. Eccles. circa fi.* An autem receptans debitorem ut non solvat, tenebitur ad debitum solvendum: *vide Bal. in l. fi. C. de operis liber.*

(*a*) Mayor plazo. Gratia cujus nota, quòd si quis spontè confitetur debitum, datur sibi dilatio de jure ad solvendum debitum, quia humiliter eum recognoscit: *ut l. si debitori*, *ff. de judicijs.* Sed nunquid *alleg. l. si debitori* habet locum in eo qui confitetur spontè furtum, vel rapinam, ut detur sibi dilatio ad solvendum propter humilitatem confessionis, consuevit enim cum eo qui humiliter recognoscit reatum suum mitius dispensari. Respondet *Bal. in l. fi. C. de exec. rei jud.* quòd non est danda sibi dilatio, sed in carcere detineri debet donec restituat ablatum, quia lis non est cum furibus, & latronibus misericorditer agendum, sed rigurosè: *ita dicit text. in auct. ut jud. sine quo suffrag.* §. *oportet enim*, *& in auct. ut lice. ma. & aviæ*, §. *illud videlicet circa fi.* & est notanda regula, quòd in omnibus obligationibus, exceptis obligationibus ex delicto, datur dilatio si dari petatur, & si non datur, tacitè intelligitur data, nisi denegetur expressè, à qua enim denegatione posset appellari, quia cum Judex denegat debitam dilationem excedit modum exequendi, videlicet in temporis excessu: *ut not. C. quorum appel. non rescin. l. ab executione.* Sed in obligationibus, ex delicto datur etiam dilatio civiliter condemnatis: *ut ff. quòd metus causa, l. si cum executione*, §. *quòd si homo*, *ut not. Bal. in d. l. fi. C. de exec. rei jud.* ubi dat pro regula, quòd criminaliter condemnatis non datur tempus quadrimeste: *ut not. Innoc. in cap. quærenti*, *extra de offic. deleg.* etiamsi sint condemnati pecunialiter, quia non est in istis agendum misericorditer, sed rigide, & elevato velo, quia reatus omnem miserationem excludit: *ut l.* 1. *C. ubi sena. vel clari.* Sed quærit Bal. ubi suprà, quid de eo qui condemnatus civiliter ad factum, & respondet ipse Bal. si tenetur præcissè detinetur in carcere: *ut ff. de novi oper. nunc. l. stipulat.* §. *sivè*, quòd intelligitur quando dicit se non facturum, sed si dicit se facturum debet dari dilatio operi expediens: *ut ff. de verb. oblig. l. continuus*, §. *item qui insulam*: & si dicatur quòd jam dudum potuit facere, & non fecit, & sic habuit dilationem per prius. Respondeo non est vis, quia istæ dilationes non veniunt ex eodem fonte, nam una venit ex causa contractus, alia venit ex causa rei judicatæ, &c. Item nota, quòd in reali judicio non datur dilatio nisi quatenus est necesse ad rem tradi causa rei, & hoc quando fit executio recto tramite in ipsam eandem rem, de qua est cognitum, & pronunciatum. Idem in judicijs duplicibus respectu adjudicationis: *ut inst. de offi. jud. in princ.* §. *fi. hæc not. Bal. in alleg. fi. C. de exec. rei jud.*

(*b*) Sacrilegio. *De quo dixi in alleg. l.* 6. *suprà lib.* 1. *tit.* 5. *vide foro juzg. lib.* 9. *tit.* 3. *l.* 1. 2. 3. *&* 4. Et circa hujus legis materiam notandum est, quòd jure communi inspecto secundum quòd liber homo non capitur pro debito, nec de-

Ley XVI. Como no vale la paga, si uno por otro invicto el creedor se paga.

SI aquel que es tenudo de pagar algun deudo à otro, diere bestia, ò otra cosa de quel otro sea pagado (*a*), vala la tal pa-

debet debitori servire: *C. de act. & obli. l. ob æs, & cap. lator de pign. non debet ab Ecclesia extrahi, & sic loquitur l. præsenti*, §. 1. *C. de his qui ad Eccles. confug. & auct. de manda. princ.* §. *sed nec*, quia etiamsi extra Ecclesiam esset non caperetur si vellet bonis cedere: *C. qui bonis cede. pos. l.* 1. sed inspecto isto jure communi municipali secundum eum quòd liber homo potest extrahi: *contrarium tenet l.* 1. *Part. tit.* 11. *l.* 2. imò quòd non debet extrahi, nam cum persona virtute istius legis sit affecta, & quodammodo conditionata ad servitium præstita securitate extrahitur, ut hic: ne creditor qui quodammodo est dominus debitoris servitio ejus defraudetur: *ut alleg. l. præsenti, vers. sane.* Princeps enim qui immunitatem concessit Ecclesiæ, licèt pœnam quæ publicum jus respicit, vel quæ sibi erat applicanda remittere potuit, jus tamen partis non remissit: *ar. eorum quæ not. C. de in jus vo. l.* 1. *ff. de servis fug. l.* 1. & nota quòd Sacerdos debet debitorem custodire ne fugiat: *ut not. in cap. diffinivit* 17. *q.* 4. sicut antiquitus hoc concludit Olsiraldus suo consilio 54.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 1. y 2. tit. de las promisiones de la 5. Partida, tit. 11. è la Ley 10. è 12. con todas las Leyes siguientes del dicho tit. las quales Leyes declaran, y entienden esta Ley.

(*a*) SI AQUEL, SEA PAGADO. Aliàs enim invito creditore aliud pro alio solvi non potest regulariter: *ut in l.* 2. §. 1. *ff. si cer. pe. & C. de sol. l. eum à quo, & C. de secund. nup. auct. sed si ante, hoc tamen fallit in casibus notat. in gl. mag. & notab. in alleg. l.* 1. *ff. si cer. pet. & in auct. hoc nisi debitor. C. de sol. & in casu hujus l. Doct. tamen, signanter Jo. Fa. inst. quibus mo. tol. obli. disting. quòd aut debetur species*, & tunc creditor non tenetur aliud pro alio recipere, nisi in casu quo species debita commodè solvi non potest: *ut l. non dubium,* §. 1. *deleg.* 3. aut debetur quantitas, & tunc potest una pro alia solvi nisi intersit creditoris, *ff. de solu. l. Paul. respondit*, & dic intersit diminutivè: *ut not. Di. & Bar. in alleg. l. Paulus*, & hoc in eodem genere, ut pro scutis floreni, sed pro aureis non potest solvi argentea ære contaminata: *ut glos. tangit in dicta l.* 2. *ff. si certum peta. & C. de dona. l. si quis argentum, de quo vide quòd not. Bar. in l. non amplius, ff. deleg.* 1. *& in auct. de fidejusso.* §. *rerum vero datio, glos. coactum, & not. C. de dona. l. si quis argentum, & tangitur in l.* 1. §. 1. *ff. de auro, & argen. le. & Ci. C. de compen. l. fi. facit ad id quòd not. Bal. in l.* 1. §. *cum arietes, ver. & cum etiam, & ibi Floria. ff. si quadru. pau. fecisse, dica.* ubi dicit, quòd si aliquis est obligatus dare caupones, vel gallinas, quòd debet illas præstare vivas, & non mortuas: *ad idem facit, l. qui decem*, §. *fi. ff. de solu. & ibi Di. & Gui. in l. quòd te. ff. si cer. pe.* & adde incidenter, quòd licèt mera liberalitas præsumitur ex duplici, vel triplici præstatione: *ut est text. in lib. feu. tit. quid sit investitura, cap. si vero vasallus, cum quo concord. C. de jus. l.* 1. cum hoc non est verum quando unus rusticus dat uni nobili unum par cauponum pluribus annis, quia istud non præsumitur obligativum in posterum. Item, mos rusticorum inspiciendus est, qui non solent hoc facere causa perpetuæ obligationis, sed causa cujusdam simplicis muneris de annu: *leg. l. Sejo, ut not. per Guil. & alios, ff. de offic. procon. l. solum*, §. *si qui dicunt*, quòd in mulieribus, & rusticis non habet locum: *l. cum de in rem verso, & hoc not. Bal. in alleg. cap. si ver. vasallus.* An autem is qui convenitur pro mutuo posset exceptionem dominij objicere: *vide in l. nam, & si fur. ff. si cer. peta. & Bar. in l. si alienam, ff. solu. matrim. & in l. si à furioso, ff. si certum peta.* unum tamen nota, quòd uxor post mortem mariti petens dotem ab hærede, non potest compelli recipere insolutum aliqua de bonis mariti ne bona vendantur, eo quòd forte hæres damnum pateretur cavendo nomine evictio-

ga (*a*), è mas no gela pueda demandar. Otrosí, si él diere à otro su deudor por mañero (*b*) quel pague (*c*) aquel deudo (*d*), y el otro rescibiere del, no sea tenudo de responderle mas por este deudo, maguer que el otro no gelo pague (*e*): è si el deudor (*f*) pagáre

---

tionis de duplo *per l.* 2. §. 1. *ff. si cer. pe. ubi Bar.* ideoque hæres compellitur bona vendere *secundum dist. Bar. ibi circa fi.*

(*a*) Vala tal paga. Et est ratio, quia omnis satisfactio pro solutione habetur: *ut ff. de solu. l. satisfactio*, dummodo voluntas creditoris accedat, ut hic: *& ff. de pign. act. l. si rem alienam*, §. *omnis autem.* Si fiat solutio alterius rei volente creditore, ut in lege ista, & res sit evicta agat creditor prima actione, vel de evictione: *not. ff. de evic. l.* 1. *& Ci. de evic. l.* 2. *q.* 5. *& C. de sen. & interlo. l. libera. glos. fi. & ibi Ci. & ff. de solu. l. si quis aliam.* Item, nota circa hanc legem, quòd debitor qui non potest solvere pecuniam ad quam est obligatus, potest solvere fundum, vel aliam speciem pro ipsa, tamen primò oportet quòd liqueat, & probetur, quòd non potest pecuniam solvere, nec ad rem quam venalem exposuit reperitur emptor: *ut est text. notabilis in auct. de fidejus.* §. *qui autem secundum Bal. in l.* 1. *&* 2. *circa fi. ff. si cer. pe.* Incidenter nota circa materiam hujus legis, quòd creditor qui debet recipere bladum, vel vinum ad tempus non cogitur recipere ante tempus, nec aliquid aliud quòd cursu temporis deteriorari possit: *not. Guil. & Bal. in l. plures, C. de fide instru. in fine.*

(*b*) Por mañero. Ad hoc nota, quòd duæ sunt species solutionis, una naturalis, alia civilis, seu alia vera, alia imaginaria, naturalis, seu vera fit per redditionem ejus quòd debetur, civilis, seu imaginaria fit multis modis per novationem, delegationem, ut hic acceptilationem, compensationem, de quibus omnibus in suis specialibus titulis tractatur, & tangitur: *C. de sol. l. si obligatum, & l. ejus quantitatis.* Item, per confusionem, seu successionem, ut si creditor debitori succedat, vel è contra: *ut ff. ad l. Fal. l.* 1. §. *si debitor. ff. de fidejusso. l. si stichum*, §. *additio*, *vide Sali. in l. debitor. C. de pact. & Ci. in l.* 1. *de act. hære.* Item, per oblationem, depositionem, & consignationem: *C. de solu. l. obsignationem, & ff. depositi. l.* 1. §. *si pecuniam in fi.* Item, per fructuum perceptionem: *ut extra de pign. c. cum contra*, *& C. de pig. ac. l.* 1. *&* 2. Item, per pactum de non petendo, & alijs modis de quibus *per Azo. in sum. C. de sol.* §. *videamus*, *cum seq. &* 5. *Part. tit.* 10. *l.* 1. *&* 2. *&* 9. *cum seq.*

(*c*) Que le pague. Compellitur enim invitus debitor huic delegationi consentire de æquitate si sua non interest: *ar. ff. de rei ven. l. in fundo*: & est ratio, quia quicumque habet à me causam tenetur facere quòd mihi prodest, & quòd sibi non nocet: *ut ff. de evict. l. in creditore*, de rigore tamen juris non compellitur: *ut l. nec creditoris*, *C. de nova. & quòd suprà dixi tenet Ci. in l.* 1. *C. de nova.*

(*d*) Aquel deudo. Faciendo eum procuratorem in rem suam, vel cedendo ei actionem: *quòd dic ut not. in l. si delegatio*, *C. de nova.*

(*e*) No gelo pague. Est enim ratio, quia solutione ejus quòd debetur, licèt civilis, seu imaginaria tollitur omnis obligatio: *ut insti. qui. mo. tol. obliga. in princi.* Forma autem instrumenti delegationis ponitur *per Spe. tit. de solu.* §. *nunc aliqua in princ.*

(*f*) E si el deudor. Scilicèt, taliter delegatus, ut creditori creditoris solvat, & intelligo postquam consensit novationi: *ut C. de nova. l.* 1. *& l. nec creditoris.* Item, nota circa materiam hujus legis, quòd tutor, & quilibet alius administrator ex sola scriptura fit debitor, & potest sibi ipsi solvere: *ut l. quotiens*, §. *non tantum*: *&* §. *sicut*, *de admi. tut.* & hoc habet locum non solum in mutuo: *ut plenè*, *per Bar. in l. singularia*, *ff. si cer. pe.* & hoc si faceret palam, & bona fide secundum Ci. & est etiam textus expressus quòd ex alia causa potest sibi solvere, & in alia causa quam in pecunia *in l. fistulas*, §. 1. *ff. de contrahen. empt. secundum Bar. in alleg. l. singularia.* Item, nunquid illud quòd debes mihi cogor promittere alij me

el deudo à otri, quier en su nombre de aquel à quien lo debie, quier no, si aquel cuyo es el deudo (*a*) no lo otorgáre, puedale demandar su deudo, si el otro (*b*) no le rescibió por su mandado.

---

me mandante: *dic ut plenè not. ff. sol. matr. l. 2. faci, ff. manda. l. idem quia §. sicut.*

(*a*) Cuyo es el deudo. Scilicèt cui fit delegatio.

(*b*) Si el otro. Scilicèt, cui facta fuit solutio sine mandato creditoris, credo tamen quòd ultima pars hujus legis per se & non de pensive loquatur: *cum qua concord. l. invito, ff. de solu. & l. solutum, ff. de pig. ac. & cap. eam te, extra de jurejur. nec obstat, suprà eod. tit. l.* 11. *quia ibi loquitur de nego. gest.* solvente creditori debitoris, quia talis liberat debitorem ignorantem, & potest repetere quòd solvit: *ut l. solvendo, & l. cum pecuniam, ff. de neg. ges.* hic ante loquitur in debitore solvente alij quam creditori suo: *Jo. Fa. tamen inst. qui. mo. tol. ob. §. nec tamen*, distinguit circa hoc, quòd si debitor solvit creditori creditoris creditore ignorante, sed postea sciente & patiente, & tunc si ratum habuit liberatur debitor ipso jure, *ut ff. de excep. doli. l. si operatur*, & hoc ubi creditoris interfuit non solvisse: *ut not. glos. notabilis in l. cum pecuniam, suprà alleg. ista l. in fi. sui loquitur*, quando debitor solvit invito, & ignorante creditore: *ut alleg. l. invito, C. de sol.* Item nota, quòd etiam conjunctæ personæ non potest solvi, nam nulla est magis conjuncta persona quam pater, & tamen ei non potest solvi: *ut l. non solum, ff. sol. matrim. & l. 2. ff. ut lega. not. cave. & l. filiæ, ff. sol. matrim. & not. in l. 1. ff. de solu. quòd dic ut notat Bar. in l. non solum.* Regulariter enim alteri solvendo non liberor ab eo quòd alteri debeo per hanc legem, & per jura hic allegata, quòd est verum si imprudenter solvi, & improvide, & in fraudem, ut alius jure suo privetur: *not. Anto. in cap. ea te, de jurejur.* aliàs regulariter contra: *ut ff. de neg. ges. l. si liber homo, & l. cum pecuniam, ff. de pig. act. l. solutum, §. solutam.* Item nota, quòd liberatur si solvatur adjectio in stipulationem: *ff. de solu. l. quòd si stipulatus*, vel procuratori revocato ignorante solvente: *ff. si cer. pe. l. ejus qui in provinciam, ff. de sol. l. vero, & l. cum quis, §. si debitorem.* Secus si non habuisset mandatum, quia solvens non liberaretur: *ff. de condi. inde.* si me præsente, secus in deposito, quia si alij restituit, ignoranter liberatur, & hoc quia depositarius de solo dolo tenetur, & ideo sufficit quòd actionem cedat contra illum cui restituit: *ff. de pecul. l. quòd debetur*: & est ratio, quia debitor est obligatus in genere, ideo solvendo alteri remanet obligatus: *ff. ad. l. Fal. l. in ratione, §.* 1. depositarius enim in specie ideo cum possidere desinat illam speciem sine fraude & vitio liberatur: *ff. de ver. obli. l. si ex legati causa not. Anto. in alleg. c. ea te.* Et gratia hujus legis nota, quòd si negotiorum gestorum interpellavit debitorem domini ut sibi solveret, non valet interpellatio, quia sibi non potest solvi: *ut l. qui hominem, §. si nullo, ff. de solu.* idem dico in procuratore qui non habuit mandatum ad suscipiendum solutionem. Aut interpellavit, ut solveret domino, & tunc si debitor potest accedere ad creditorem, & non facit est in mora: *ut l. si quis solutionem, ff. de usur.* aut debitor est alterius fori, & tunc non tenetur ire ad creditorem nisi solutionem debiti alibi destinaverit: *ut l. item illa, de consti. pecu.* Sed quid si creditor alterius fori facit procuratorem contra me ad agendum, ita quòd sibi non potest solvi ante litem contestatam cum eo constituat me in mora: respondeo, si ego fui confessus, & nolui contendere non sum in mora per ea quæ dicta sunt, mora enim evitatur eo ipso quòd dico solverem si haberem: *cui arg. dele. 1. l. si unus, §. qui confitetur.* Sed si volui contendere, tunc ex hoc sum in mora: *ut l. Mævio, ff. de ver. obli.* Sed si interpellatio fit per personam quæ non potest recipere solutionem, tunc Judex condemnet debitorem, ut solvat domino, non ipsi procuratori, prædicta vera nisi dominus fuisset præsens cui potuisset solvi, tunc enim ad purgandam moram si ejus persona non reperitur, debet creditor auctoritate Judicis deponere, & consignare: *ar. l. acceptam, C. de usuris, & l.*

Ley XVII. Como ha de ser pagado el primero deudor.

SI alguno fuere deudor à muchos, primeramente debe pagar à aquel con quien fizo el primero deudo (*a*): y dé sí à los otros, segun que cada uno fue fecho primero (*b*) en las deudas: è si el postrimero dellos, ò alguno dellos quisiere pagar al primero (*c*),

---

l. si reus, ff. de procu. ut ista not. Bar. in l. si servum, §. num videamus in fi. ff. de ver. ob.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 10. *è* 11. *de la* 5. *Partida, tit.* 12. *que ponen quando muchos se obligan à uno, ò quando uno se obliga à muchos, cómo se ha de pagar la deuda.*

(*a*) SI ALGUNO, EL PRIMER DEUDO. Hoc est regulare, *ut dixi suprà eod. l.* 5. *fallit tamen in casibus ibi notatis, & in l.* 12. *suprà eod. tit. & vide* 5. *Part. tit.* 10. *l.* 11. *& l.* 12. Posterior enim creditor præfertur priori in casibus ibi notatis: *& in l. interdum, ff. qui poti. in pig. ha. & C. eod. tit. l. diversis, glos. fi. ponit enim Joan. And. hos casus in c. fi. extra de solu.* Primus si primus creditor solutam pecuniam inficiat, & exinde convincatur: *ut ibi, & C. qui po. in pign. ha. auct. item si prior.* Alius quando de pecunia secundi creditoris comparatum est prædium: *C. qui po. in pign. ha. l. licèt*: nam si vendo boves, & ago ad pretium, vel peto meos boves, præferor omnibus creditoribus. Idem si ex pecunia mea tibi mutuata emisti boves, in eis debeo præferri omnibus creditoribus: *ut not. Bar. in l. si cum dotem, §. si mulier, ff. solut. ma.* Alius casus est quando secundus credidit in refectionem: *ut l. interdum, C. qui po. in pign. ha.* Item nota, quòd si aliquis duobus privatis obliget bona sua præsentia, & futura diversis temporibus in postea quæsitis, prior tempore non erit potior, sed simul in eis concurrent: *ut ff. de jure fisc. l. si is qui mihi, not. Pet. Jaco. in suis libellis, tit. de hypothecaria actione. Contrarium tenet Bart. in l. si is qui, ff. de jure fisc. suprà alleg. cujus opinio servatur.* Item, nota ex suprà dictis, quòd præfertur creditor, & si sit posterior in re comparata ex pretio quòd mutuavit debitori, quia talis res succedit in loco pretij, & quid in dubio: *not. Bart. in l. Imperator. §. cum autem rogatus, ff. deleg.* 2. *& in l. rem, & pretium, de pet. hæred.* Unum tamen nota, quòd si prior creditor accepit temitam, quòd si posterior creditor velit recuperare temitam, & solvere primò creditori, quòd sibi debetur, quòd debet compelli sibi omnia jura quæ habet cedere, ut alijs creditoribus præferatur: *ff. qui po. in pig. ha. l. creditor. §. si prius, ubi est text. valde notabilis.* Item, nota incidenter, quòd hæres recuperat expensas funeris, & sepulchri, considerato statu personæ, & præfertur omnibus creditoribus, etiam privilegiatis: *ut l. impensa. & l. Celsus, cum simil. ff. de reli. & sump. fu. Part. tit.* 13. *l.* 12. imò solet dici, quòd propter impensam funeris, vel sepulchri hæres habet majus privilegium quam habentes expressam, vel tacitam hypothecam: *not. glos. approbata in dicta l. impens. & l. ac si quis.* Item, expensa funeris, & quicquid corporis causa, vel infirmitate, vel in monumento, vel capella expensum est: *ut l. funeris, ff. de relic. & sump. fu. not. Jo. de Imo. in cle. dudum, de sepul.* Qualiter autem in dote præferunt filij primi matrimonij filijs secundi matrimonij, vel quando non: *vide plenè in auct. ut ex actione instante dote, &c. coll.* 7. *per totum.*

(*b*) PRIMERO. Cave tamen tu creditor ne colludas cum olim debitore tuo ut in fraudem tertij cedat tibi jura, quia committis falsum: *ut in l. si creditor. C. de falsis.*

(*c*) AL PRIMERO. Nota quòd creditor posterior succedens in locum primi creditoris præfertur alijs creditoribus: *concord. l. Arist. & quòd ibi not. ff. quæ res pign. oblig. po. & l.* 1. *& ibi Cin. C. de his qui in priorum credi. loco succe.* & sic nota, quòd id quòd quis ex sua persona non habet hoc per extraneum habere potest: *ut alleg. l. Arist. in fi. & vide ibi glos. notabilem, & singularem circa hoc quam hic repete, & signa.*

sea apoderado de los bienes del deudor, fasta que sea entregado del deudo, y de lo que pagó al primero: è si los bienes no cumplieren, sea apoderado del cuerpo (*a*) del deudor, asi como manda la Ley (*b*).

(*a*) Del cuerpo. Repete quòd circa hoc dixi *suprà eod. tit. l.* 12. *& suprà eod. for. lib.* 1. *tit.* 11. *l.* 5.

(*b*) La Ley. *Quæ est suprà tit. de los emplazamientos*, *l.* 2. Et sic nota ex hac lege, quòd debitor potest pro debito civili in carcerem detrudi, & hoc videtur expeditum: *C. de exac. tribu. l. nemo carcerem*, *lib.* 10. In contrarium tamen facit, quia nemo dubitat quin carcer sit magna servitus: *ff. de pœnis*, *l. incredibile*, *ff. de lib. ho. exhi. l.* 2. & jure cautum est, quòd pro debito civili quis non debet servire: *ut l. ob æs. C. de actio. & oblig. Jo. Fa. inst. de actio.* §. *fi.* *distinguit*, quia aut loquimur de debitore fiscali, aut de debitore privati. In primò casu habet locum ista lex, *& alleg. l. nemo carcerem.* In secundò casu distingue, quia aut dolose fecit, quòd esset non solvendo, & tunc potest detrudi, ut hic, imò etiam de jure extraordinario punitur: *ut ff. quæ in frau. credi. l. fi.* §. *fi. & de admi. tuto. l. ob fœnus.* Aut non dolose fecit, & tunc pro notoria, & evidenti contumacia potest detrudi, ut si non vult indicare bona, quòd forte illa abscondit: *ut not. C. de act. & oblig. l.* 1. nam talis contumacia dolo æquiparatur: *ff. de admi. tuto. l. si plures*, & Judex realiter potest talem contumacem citare: *ut l. consentaneum*, *C. quomodo*, *& quando judex*, & dolo facit debitor si celat quòd alij pertinet, vel retinet: *ut l. dolus*, *ff. manda.* aliàs non videtur quòd pro debito civili debeat detrudi, & si detrudatur non debet detineri, præsertim si velit cedere: *ut alleg. l.* 1. *& c. Odoardus*, *extra de sol.* & hoc verum nisi expresse esset obligatus ad arrestum, & tunc videtur posse detineri, & facit quòd dicitur de obsidibus: *ff. de testa. l. obsides*, *de jure fis. l. divus.* Item, contra istam legem facit *l. liber homo*, *ff. ad l. Acqui.* ubi innuitur quòd pactum factum creditori à debitore quòd possit ipsum debitorem capere, eo forte in solutione cessante non valeat: *facit de lib. ho. exhi. l.* 2. *& ff. de regu. jur. l. non est singulis*, *& soluto matrim. l. alia*, §. *eleganter*, *& ibi Di. & Bart.* Aliqui tamen contradicunt: *ut ibi not. Bal.* dixit enim debitorem posse obligari ad carcerem publicum, non ad privatum, de privato enim clarum est *per alleg. l. liber homo*, quia non est dominus membrorum suorum, &c. de publico quòd possit obligare certum est *per alleg. l. nemo carcerem*, non tamen potest se obligare, vel pacisci, quòd propria auctoritate creditoris possit capi nisi subsistente causa per quam aliàs posset de jure communi capi: *ut suprà ead. l.* 12. *& l. ait prætor.* §. *si debitorem*, *ff. quæ in frau. credi. & not. Bal. in alleg. l. liber homo*, *& vide quòd not. in cap. ex rescripto*, *extra de jure*, *& ibi per Inno. & glos. in cap. ut pridem* 23. *q.* 8. *quòd est notandum.* Item, nota circa hanc legem, quòd captus pro debito non est relaxandus nisi satisdet: *ut ff. de reg. jur. l. alieno*, & hoc verum quando debitum non est liquidum, & pendet lis super eo. Sed si est captus pro debito liquido de quo est cognitum, & pronunciatum quòd fiat executio, non debet dimitti defensori nec fidejussori, quia cedit defensio, sed debet detineri donec solvat secundum Odofre. *ut refert Bald. in l. nec impuberes*, *ff. de in jus vo.* Sed notandum est juxta materiam hujus legis *secundum Bal. in l. etiam*, *C. de execu. rei judi.* quòd quando fit executio personalis contra populum capiuntur consules populi qui quædam fictione sunt populus: *ar. ff. de re. & sump. fu. l. ossa in fi.* Capiuntur autem non quia sunt personaliter debitores, sed quia habent facultatem solvendi, aliàs quia populus rubore confusus solvet, & hoc verum si sunt in mora solvendi: *C. de decurio. l. provide. lib.* 10. Sed certe in defectum bonorum venitur ad carcerem in subsidium non recta via: *ut not. ff. de susp. tu. l.* 3. §. *tutores*, *sed circa dist. Bal. in alleg. l. etiam*, quia aut loquimur in executione reali, & debet fieri in bonis ipsius civitatis, puta si habet molendina, vel nemora: *ut ff. de contrah. empt. l. sed celsus*, muri autem civitatis, vel castri non possunt in temitam capi, quia sunt sacri, & non sunt in commertio: *ut ff. de* re-

rerum divi. l. si sacrum: quos violare crimen capitale est: *eod. tit. l. sacra*, §. *fi.* & *l. fi.* Item, cum jus imponendi collectam sit jus publicum auctoritate, & utilitate, & sit meri imperij, non puto quòd possit alicui privato concedi, vel in temitam dari, nisi forte commoditas interveniat, nam civitas non potest dare merum imperium, potest tamen se submittere quantum ad personales prestationes, & suas gabellas potest vendere, & donare, & locare, eorum autem quæ sunt in commertio populi temita accipi potest: *ff. quòd cujusque uni. l. civitates*, & *alleg. l. sed celsus*, §. 1. & *ff. de ver. sig. l. inter publica*, quibus rebus deficientibus ipsa universitas cogitur facere collectam: *ut ff. quòd cujusque univer. l.* 1. §. *quibus glos.* 1. prius tamen citata universitate, sed quomodo citabitur universitas, dico quòd ubi est congregata, quia illa congregatio est quasi quædam persona pollitica: *ut ff. de fideju. l. mortuo*, *ff. quòd metus causa*, *l. metum*, §. *animadvertendum.* Si autem non est congregata ponetur edictum in loco ubi consuevit congregari: *ut ff. de reg. jur. l. non potest videri dolo*, quòd si rustici claudunt portas, ut nuncius non possit ingredi, affigetur edictum portis castri, & si non est ibi tutus accessus potest edictum poni in loco viciniori, vel in Ecclesia magis vicina, quia Ecclesia est locus publicus, & omnibus patens: *ut in cle. causam*, *de elec. non obstat ad hoc*, *cap. decet. de immu. Eccles. lib.* 6. quia ibi loquitur de strepitu judiciorum. Sed affigere hujusmodi cedulam non est strepitus, hinc est quòd in Ecclesia quis potest citari per temporalem magistratum loci qui nullam Ecclesiasticam jurisdictionem habet: *ut est textus notabilis*, *C. de his qui ad Eccles. confu. l. præsenti*, nec obstat quòd sit locus exemptus, quia sufficit ad hunc articulum quòd sit intra territorium, nam persona quæ citatur exempta non est, tamen realis citatio intra Ecclesiam fieri non potest, nisi fieret auctoritate Episcopi: & de hoc vide quòd dixi *suprà lib.* 2. *tit. de los emplazamientos*, *l.* 4. Sit ergo conclusio, quòd universitas potest personaliter citari ad domicilium: *ut ff. de injurijs*, *l. lex Cornelia*, §. *domum.* Modo restat quærendum *secundum Bal. ubi suprà*, utrum jumenta aliqua singularium personarum universitatis possunt capi pro debito ipsius universitatis, & dicendum est, quòd aut consuetudo hoc dictat, & possunt capi, quia consuetudo dat jurisdictionem meram, & mixtam, altam, & bassam, prout disponit, & dicit illa lex quæ pro executionibus est valde notabilis: *C. de exac. tribu. l. missi opinatores*, *lib.* 10. Aut consuetudo, vel lex municipalis hoc non disponit, & tunc si quidem contractus civium hoc dictat, & idem quòd in statuto, nam contractus universorum potest ligare universaliter universos, & singulariter singulos: *ut notat Bar. in l.* 4. *ff. de re jud.* Sed quærit Bal. ubi suprà, pro qua portione obligantur singuli, cum tot sint cives quòd non potest apparere quantum tangat pro rata, & si dicatur quòd quilibet tenetur in solidum, esset falsum, & ideo si captus pro tali debito petit declarari ratam portionem, & actor non potest edere certam quantitatem, sequitur quòd debet relaxari: *facit quòd not. C. quæ sit lon. consue. l.* 2. nisi dicatur quòd capiatur persona loco pignoris, & non loco personæ, nam natura pignoris est individua, & respicit solum debitum: *ut ff. de verb. obli. l. in executionibus.* Si autem in contractu non continetur obligatio singularium, est obligata civitas, sed non singulares cives, quia quòd meum est, communitatis non est, & etiam in tali obligatione laicorum non veniunt bona, nec res Clericorum, & ideo Clerici non possunt capi pro repræsarijs, etiamsi sint Clerici primam tonsuram habentes. Modo videndum est de collecta suprà dicta qualiter sit imponenda, utrum patrimonialiter, an personaliter, id est per capita patrumfamilias, seu pro quolibet firmante. Nam quot homines tot capita, pater enim cum multis filijs habetur loco capitis unius tantum: *ut not. in l.* 2. *C. qui ætate*, *lib.* 10. Sic intelligitur de capite familiæ, vel firmantes quasi in una domo non possunt esse onera, & liberi congruentius exonerare tenentur patrem quantum ipsum debeant aggravare, dico igitur de collecta, aut est voluntaria, & cives habent inter se distribuere prout sunt in concordia, quia huic liberalitati non imponitur meta, ut si volunt facere honorem regi, vel alicui cardinali, vel nobili venienti ad partes. Nam in rebus voluntarijs nemo necessarijs unquam existit: *ut C. de neg. ges. l. tutor.* Aut collecta imponitur pro utilitate publica, ut pro solvendis stipendijs armigerorum conducendorum ad servitia com-

communis, vel pro emendo castro ipsi civitati, vel causa solvendi æs alienum jam contractum, vel est ipsi civitati imposita talia à superiore, putà quòd solvant mille, & tunc justa distributio est per æs, & libram, nam quidam sunt qui habent res immobiles æstimatas in æstimo communi: *ut not. in l. incola. ff. ad municipa.* Quidam sunt qui habent æs, & non habent æstimum, ut fœneratores. Quidam sunt qui habent utrumque, & tunc juxta mensuram patrimonij æstimati, vel æstimabilis unusquisque solvere debet, pauperes autem quorum nota est paupertas, & hi qui dietim laborant pro victu quærendo nihil conferre debent. Idem, in his qui lapsi sunt facultatibus, undè dicit glossa quòd propter depaupertatos fit novum æstimum, & quòd exactores debent se habere modo paternali: *ut not. C. de annonis, & tribu. l. inditiones, lib.* 10. *facit l.* 1. *C. de immuni. nemi. conceden. l. fi. de quibus mu. nemi. licèt se execu. l.* 1. ibi dum dicit assumat sarcinas ad infimos usque decurrat, & nota quòd si fœnerator tenet cambium in diversis provincijs non collectatur in loco originis pro omnibus locis, sed prout in loco negociatur: *ut C. de mu. & in quo loco, l.* 1. *in fi.* Sed tu dices, imò nec in loco originis: *ut l. rescrip. §. fi. de muneri, & hono.* Sed respondeo, aliud est simpliciter possidere, aliud est contrahere, & habere mensam, quia efficitur talis subditus ratione contractuum: *ut ff. de judicijs, l. hæres absens.* Præterea generalis consuetudo servat, ubi quis possidet ibi, & collectam patiatur, non præcise sed causativè, quia si non solvit non ponitur in carcerem, sed aufertur sibi res, vel rei fructus: *ut ff. dele.* 1. *l. quid in illis, §. sed hæres, & ff. de usufruc. l. si pendentes, §. si quid, & l. ediles, & ar. ff. de publica, l. commissa, in auct. de colla. §. si vero aliquando, coll.* 9. Item, habentes æstimum possunt etiam præcise compelli, quia ad hoc tendit æstimum: *ut alleg. l. incola.* Ergo istæ tales, & hujusmodi collectæ imponuntur per æs, & libram. Sed pone quòd aliqui sunt exempti, nunquid reliqui debent totum solvere, distinguo, aut sunt exempti antè obligationem contractam, & tunc non tenentur solvere partem contingentem exempto, quia satisfactum intelligitur eximenti, licèt gratis remisserit. Item, cum obligatio certam formam distributi non accepit; à statu ipsius non est recedendum: *ar. ff. de verb. obli. l. insulam.* Pone quòd rex mandavit quibusdam subditis, quòd mitterent mille armigeros in exercitu suo, demum composuit cum eis pro certa quantitate, qualiter communitas debeat inter se illam quantitatem distribuere. Respondeo, quòd considerandum est onus. Nam aut à principio exprimitur quòd serviant corpore, aut pecunia. Item considera, quòd in exemplo onus mittendorum armigerorum explicatur pecunia, nam eos conduci oportet, quia nemo tenetur gratis ire: *ar. C. de navicula, & novel. l. cum naven. lib.* 11. ideo à principio, & ex post facto est munus patrimonij: *ut in auct. ut jud. si quo suffra. §. illud scientes*, ibi dum dicit, & non possunt circa pecunias explicari, onus autem capitis esset si res mandaret quòd accederet unus ad eum pro quolibet firmante, nam & pecunia, qua redimitur hoc onus, debet distribui per summentes, quia inspicitur origo, & causa undè aliquid descendit. Item, quia hæc pecunia subrogatur loco honoris capitis, ergo eamdem meram naturam assumit: *ar. ff. de dona. inter virum, & uxo. l. si sponsus, ista est opinio Bar. ff. de re jud. l.* 4. Sed tu distingue secundum Bart. aut obligatio capitis erat jam contracta, & verum dicit Bar. aut non erat contracta, sed Principem pænituit, & tunc originem assumere non possumus ex eo quòd nihil est: *ut ff. quemadmodum usuca. l.* 4. *§. desinere*, & ideo hoc casu debet solvi per æs, & libram: *facit quòd not. de sen. excom. c. gravem, hæc not. Bal. in alleg. l. etiam, & executione in universitatem, vide quòd scripsi, suprà eod. for. lib.* 1. *tit.* 11. *l.* 5. Nota quòd usufructuarius, & dominus proprietatis debent communiter solvere collectam, cum sit onus quòd imponitur personæ propter rem in qua uterque habet partem: *l. hoc amplius, §. fi. ubi de hoc not. Di. ff. de da. infe.* & intellige quòd quilibet istorum conferre debet, facta, scilicèt, æstimatione proprietatis, & usufructus: *hoc not. Flo. in l. si plures, ff. de nox. ac.*

Explicit Liber tertius.

SEQUITUR LIBER QUARTUS.

LIBRO QUARTO.

TITULO I.

DE LOS QUE DEXAN LA FE CATHOLICA.

Ley primera.

NIngun Christiano no sea osado de tornarse Judio, ni Moro, ni sea osado de facer su fijo Moro, ò Judio: è si alguno lo ficiere, muera (*a*) por ello, è la muerte deste fecho à tal sea de fuego (*b*).

Ley II. Que ninguno sea Herege, ni lo resciba consigo.

FIrmemente defendemos, que ningun home no se faga Herege (*c*), ni sea osado de rescebir, ni defender (*d*), ni de encobrir Herege ninguno de qualquier heregía que sea: mas qualquier hora

---

ADDICION.

La pena de los Hereges vey en la Ley 3. è 4. de la 6. Partida, tit. 26. è vey la Addicion en la Ley siguiente que concuerda con esta Ley. Concuerda con esta Ley, la Ley 4. tit. 25. de la 7. Partida: è la Ley 25. è 26. è 27. que hablan singularmente en el caso desta Ley: è la Ley 28. del dicho tit. pone en quántos casos, el Christiano que se torna Moro, è se arrepiente, se excusa de pena: vey la Ley 7. tit. de los Judios, de la 7. Partida.

(*a*) NIngun Christiano, muera por ello. De jure antiquo erat alia pœna, id est, bonorum præscriptio, & perpetuum exilium, de jure civili: *ut l. Judæi 2. C. de Judæis, & celico, & l. 1. C. de aposta. & concordat cum ist. l. infrà proxi. l. 2. & foro juz. lib. 12. tit. 3. l. 17. & quòd hic dicitur est expressum, 7. Part. tit. 24. l. 2. & l. 7. & C. ne manci. christia. l. unica, & C. de Cinechæis, l. 1. extra de consec. dist. 4. cap. plerique, ver. vide*: & nota quòd ista pœna nullo remedio pœnitentiæ potest remitti profanantibus Sanctum Baptisma, quia perditi sunt: *ut l. 2. circa fi. C. de aposta.* & hoc de jure civili, de jure vero canonico ad cultum christianæ dignitatis tales perditi possunt revocari: *ut alleg. cap. plerique, & 45. dist. cap. de Judæis.*

(*b*) Sea de fuego. Nota casum in quo quis punitur flammarum pœna. Alij connumerantur *per Doct. in l. 1. C. de vili. age. non rumpen.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la 2. è 3. tit. de los adevinos, lib. 8. de las Ordenanzas Reales: è la Ley 1. è 4. del dicho tit. pone la pena de los Hereges: è la Ley 4. de las dichas Ordenanzas Reales, lib. 8. tit. de las penas, pone perdimiento de todos sus bienes para la Cámara del Rey. Vey la Ley 5. è 6. de la 7. Partida, tit. 26. que pone, que ninguno acoja à los Hereges en su casa, y el que lo contrario ficiere encurre en grandes penas.

(*c*) FIrmemente, se faga Herege. Dicitur enim hæreticus sex modis: *ut latè per Gau. & Host. in summis suis*, inter quos modos est, si quis sit dubius in fide: *extra de hæreti. cap.* 1. quòd intelligo, ut ibi Doct. quando quis dubitat pertinaciter, & animo deliberato, & cum quadam perseverantia: 19. *dist. cap. nulli fas.* Secus enim si dubitatur in fide indeliberato animo, & ex quodam scrupulo conscientiæ, & talis est potius pœna quam culpa & debilitas propriæ imaginationis quam peccatum, & licèt sit abjicienda, & tamen non est hæresis: *ut in c. per tuas, extra de simo. de quo vide per Henr. in alleg. cap. 1. extra eod. tit. & notanter per Innoc. in cap. 1. extra de summ. trini. circa finem.*

(*d*) De rescebir, ni defender. Nota quòd tales receptatores, & defensores credentes, & factores hæreticorum sunt ipso jure excommunicati: *quòd dic ut in cap. sicut, & in cap. excommunicamus,*

§.

que lo supiere, que luego lo faga saber (*a*) al Obispo de la tierra, ò à los que tuvieren sus voces, è à las Justicias de los Lugares: è todos sean tenudos (*b*) de prenderlos, è de recaudarlos: è que los Obispos, è los Perlados de la Iglesia los juzgáren por Hereges, que los quemen (*c*) si no se quisieren tornar (*d*) à la Fé, è facer Mandamiento de Sancta Iglesia: è todo Christiano que contra esta nuestra Ley viviere, ò no la guardáre asi como sobredicho es, sin la pena de la descomunion de Sancta Iglesia en que caye (*e*), sea el cuerpo, è quanto tuviere à merced del Rey.

---

§. *credentes*, *extra de hære. lib.* 6. & puniuntur pœnis, de quibus ibi, & simili pœna cum hæreticis puniantur: *ut hic & 11. quæst.* 3. *cap. qui consentit*, *C. de his qui latro. occultant*, *l.* 1. *etiamsi essent consanguinei*, 27. *quæst.* 1. *cap. de filia*, *& extra eod. tit. cap. si quis Episcopus.*

(*a*) Lo faga saber. *Concord. alleg. cap. excommunicamus*, §. *adjicimus*, *in fi.* ubi sciens occulta conventicula celebrantes, seu à communi conversatione fidelium, vita & moribus desidentes illud Episcopo studeat indicare: *facit c. qua propter*, 2. *quæst.* 7.

(*b*) Todos sean tenudos. Solent enim moveri potestates sæculares, & per censuram Ecclesiasticam compellendi sunt ad hoc: *ut alleg. cap. excommunicamus*, §. *moneantur*, & juxta officium, & posse suum debent Ecclesiam contra hæreticos adjuvare, & ad hoc juramentum præstare: *ut cap. ad abolendam*, §. *statuimus*, *extra eod. tit.*

(*c*) Que los quemen. Nota quòd debita pœna hæreticorum secundum leges est ignis concrematio, quòd probatur lege divina, ex verbis Domini Joan. 15. dicentis: „ Si quis in me non manserit „ mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent, & in ignem mittent, & ardebit: “ & etiam lex humana in hanc pœnam concordat, dicit enim tales ultimo supplicio puniendos: *ut l. Arriani*, *C. de hæreti.* quòd ultimum supplicium alia lex interpretatur mortem: *ut ff. de pœnis*, *l. capitalium*, de jure vero canonum punitur hæreticus quatuor modis, scilicèt, excommunicatione, depositione, rerum omnium ablatione, & militari persecutione: *ut latè per Gau. in summ. eod. tit.* §. *punitur hæreticus*, *& Doct. in alleg. cap. ad abolendam.*

(*d*) Si no se quisiere tornar. Hæc enim pertinacia in malo punitur, ut hic: undè pertinax idem est quòd valde imprudenter tenens, durus, irrevocabilis, indocibilis, & obstinatus: idem habetur *extra de usuris*, *ex gravi*, *in cle.* §. *penul. & glos. in cle. unica*, *extra de summa trini.* §. *porro.* Est tamen notandum, quòd in casu hujus legis habet locum pœnitentia, & non in casu *suprà l. proxi.* & potest esse ratio, quia profanantes Sanctum Baptisma sunt omnino perditi, ideo nullo remedio pœnitentiæ potest pœna remitti: *ut l.* 2. *C. de aposta.* in casu vero hujus legis hæreticus non est omnino perditus, si redeat ad unitatem Ecclesiæ: *ut hic*, *& alleg. cap. ad abolendam*, §. *laicus*, & hoc ideo, quia Ecclesia nulli claudit gremium redeunti, ut in epistola inter claras: *in fi. C. de summa trinita.* nec dominus vult mortem peccatoris: 25. *quæst.* 6. *c. cognovimus*, sed ut convertatur, & in perpetuum carcerem detrudatur: *ut in c. penul. extra eod. tit.*

(*e*) En que caye. *Ut alleg. c. excommunicamus*, *extra de hæreticis.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley 1. *y* 2. *la Ley* 2. *de la* 7. *Partida*, *tit. de los Judios*, *la qual manda*, *que los Judios*, *è Moros traten mansamente*, *è sin bollicio sus vidas*, *è que no conviertan à los Christianos à su ley*, *y el que lo contrario hiciere*, *merece pena de muerte con perdimiento de sus bienes*: *è la Ley* 34. *lib.* 8. *tit.* 3. *de las Ordenanzas Reales manda*, *que los Judios quiten ciertas oraciones que decían contra los Christianos*, *è si lo contrario hicieren*, *que los impongan cierta pena.*

TITULO II.

DE LOS JUDIOS.

Ley primera.

DEfendemos, que ningun Judio no sea osado de leer libros ningunos que hablen en su Ley, y que sean contra ella (*a*) en desfacerla, ni de los tener ascondidos: è si alguno los tuviere, ò los falláre, quemelos à la puerta de la synagoga concejeramente. Otrosí, defendemos, que no lean, ni tengan libros à sabiendas que hablen contra nuestra Ley (*b*), que sean contra ella por desfacerla: mas otorgamos, que puedan leer, è tener todos los libros de su Ley, asi como les fue dada por Moysén, è por los otros Profetas: è si alguno leyere, ò tuviere libros contra nuestro defendimiento, asi como sobredicho es, el cuerpo, y el haber esté à merced del Rey.

Ley II. Que ninguno ose sosacar algun Christiano para que sea Judio.

FIrmemente defendemos, que ningun Judio no sea osado de sosacar Christiano ninguno que se torne de su Ley, ni de lo retajar: y el que lo ficiere, muera por ello, è todo lo que hubiere sea del Rey.

Ley III. Qué pena es la del Judio que denostáre à Dios.

SI el Judio dixere denuesto ninguno contra Dios (*c*), ò con-

---

(*a*) DEFENDEMOS, QUE SEA CONTRA ELLA. Est ratio hujus legis, quia à Divinis Scripturis ornatus omnis scientiæ sumpsit initium: *ut cap. Moyses*, 6. *dist. &* 36. *dist.* §. *hinc etiam*, major enim est auctoritas veteris testamenti quam Sanctorum Patrum: *ut cap. in canonicis*, 19. *dist. & cap. noli.* 9. *dist.* & veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda est: *ut cap. veterum*, 9. *dist.* legimus enim vetus testamentum, ne ipsum negligamus: *ut cap. legimus*, 37. *dist.* non ergo permitti debet Judæis ut legem suam destruant, ut hic: nam si lex Moysi, à qua lex gratiæ sumpsit exordium, destrueretur, lex nostra esset destructa: *ut alleg.* §. *hinc etiam.*

(*b*) CONTRA NUESTRA LEY. *Facit l. Judæos, C. eod. tit. &* 7. *Part. tit.* 24. *l.* 2.

ADDICION.

La Ley 6. de la 7. Partida, tit. de los Judios, manda, que si alguno se quisiere tornar Christiano sin premia, que los Judios, ni Moros no gelo puedan impedir, y el que lo contrario hiciere, sea quemado por ello: è con esta Ley concuerda la Ley 6. tit. 28. de la 7. Partida, que dispone singularmente en el caso desta Ley de la pena de los que blasfeman de Dios, y de sus Santos: vey en las Ordenanzas Reales, lib. 8. tit. de las blasfemias, la Ley 1. è 2. è 3. è 4. è 5. del dicho tit. è sobre ello los Reyes nuestros Señores hicieron una pragmatica.

(*c*) SI EL JUDIO, CONTRA DIOS. Judæus enim blasphemus est Christi: *ut cap.* 1. *& cap. cum sit, extra eod. tit.* & cum verbo blasphemat, præsumitur quòd ex pertinatia, & deliberatione hoc faciat: *& sic intelligitur, c.* 2. *extra de maledicis*, gravius tamen punitur Christianus injurians Deum, vel Sanctos: *ut in auct. ut non luxu. contra na. coll.* 6. *& alleg. cap.* 2. *de maledicis*: quia gravius delinquit Christianus quam Judæus dominum nostrum contumelijs afficiendo, & in quo major est culpa gravior debet exerceri vindicta: *ut*

tra Sancta Maria, ò contra otros Sanctos, peche diez maravedis al Rey por cada vegada que lo dixere, è fagale el Rey dar cient azotes.

Ley IV. Como los Judios no deben criar Christianos.

NIngun Judio, ni Judia no sea osado de criar fijo de Christiano (*a*), ni de Christiana,

---

ut cap. quæsitum, extra de his quæ fiunt à præla. sine consensu ca. & in auct. ut fratrum filij, §. *fi. coll.* 9. Si enim Christianus non ex deliberatione, sed ex temeritate, vel levitate blasphemet, veniam meretur: *ut* 2. *q.* 3. *Paulum*, *& c. si quis iratus*, §. 1. venialiter enim videtur peccare: *ut* 25. *dist.* §. *aliàs*, *in fi.* Si vero ex insania, tunc est dignus miseratione: *ut C. si quis impera. maledi. l. unica*, *& hoc not. Joan.* 24. *q.* 3. *cum ergo*, *glos. fi.* Est tamen nota dignum, quòd si quis reiterat convitium, seu injuriam, non præsumitur ex calore iracundiæ, sed ex deliberatione dixisse: *ar. C. ad Vellej. l. si mulier*, *& not. Jo.* 2. *q.* 3. §. *si quis iratus*, *glos. fi. & Henr. in cap.* 2. *extra de maledi.* de jure tamen partitarum pœna Judæi vel Saraceni blasphemantis est arbitraria: *ut* 7. *Part. tit.* 24. *l.* 6. Alia pœna est *foro judi. lib.* 22. *l.* 4. & 10. Christianus tamen punitur pœna *l. Part.* 7. *eod. tit. l.* 2. 3. 4. 5. *& 6. & ordinatio Regis Joan. I. in Briviesca*, *l.* 4. ubi Judex ex officio suo tenetur inquirere super blasphemia sub pœna privationis officij.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. lib. 8. tit. 3. que pone seiscientos maravedis de pena al Christiano, è Christiana que criare hijo de Judio, ò de Moro.

(*a*) NINGUN JUDIO, FIJO DE CHRISTIANO. Nec è contra Judæi, scilicèt, non possunt habere nutrices, & obstetrices, nec servientes Christianos: *ut cap. ad hæc*, *& c. & si Judæos*, *extra eod. tit.* ne Christiani infantes Judæorum in suis domibus nutrire præsumant, & est expressum in ordinatione Regis Joan. I. in Soria, de petitionibus, peti. 12. & est ratio, quia Judæorum mores, & nostri in nullo concordant, & ipsi de facili ob continuam conversationem, & assiduam familiaritatem ad suam superstitionem, & perfidiam simplicium animos inclinarent: *ut alleg. c. ad hæc*, *& c. mancip.* 54. *dist.* & potest etiam esse hujus legis ratio, scilicèt, ne filij Christianorum nutricum erroribus involvantur: *ut cap. Judæorum* 28. *q.* 1. Nam malorum consortia sæpè bonos corrumpunt: *ut c. sæpè ea causa & q.* & hac ratione continua conversatio, & habitatio cum Judæis prohibetur, nec cum eis manducare, nec ab eis medicinam assumere debemus: *ut cap. nullus*, *& c. seq.* 28. *q.* 1. *& l. nemo*, *C. de postulan.* & hoc quòd dicitur de Judæis, intelligo etiam de Paganis, Saracenis, Gentilibus, cum eadem sit ratio: *ut not. glos. in c. ad mensam* 11. *q.* 3. *& in cap. omnes* 28. *q.* 1. licèt Judæi difficiliores sunt ad convertendum, & peritiores ad subvertendum quam Gentiles, quia legem habent & prophetias: ideo hæc ratio potius habet locum in eis quam in gentibus: *ut not. glos. in* §. *verum hoc ideo* 28. *q.* 1. Et nota rationes de quibus suprà est notanda regula, quam Bal. tradit, scilicèt, quòd omnes, quorum contagio potest esse nociva, debent expelli, & vitari: *ut not. glos. in auct. jusjurandum quòd præsta. in fi.* quòd nota contra lenones, meretrices, & similes, qui propter eorum morbum, & contagium possunt à civitate expelli, vel à vico ubi habitant. Idem de leprosis, & de habentibus alias quascumque infirmitates contagiosas: *ut not. Guil. & Bald. C. de sum. Trin. l. nullus*, *facit ad hanc l. statutum concilij generalis Basilien.* ubi statuit sacrum concilium, quòd diœcesani debent aliquot vicibus annuatim deputare viros eruditos, ut in locis ubi Judæi degunt prædicent, & explanent fidei catholicæ veritatem, & possunt ad hoc infideles ipsos compellere, ut verbum Dei audiant, diœcesani autem ita se erga illos propitios, ac charitate plenos exhibeant, ut non solum propalatione veritatis, sed & alijs humanis officijs illos Christo lucrifaciant, &c. præcepit etiam

ni de dar su fijo à criar à Christiano, ni à Christiana: y el que lo ficiere, peche cient maravedis al Rey.

Ley V. Como el Judio no puede dar à usura.

JUdio ninguno no faga emprestido à usura, ni en otra manera sobre cuerpo de Christiano ninguno, y el que lo ficiere, pierda quanto diere sobre él, y el Christiano puedase ir libremente quando quisiere: è pena, ni Pleyto que sobre sí faga para no se poder ir, no vala.

Ley VI. En qué manera puede dar el Judio à logro, y fasta qué precio.

NIngun Judio que diere à usura, no sea osado de dar mas caro de tres maravedis por quatro (*a*) por todo el año: è si mas

etiam sacros canones renovans, tàm diœcesanis, quàm potestatibus sæcularibus, ut modis omnibus prohibeant, ne Judæi, aut alij infideles Christianos, aut Christianas in familiares, seu servientes ad filiorum suorum nutrices habeant, nec Christiani cum ipsis in eorum festivitatibus, nuptijs, vel convivijs, seu nimia conversatione communicent, aut medicos, vel matrimoniorum prosonetas, seu aliorum contractuum mediatores de publico constitutos assumant, nec alijs publicis præponant officis, aut ad gradus quoscumque scholasticos admittant, nec eis locentur prædia, vel alij redditus Ecclesiastici, & cogantur deferre habitum per quem à Christianis evidenter discerni possint, qui compellendi etiam sunt separatim habitare, & ab Ecclesijs longius quòd fieri potest, &c.

ADDICION.

Esta Ley 5. è 6. están derogadas por la Ley 3. tit. de las usuras, lib. 8. de las Ordenanzas Reales, que manda à los Jueces seglares, è ruegan à los Eclesiasticos, que en sus jurisdicciones no consientan que los Judios, ni Moros hagan contractos de logros, ni lleven logros, ni los consientan llevar: è sobre ello vino la Ley 4. è 5. è 8. del dicho tit. que singularmente disponen. E la Ley 5. de las dichas Ordenanzas, lib. 8. tit. de las penas, dice, que qualquier que diere à otro à logro pan, ò vino, ò dineros, ò otra qualquier cosa, es caso de heregía: è pierda todo lo que dá, è la meitad de sus bienes.

(*a*) NINGUN JUDIO, DE TRES POR QUATRO. Non enim fit differentia personarum: *ut in l. eos, & l. seq. C. de usuris.* Sed ad trientem tantum, non ad assem, nec semissem centesimæ est reducta quantitas, quæ percipi potest nomine usurarum: sublata ergo videtur distinctio *in dict. l. eos posita.* Sed certè cum crimen usurarum utriusque testamenti pagina testetur, tàm lege, scilicèt, divina, quàm canonica: *Exo.* 22. *Deutero.* 23. *& extra de usuris, in cap. quia in omnibus, & cap. super eo.* 24. *per totum*: non video quòd aliqua lex humana, seu consuetudo possit usuram permittere contra legem divinam: 10. *dist. cap.* 1. *& cap. non licèt*, 21. *dist. cap. inferior. extra de majo. & obe. cum inferior. not. Jo. An. in cap. peccatum, extra de reg. lib.* 6. *in novella*: ubi dicit quòd in nullo casu contractus usurarius est permissus à jure divino, vel canonico: 24. *q.* 5. *per totum.* Imperator etiam dicit sacros canones pro legibus observandos: *ut in auct. ut Clerici apud prop. Episcopos*, §. *ult. & quomodo oportet Episcopos*, §. *sed etiam*: lex namque minoris non derogat legi superioris, nam nedum superiori, sed nec etiam pari quis imperari valet: *ut ff. de arbi. l. nam magistratus, & ad Trebel. l. ille à quo*, §. *tempestivum.* Undè, & Paulo dictum est, durum est tibi contra stimulum calcitrare: *ut not. Azo. in summ. C. de usuris, in fi.* hodie etiam de jure regni est revocata ista lex: *ut foro novo de Alcalá, l.* 56. *quæ incipit: Porque se falla que el logro.* Et potest esse ratio prohibitionis usurarum, quia talis cupiditas est insatiabilis, nam nec sacietas unquam, nec finis aderit cupiditati: 47. *distinct. cap. sicut hi.* nam totus mundus nec

caro lo diere, no vala: è si mas tomáre, tornelo todo doblado à aquel que lo tomó: è Pleyto ninguno que contra esto fuere fecho, no vala. Otrosí, mandamos, que ninguno no sea osado de usar el peño (*a*) que tomáre, ni de lo dar à otri que lo use: y el que lo fi-

---

nec obolus est avaro: 14. *q.* 4. *cap. quid dicam*, undè versificator ait, dives habere cupit quanto plus omnia sumit, & de ipso dicitur, eris servus eris si te species trahat æris: *ut not. in alleg. cap. sicut hi.* Qualiter autem cognoscatur quòd pœna apposita in contractu sit usura, vel non: *notat Bart. in l. cum stipulati summus, ff. de verb. oblig. & not. infrà eod. lib.* 4. *tit. de pœnis*, *l.* 10.

(*a*) El peño. *Concord. cum hac l. suprà eod. for. lib.* 3. *tit. de los peños*, *l.* 3. *& vide quòd ibi scripsi.* Ultimo nota, quòd notarij qui scribunt instrumenta, quæ sciunt confici in fraudem usurarum, debent ab officio tabellionatus cum infamia removeri: *ut in lib. feu. tit. de probi. feu. alie. per Fre. cap.* 1. §. *calidis*, *& ibi Bal.* Et ad ea quæ in hac lege notavi non obstat si dicatur quòd lex etiam divina quæ prohibet usuras est injusta, quia cum creditor mutuat pecuniam, gratis tenetur ei ad antidota: *ut ff. de peti. hæredi. l. sed si lege*, §. *consuluit*, *& de testa. cap. cum in officijs.* Quare ergo naturalem obligationem non potest creditor in pactum deducere expræssum, cum licitum sit remunerare: *ff. de dona. l. Aquilius Regulus*, *& l. si pater*, *ad quòd respondet Bal. C. de usuris*, *super rubrica*: quòd si debitor aliquid det creditori pro beneficio, quòd remuneratio hujusmodi beneficij non est taxata à jure naturali, vel ab aliqua ratione intellectus, quapropter deducere voluntatem ad necessitatem, & obligationem informem ad obligationem formem, non est secundum naturam justitiæ naturalis, nec est ex debito justitiæ licèt fiat ex debito amicitiæ, ex quo non inducitur necessitas sed spontanea voluntas secundum Sanctum Thomam *in cap. consuevit*, *eod. tit. ut not. Bal. ubi suprà.* Sed dubitatur circa materiam usurarum, an cum lex fori novi de Alcalá disponat circa actum usurarum præsumendo quis dicatur usurarius contractus, & cum disponat circa actum spiritualem, an debet observari, & Abbas de Cecilia in repetitione Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de constitut. concludit canonem esse servandum, & non legem, quia in expectantibus ad Ecclesiam non potest lex aliquid valide statuere, vel præsumere, cum de illis cognoscere non possit: *de ordi. cogni. cap. tuam*, *qui fi. sint legi. cap. lator*, *& cap. si judex laicus*, *de sen. excom. lib.* 6. Et ideo Frede. inquid, quòd lex non potest præsumere quòd ex cæteris indicijs quis convincatur de usura, vel præsumatur contractus usurarius: & facit quòd notat *Bar. in l. Titia*, *ff. solut. matrim. & l.* 1. *ff. de juris. om. ju.* quòd putat Abb. procedere, nisi lex ex justa causa præsumat, non principaliter super actum spiritualem sed super temporalem ei annexum: & sic potest salvari *Bartu. in l. omnes populi*, *ff. de just. & jure.* Ubi dicit valere statutum præsumens contractum certo casu simulatum, etiam ad finem invalidandi juramentum super eo appositum, quòd est notandum. Et quia quotidie quæstio ventilatur juxta hujusmodi materiam, cujus thema tale est. Quidam domini prædiorum prædia sua certis locant annis excolenda pro certo pretio fructuum annuatim eis solvendo aliquibus rusticis agricultoribus conductoribus, & in contractibus locationum inseritur, quòd prædicti conductores mutuo recipiunt à domino certam pecuniæ quantitatem certo tempore solvendam, quam nisi statuto solvant tempore promittunt tantumdem tempus, ut prius locationem tenere, & prætaxatam fructuum summam annuatim solvere, quam realiter dicti conductores solvunt, putà per decennium, vel amplius, seu minus prout conveniunt, vel differunt mutuum solvere secundum formam jam dictam. Nunc autem cum dicti conductores de jure suo instructi dicunt tales contractus in fraudem usurarum esse conceptos, agunt in judicio coram Ecclesiastico Judice, dicendo tales contractus usuram continere, & petunt eos annullari, & repetunt fructus quos dicunt indebitè solutos, quòd videntur per sequen-

ciere, peche à su dueño la meitad de quanto valiere el peño: si Pleyto ficiere que lo pueda usar, no vala, fueras si ficiere Pleyto que

quentes rationes fundare. Primò, quia cum principaliter propter mutuum, & gravem inopiæ necessitatem conductorum, ipsi conductores potius de necessitate pecuniæ compulsi quam prædiorum, seu terrarum mutuam recipiunt pecuniam, & fingunt recipere prædia in locationem, ut creditoribus ultra sortem in dictis fructibus colore quæsito locationis satisfaciant. Talis fictio, & simulatio reddit locatores usurarios, quia expectant potius propter mutuum quam propter locationem ultra sortem plusquam dederunt recipere: 14. *q.* 4. *cap.* 1. & quicquid recipitur etiam de mercibus propter pecuniam est usura: *ut cap. plerique, ea cau. & q.* Indirectè namque contra legem & ejus præcepta in fraudem agunt, & mentem legis circunveniunt de contractu ad contractum simulando: *ut ibi notat glos. & Archi. & est text. de hoc in cap. ad nostram, de empt. & ven.* ubi fictus emptor, qui verus est creditor, restituere cogitur rem in veritate pignoratam, sed fictè venditam, quòd contingit in casu illo ex juris præsumptione propter quantitatem pretij, quia, scilicèt, ultra dimidiam justi pretij, &c. probatur autem fictio seu simulatio jam dicta ex magna quantitate pretij in locatione apposita respectu prædij locati, quæ quidem quantitas est argumentum doli: *ut alleg. cap. ad nostram, & c. cum hi, §. modus, ff. de transact.* & cessio simulata præsumitur propter modicum pretium: *C. mand. l. per diversas.* Non enim quòd scriptum est, sed quòd gestum est inspicitur: *C. plus va. quòd agitur per totum.* Consideratur enim quòd agitur inter contrahentes: *ar.* 18. *q.* 2. *eleutherius, ff. de ver. obli. l. eum qui kalendis, de cond. ap. c. verum*: in fictione seu simulatione contractus, etiam auctoritas Judicis, seu juramentum nihil operatur: *notat Bal. super rub. C. qui adm. ad bo. pos. po. & in l. nec patronis, C. de operis lib.* illa ergo sola præsumptio sufficit, scilicèt, magna quantitas fructuum respectu prædij, seu terrarum quæ in locationem dantur, ad hoc ut contractus judicetur fraudulentus, seu usurarius: *ut notat Innoc. in alleg. c. ad nostram,* quæ præsumptio in casu dictæ quæstionis contingit. Secundò, quia veritas in contractibus est nimium per usuras usurpata, non enim mutuant, sed tradunt speciem certo pretio æstimatam, & aliquando cum denarijs miscent, ut in casu isto assumendo omnia simul, quæ baratarij vocantur. Nam in æstimatione chariori facta quam vendi, vel locari res possit, quia longe majori pretio bene continetur usura, ut in casu isto: *ut notat Host. in sum. tit. de empt. & vend. §. fi. ver. item de re ad rem, & est text.* 14. *q.* 3. *c. quicumque, & c. consuluit, de usuris.* Probatur enim dolus per verisimilis conjecturas secundum subjectam materiam. Ex quibus comprehenditur dolus, putà per præfactiones, monitiones, & persuasiones præcedentes: *notat glos. & Doct. in l. apud celsum, ff. de doli excep. & l. dolus, C. de rescin. ven. Bart. in l. post contractum, ff. de dona.* ex præordinatione enim præsumitur contractus usurarius: *ut notat Innoc. in c. gravis, de deposi. ut refert Bal. in l. frustra, C. ad Velle.* Tertiò, quia non solum per mutuum in contractibus mixtum, sed etiam per adjectionem quasi pœnæ quæ in dictis contractibus inseritur, scilicèt, si pecuniam statuto tempore non solveris tantumdem tempus locationem teneas, &c. Probatur simulatio, scilicèt, quòd gratia mutui redditus annuatim solvuntur potius quam gratia locationis terrarum: *ut est casus in simil. in c. illo vos, de pign.* merito ergo tali fictioni est obviandum, & fœneratorum fraudes sunt refrænandæ. Nam de fraude constat in his contractibus probabiles conjecturas, & per certa argumenta cum alijs adminiculis: *ar. in c. præterea, de testibus,* vel quia fœnerator sæpè vendit ad terminum plus quam in præsenti: *ut alleg. c. consuluit, & cap. in civitate, eod. tit.* vel si facit emptiones sub ea conditione, quòd res emptas teneatur restituere reddito pretio, vel fructibus sibi retentis: *ut alleg. cap. ad nostram, & cap. illo vos*, vel in exemplo legis ordinationis Regni in Curijs de Alcalá: *tit.* 23. *l.* 2. vel quia apparent alia instrumenta usurarum, vel quia mensam, quis tenet para-

mientra lo usáre no la gane. Otrosí, defendemos, que despues que igualáre el logro con el caudal, que de alli adelante no logre, ni

ratam ad fœnerandum, ut exemplificat *Host. in cap. cum in diœces. eod. tit. & in summa sua, eod. tit.* §. *qualiter contractus*: potius enim præsumerem contractum usurarum, quando locator pecuniam illam mutuat conductori. Nam licèt contractus nomen contineat locationis, ejus tamen respectus principalis est potius ratione pecuniæ, quam prædij seu agri fructus, & ultra sortem recipere, quòd deprehenditur, tum quia non aliàs mutuaturus, tum quia non intuitu pietatis seu charitatis proximi, juxta verbum Evangelicum Lucæ 6. mutuum dantes, &c. Sed potius intuitu imbursandi, & ultra sortem exigendi tum quia per immixtionem, & adjectionem mutui in eodem contractu factam, quæ licèt sit in scriptura posterior, est tamen intentione prior, tum ex magnitudine pretij locationis, & ex modicitate prædij quòd locatur, ex his, & alijs verisimilibus conjecturis diligenter inspectis, tales contractus præsumuntur usurarij, tum etiam propter pœnam quæ in mutuo additur, ex qua deprehenditur, quòd principaliter talium fœneratorum intentio est propter mutuum, ut locationem teneant. Nam omnis pœna promissa usurario, si non solvatur ad terminum reputatur fraudulenta: *ar. ff. de ac. emp. & vendi. l. Julianus*, §. *idem Papinianus*, & omne juramentum suspectum habetur: *de renun. cap. super hoc*, & semper de facili contra usurarios præsumendum est: *ut alleg. cap. illo vos*, quia pessimum genus hominum est: *notat Host. & Jo. An. in alleg. cap. ad nostram*, quicquid fit ergo in fraudem legis, totum debet evacuari ut ibi. Quartò, quia contractus usurarius ex natura rei est vitiosus, & malitia convolutus, eo quia res quæ non parat fructum generat lucrum, quòd contra verum: quia aliàs rationes quas eleganter notat *Jo. An. in cap. peccatum, de reg. jur. lib. 6. in mercurialibus.* Facit enim usura germinare rem quæ naturaliter non germinat, quæ est ars nequissima qua ex auro aurum nascitur: 47. *dist. sicut hi.* Et est contra charitatem tanquam aliquid inhonestum, & vitiosum, cum autem ex immixtione hujus mutui in contractu locationis pecunia germinat fructum, quem naturaliter germinare non valet. Videtur ergo quòd sit usura, & quòd contractus talis est vitiosus ex natura rei, & malitia convolutus. Quintò, quia apparet manifestè fraus, & fictio ad quam fœneratores laborant, propter quæ contra eos præsumitur: *ut alleg. cap. illo vos, & cle.* 1. *de usuris, nota plenè Jo. An. in alleg. cap. ad nostram.* Nam cum fœneratores contractus usurarum occultè celebrant, & dolose, taliter quòd vix convinci possunt de usuraria pravitate: *ut alleg. cle.* & hoc maximè contra rusticos agricultores, quibus jura propter agriculturam favent: *ut not. Ci. in auct. ad hoc, C. de usu.* tenentur tales fœneratores, cum de eorum malitia verisimiliter præsumatur, ad restitutionem usurarum, etiam juramento aliquo non obstante: *ut in cap. tuas dudum, eod. tit.* & nisi restituant sunt usurarij ad hoc per Ecclesiam compellendi: 14. *q. 6. c.* 1. *& de usu. cap. cum tu. alleg. cap. peccatum.* In contrarium autem domini prædiorum dicunt, quòd conductorum petitio non procedit. Primò, quia Judex Ecclesiasticus coram quo causa ventilatur, non est Judex inter laicos, nec causa usurarum est crimen Ecclesiasticum, cum non agitur de prohibito, & concesso, nec dubitatur in actione proposita si contractus est licitus, vel non, sed petitur tantum exactum, in quo casu Ecclesiasticus inter laicos non se intromittit: juxta notata *per Archi. in cap. quid dicam*, 14. *q.* 4. *& docto, ad nostram* 2. *de jurejur. & Pau. de Lea. in cle. unica de usu. hoc concludit Pe. de Ancha. in cap. ea quæ fiunt, de reg. jur. lib. 6.* 2. *q.* & hoc tàm principaliter quàm per viam exceptionis: *ut ibi latè per eum.* Secundò dicunt, quòd contractus isti locationis contra quos instatur sunt contractus legitimi, & soliti ex justis, & veris causis, & de jure permissis descendentes, & omni prorsus vitio carentes. Quæ quidem locatio est personæ, vel rei ad usum facta concessio mercede in pecunia conventa secundum summistas: signanter *Host. in summa de loc.* §. 1. *in*

renueve la carta sobre ello, fasta que sea el año cumplido, ni faga otro Pleyto engañoso contra esto para ganar de cabo: è si lo ficiere,

---

in princ. pro usu enim rei propriæ, scilicèt, agri vel fundi, quem concedimus licitè pecuniam, vel fructum recipimus, quia nec aliquis cogitur de proprio facere beneficium: 10. *q.* 2. *precariè*, & tales res sunt periculo locatorum regulariter, nam usura non nisi in mutuo præstatur, quia rei mutuatæ dominium transferimus, & ideo pro usu rei propriæ non alienæ, scilicèt, debitoris improbè pecuniam exigimus ab eo: *ff. de rei ven. l. si navis*, 14. *q.* 3. *in summ. notat Host. ubi suprà.* Tertiò, quia qui agrum locat, ut agraria id est proventus pro agro accipiat, aut domum, aut pensionem accipiat, non est similis ei qui pecuniam dat ad usuram, quòd absit. Nam agrum habens, arando accipit ex eo fructum, & quodammodo videtur mutare cum lucro lucrum: *ut est text. in cap. ejiciens*, *&* 88. *dist.* In rebus enim localibus rei usus habet distinctum valorem, quòd non est in mutuo, nam ipsum, & ipsius usus una consumptione consummuntur, nec unum sine altero consummi potest: *notat Jo. An. alleg. c. peccatum*, *in mercurialibus.* Ratio ergo naturalis patitur, ut merces à re locata percipiatur: *notat Ci. in alleg. auct. ad hoc*, *C. de usuris.* Quartò, sub diffinitione non cadit, cui non congruit diffinitum: *ff. de au. & argen. le. l. Quintus Mucius.* Sed casus præsuppositus diffinitus non cadit sub diffinitione, ergo &c. major de se est nota, minor patet, quia usura est lucrum mutui pacto debitum, vel exactum secundum summistas: *Ray. scilicèt*, *in summa*, *eod. tit. in princ. & Archi. in cap. usura. in princ.* 14. *q.* 3. *Inno. in cap.* 1. *eod. tit. & Jo. An. in alleg. regula peccatum*, *& Henr. in c. nam civitate*, *eod. tit.* Sed in casu isto non cadit nomen lucri pacto, vel intentione, nec nomen sortis quæ præservari debet, nec est mutuum in quo agitur quòd reddatur. Contractus enim emptionis, seu locationis approbatus est qualis est iste qui etiam de fructibus agri fieri potest (ut ita dixerim): *ff. de peri. & con. rei ven. l. necessario*, *& l. seq.* §. *fi. & de contrahen. empt. l. nec emptio*, sicut de hæreditate futura: *ff. de hære. vel ac. ven. l. cum hæreditate.* Et potest alter contrahentium esse deceptus in talibus licitis contractibus usque ad dimidiam justi pretij, & non ultra: *de empt. & ven. cap. fi. C. de rescin. ven. l.* 2. cum ergo dictus contractus sub diffinitione usuræ non cadit, ergo usurarius dici non valet. Quintò, quia nec ex forma dictus contractus detegi potest usurarius: *ut cap. in civitate*, *eod. tit.* nec per testes, vel alia indicia: *ut exemplificat Host. in summ. eod. tit.* §. *qualiter contractus*, *& in alleg. cap. ad nostram*, *& cap. illo vos*: forma namque contractus inspici debet ad hoc ut quis usurarius esse censeatur: *ut alleg. c. in civitate*, quia omne esse est ex forma: *ut ibi notat glos.* In foro enim contentioso tantum quæritur, utrum ex forma contractus, non quasi, sed vere usurarius censeatur: *notat Host. in cap. consuluit*, *eod. tit.* in alio autem contractu quam mutui non committitur usura quo ad formam, sed ex mente tantum: *notat Henr. in alleg. cap. in civitate*, *q.* 4. Sextò, quia dictos locationis contractus approbat consuetudo regionis, cujus cursus solitus est considerandus: *notat Host. in summ. eod. tit.* §. *an aliquo casu*, *ver. quid ergo si de cætero*, *& ver. fi.* ubi dicit, quòd communis hominum opinio est consideranda: *ut not. Host. in cap. fi. eod. tit.* Septimò, quia si tales contractus usurarij ex forma nec ex pacto propter solam præsumptionem fraudis essent punibiles, pauci contractus inter contrahentes celebrarentur, quòd punibiles propter præsumptam usuram non essent, cum omnis superabundantia large prohibetur in lege: *ut alleg. cap. consuluit*, & quoad forum conscientiæ non est vis in mutatione nominis: *de simo. cap. ea quæ*, *& cap. in tantum*: jura autem in foro contentioso non nisi meram usuram puniunt, scilicèt, decem pro quindecim dare, & insurgunt jura contra manifestos usurarios, de quibus constat per confessionem, vel per sententiam, vel famam cum alijs argumentis, ut dixi, vel contra eos qui mensam habent paratam ad fœnerandum, vel sunt per Episcopum probatione præcedente publicati: *ut notant Inno. & Host. in cap. quia in omni-*

no vala. E si por aventura de alguna guisa mas tomáre de como

nibus, *eod. tit.* & *ibi Henr.* & *Jo. An.* & *Hostien. in summ. eod. tit.* §. *qua pœna*, & *Card. in cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6. Et sic licèt prima facie sit præsumptio, quòd sit usurarius contractus, idem in similibus quæ specialiter solent ab usurarijs exerceri, non tamen hoc sufficit ad condemnationem, nisi aliàs probetur legitimè, in judicio tamen animæ statur confessioni suæ: *ut notat Ray. in summa*, *eod. tit.* §. 1. *ver. item quid si pœna*, *circa fi.* & cum peccatum incurrant contrahentes propter intentionem corruptam debent de consilio à talibus abstinere, cum de his solus Deus est cognitor, & cordium scrutator: *ut innuit text. in alleg. cap. in civitate.* Nam usurarius ex intentione conscientia tantum purgatur, nec sola spes, vel intentio facit aliquem usurarium in foro contentioso ad hoc ut restituat, sed ut pœnitere, & confiteri teneatur in foro animæ: *ut not. in alleg. c. in civitate*, & *ibi Host.* Si ergo pravam intentionem tales contrahentes habent, illam in foro animæ, & conscientiæ purgare tenentur: *not. Host. in summ. eod. tit.* §. *in alijs*, *ver. si tamen pœnas facit*: quia licèt sola spe, vel intentione vitium usurarum committitur, ad purgationem tamen hujusmodi delicti non est opus restitutione, sed sufficit sola pœnitentia, per quam etiam purgatur, si meo animo tantum commissa: *ut cap. fi. de simo. not. Gro. in summ. eod. tit.* §. 1. & *Host. in alleg. c. in civitate*: ubi dicit, quòd illud habet locum in conspectu Dei, & ideo inducendi sunt in foro pœnitentiali. Et si tales in pœnitentia veritatem mentis corruptè detegant, ad satisfaciendum sunt efficaciter inducendi: *ut alleg. cap. consuluit.* In fraudem etenim usurarum contractum celebrans licèt mortaliter peccat, non tamen ab Ecclesia potest condemnari: *ut not. Archi. in alleg. cap. plerique*, 14. *q.* 3. talia namque fraudulenta licèt possent hominem fallere, & judicium humanum, non tamen illum cui omnia nuda sunt, & aperta: *notat Host. in alleg. cap. consuluit*, & *Archi. in c.* 1. 14. *q.* 3. Secretorum namque Deus cognitor est: 32. *dist. erubescant*, 2. *q.* 5. *consuluisti*, cui non latet peccati qualitas, nec peccantis affectus: 24. *q.* 3. *Deus qui. not. glos. fi.* *in alleg. cap. civitate.* Non obstat quòd in contrarium allegatur de fictione, vel simulatione ex modicitate prædij, & ex magnitudine pretij, &c. quia licèt præsumatur, non tamen constat de intentione, ut apparet de pactione, & sic sub diffinitione usuræ, & dictum est, jam dictus casus non cadit, nec de tali simulatione potest constare de jure, vel de facto, & nisi probetur fraus, vel illicitus contractus absolvetur reus: *not. Innoc. in c. cum sit generale*, *de foro compe.* Nec obstat secundum quòd allegatur, quòd præsumitur contractus usurarius, eo quia longe majori prætio, &c. quia alijs concurrentibus conjecturis, illud posset locum habere, ut quia quis solitus est fœnerari, & instrumenta simulata conficere. Nam in eodem genere malitiæ semel malus talis semper præsumitur: *ut in reg. semel*, *de reg. jur. lib.* 6. *cum suis concord. notat Bal. in lib. feu. tit. de feu. invicem legis commi. cap.* 1. ubi concludit, quòd alteratio contractus, & pacta insolita, & quòd contrahens sit usurarius, faciunt contra eum præsumi, cui præsumptioni est standum, & idem de alijs similibus pactis insolitis, quæ videntur contra naturam veræ conductionis, vel locationis: & *facit ff. de probat. l. qui testam.* ubi propter legis interdictum præsumitur fraudis simulatio: & *eod. tit. l. cum tacitum*, & *C. de natu. li. l.* 1. & *l. si quis*, & *ff. de legi. l. fraus cum simi.* cum autem hic non concurrunt alteratio contractus, nec pactum insolitum, nec hi contra quos agitur sunt usurarij. Sequitur quòd propter solam pensionem fraudis ex quantitate pretij provenientis condemnandi non sunt. Nec obstat tertium, scilicèt, id quòd dationi pecuniæ apponitur, ut si usque ad prætaxatum tempus non solverit, tantumdem tempus locationi teneat, &c. quia illud apponitur loco pœnæ sine fraude, quòd licèt: *ut c. dilecti de arb.* & *c. fraternitas* 12. *q.* 2. & *hoc tenet Henr. cap. conquæstus*, *eod. tit.* Nec etiam obstat quòd mutuum sit in dictis contractibus immixtum, quia ista præsumptio non est aliquo modo efficax ad intentionem contrariam fundandam, eo quia principaliter de locatione contrahitur, & propter eam dantur fructus recipiuntur, & promittuntur in contrac-

manda la Ley , tornelo todo asi como es sobredicho: y esto sea

tractibus , & si mutuum addicitur , fit pietatis intuitu , & charitatis , qua cavetur: » Dilige proximum tuum , &c.« *Matth.* 19. Maximè quia licèt immixtio contractuum esset inutilis , non tamen utile per inutile viciatur , quando unum potest ab alio separari : *not. Di. in cap. utile de reg. jur. lib.* 6. nec per talem immixtionem probatur prava intentio contrahentis, nec fraudis simulatio. Et circa ea quæ dicta sunt ad id quòd dicitur de fundamento jurisdictionis dicerem, quòd causa usurarum est crimen Ecclesiasticum: *ut notant glos. & Doct. in c. si diligenti , de foro comp.* & quia ab utroque jure prohibetur , uterque Judex potest de eo cognoscere , quilibet tamen in suo foro inter personas sui jurisdictioni subjectas : *ut c. ad nostram* 2. *de jurejur. & cle. dispendiosam , de judicijs*: quòd est verum , si constat quòd usuræ non debentur , & sic est quæstio facti. Sed si est quæstio juris propter dubitationem , an scilicèt , sit contractus usurarius , vel non ad Judicem Ecclesiasticum pertinet de hoc cognoscere , & illud determinare : *not.* 11. *q.* 1. *in sum, not. Bal. in l.* 1. *C. de sent. quæ si cert. quant. pro. & Bar. in l. Titia , ff. solut. matrim. & Paul. in cle. fi. de usuris , & Ant. in c. tuam , de ord. cogn. & Bal. in auct. ei qui jurat , C. de bo. auct. ju. po. & c. ex literis , de jurejur. & Archi.* 14. *q.* 4. *quid dicam , & ibi Laurent.* nam cum de peccato agitur , solet virtus legis civilis pati , & consuetudinis , & etiam juramenti: *ut notat Host. in sum. eod. tit.* §. *an aliquo casu , & de offi. Archi.* §. *quòd sit ejus offic. vers. quare autem* , nec aliquo casu excusat aliqua lex humana contra legem Dei , & Domini: 10. *dist. c.* 1. *& c. inferior.* 21. *dist. notat Henr. in c. conquæstus , eod. tit. & Jo. An. in alleg. cap. peccatum , de reg. jur.* §. *quartò quærebatur.* Item , ad aliud quia opponitur de consuetudine regionis, illud non admitterem , quia si casus præsuppositus usuram continet , non minus esset peccatum si omnes homines de mundo usuras exercerent , nec minus ardebit qui cum multis ardebit : *c. flagitia* 32. *q.* 7. nec consuetudo excusat in vitijs, cum diuturnitas temporis non minuat peccatum , sed auget *ut c. fi. de consuet.* Insistendo ergo circa quæstionem principalem videtur sub correptione melius sentientis quòd tales contractus , de quibus in themate , ex sui forma non sunt usurarij censendi , quia eorum principalis forma est locatio , quæ à jure est permissa , ut suprà dictum est , & cum in mera usura punibili requiruntur duo substantialia , unum , scilicèt , materiale , id est, mutuum, alterum formale , scilicèt, exactio lucri ex pacto , sive obligatio in pactum deducta , ut in diffinitione usuræ, ubi ergo nullum est pactum , nulla obligatio, & ubi in usura est exactio lucri, ex pacto obligante hoc respectu dictum est, quòd usura est legalis latro prædicens quòd intendit. Si autem non est in pactum lucrum deductum , licèt sit intentio corrupta , id quòd recipitur non est indebitè usurpatum , ideo nec restituendum in foro contentioso. Est enim talis usura ex intentione corrupta procedens mentalis simpliciter , quæ fit sine pacto explicito , vel implicito , quæ in judicio humano neminem obligat , nisi tantum ca quæ est patens vitians , & obligans ad restituendum , ex eo quòd fit cum exactione , & pacto implicito , vel explicito intellecto : ut est conclusio *Jo. An. in alleg. cap. peccatum.* Illud ergo quòd dicitur quòd quicquid sorti accidit usura est: *ut alleg. c. plerique,* 14. *q.* 3. hoc idem concludit Bal. notabiliter *in l. rogasti, ff. si cer. pe.* §. *si tibi , vers. sed pone quòd mutuavi* , & ponit quæstionem in terminis , & illud est verum quando ex pacto datur , vel aliquid excogitatur in fraudem usurarum , & hoc constat : *ut not. Host. in summ. eod. tit.* §. *an aliquo casu, ver. item potest intelligi , & ista est mens Doct. in fi. eod. tit.* & est ratio, quia qualis est contractus in sua propria natura , talis censetur in sua essentia, nisi contrarium probetur : *ut not. Bal. in lib. feu. tit. de feu. dato invicem legis commi. cap.* 1. *& ibi notabiliter per eum.* Nec obstat quòd suprà allegatur de præsumptione contra contractum propter longe majus pretium , &c. Quia licitum est contrahentibus adinvicem se decipere usque ad dimidiam justi pretij : *ut l. in causæ* 2. *ff. de mino. & C. de rei ven. si voluntate , & cap. dilecti , & cap. pe. de empt. & ven.* Nec videtur habere talis

tambien en Moros, como en Judios, como en Christianos, como en todos aquellos que dieren à usuras.

---

lis contractus speciem usuræ propter deceptionem magni pretij, quia in tali casu competit deceptio beneficio juris communis, si ultra dimidiam justi pretij deceptio contingat: *ut in jur. alleg. & in l. 2. C. de rescin. ven. not. glos. in alleg. cap. in civitate, eod. tit. & ista est mens Inn. ibi.* Item, nec obstat quòd talis contrahens intentionem habeat corruptam, quia in foro contentioso neminem accuso, sed in pœnitentiali unumquemque propria conveniat conscientia: 33. *dist. habuisse*, 8. *q.* 1. *quid autem*, 11. *q.* 3. *sentit not. Host. & Jo. An. & Henr. in cap. fin. eod. tit.* quem enim Judex nescit usurarium, non debet præsumere talem: *ar. de præsump. cap. fi.* nec etiam judicat de occultis, *cap. sicut nobis de simo.* nec etiam Judex in foro contentioso debet se certum reddere ubi certus non est, nec debet dubitare ubi dubitandum non est: *de rescrip. cap. cum contingat*, §. *pe. & in eod. foro*, in dubio relinquit quis quandoque conscientiæ suæ: *de jurejur. cap. mulier*, *not. Host. & Jo. An. in alleg. cap. fi. eod. tit.* dubia namque in meliorem partem debemus interpretari: *ut cap. fi.* §. *ille quoque*, *eod. de reg. jur. cap.* 2. ut promptiores simus ad absolvendum quam ad condemnandum: *ut cap. ex literis de probatio.* Similem quæstionem determinat *Petr. de Ancha. in regula peccati venia. de reg. jur. lib. 6. quæ talis est.* Coloni, sive laborantes ex pacto volunt, quòd domini prædiorum ponant boves suo periculo in culturis agrorum, dant tamen pro bobus certas mensuras frumenti. Sed quia laborantes communiter male tractant boves alienos paciscuntur domini cum eis, ut accipiant in mutuo certam pecuniæ, quantitatem pro dictis bobus emendis, & alijs necessitatibus sublevandis, qui emunt sibi boves suo periculo, & ex pacto non tenentur restituere dictum mutuum, donec laboraverint prædia, & habitaverint in eis, utrum dicta exoneratio propter dictum mutuum sapiat usuram, quasi videatur aliquid percipere ultra sortem, eo ipso quòd dominus evitat interitus periculum dictorum boum, & potest ista quæstio ad multa applicari, scilicèt, quòd quotiens permiscetur contractus mutui incidenter cum aliquo principali contractu, ut in primò themate continetur, an per hoc principalis contractus reddatur vitiosus, & in fraudem usurarum initus propter dictam mixturam contractus mutui, concurrentibus aliquibus conjecturis: de quibus *in alleg. cap. ad nostram*, *de empt. & ven.* Nam quòd principaliter prohibetur ut usura, intelligitur etiam prohibitum cum mixtura contractus liciti: *ut l. athletis*, §. *cum prætor. ff. de his quæ in frau. cre.* nec mirum si accessorium vitiet principalem contractum, si quis non erat aliàs contracturus: *l. cum te. C. de pactis*, *in empt. & ven.* Sed in termino quæstionis prædictæ si talis sit contractus societatis qui remanet validus, nec eum vitiat contractus mutui, cum possint adinvicem separari: *l. si sponsus*, §. *generaliter*, *de dona. inter vi. & uxo.* & cum Bononiæ tales contractus frequentantur, concludit Pe. ubi suprà, quòd cum isti sunt coloni partiarij, quia lucrantur partem fructuum, ita quòd magis propriè possunt dici socij in quantum principaliter ponunt operant in cultura, & cura, domini autem ponunt prædia sua, & certam partem seminis, & quædam alia, præsupposito hoc pro vero, quòd iste censeatur contractus societatis, infertur quòd in dicto contractu possunt inter se inire pacta inæqualia super lucro subeundo, scilicèt, quòd ad unum socium quota pars fructuum perveniat, & ad alium vel magis, vel minus. Si ergo coloni, vel socij in tali casu volunt obligari domino in mutuo, & non teneri ad restitutionem, donec durat conductio. Videtur posse sustineri quòd domini possunt cum bona conscientia exonerare se ab onere dandi boves suo periculo, nec istud proprie poterit dici mutuum, sed collatio pecuniæ in societate contrahenda, ut habeat eam salvam societate finita tanquam suum capitale, hoc est de jure secundum naturam societatis. In alijs vero contractibus si permiscentur contractus mutui quando non est substantiale, vel naturale, contractu principali sed accidentali, habet

Ley VII. Como en los Sabados los Judios no deben llamar, ni ser à Juicio llamados.

NO defendemos que los Judios no puedan guardar sus Sabados, è las otras fiestas que manda su Ley (*a*), è que usen todas las otras cosas que han otorgadas por Sancta Iglesia, è por los Reyes (*b*): è ninguno no sea osado de gelo contrallar, ni de gelo toller: è ninguno no les constringa que vengan, ni embien à

---

bet locum, quòd si unum ab alio non potest separari totum vitiatur, aliàs non, ut dixi. Et juxta supradicta crederem salvo saniori consilio, quòd licèt in forma non sit contractus usurarius, potest tamen fieri in fraudem usurarum, undè æque tenentur: *ut in alleg. cap. in civitate.* Undè licèt in contractu non appareat de pactione illicita ultra sortem aliquid exigendi, si tamen per testes probari posset, quòd tempore contractus, vel ante pactio inter partes intercessit ut propter admixtum mutuum, majus daretur pretium locationis fructuum quam propter solum prædium, quòd eo casu etiam in foro contentioso talis contractus judicaretur usurarius, ac si pactio in eo non esset inserta *per l. in exercendis, de fide instru.* nam tunc per testes poterit convinci, & manifestus usurarius judicari cum iste est unus modus usurarium convincendi: *ut notant Doct. in cap. quia in omnibus, eod. tit.* Nam ad probandum contractum esse usurarium vel simulatum sufficit probare præcedentia pacta inter partes præcessisse firmata, licèt postea tempore contractus testes illi qui hoc probant non interfuerunt contractui: casus est notabilis *in l. item quia, §. hujus rei, ff. de pactis, quòd ibi commendat Bal.* Item, etiam crederem si is qui prædium locat nullum habebat prædium, quia tunc talis contractus est contra verum celebratus, & in fraudem usurarum: ut est conclusio *Jo. An. in alleg. cap. peccatum.* Hoc idem tenerem, si is qui talem contractum celebrat in quo præsumitur fraus propter magnum pretium locationis, & minimum prædium consuevit usuras exercere: *ut notat Bal. in alleg. cap. 1. de fun. da. in vicem legis commisso, & suprà dixi.* Nam ex qualitate personæ præsumitur contractus in fraudem initus usurarum: *ut alleg. cap. illo vos, in fi. notat Ja. Bu. in l. cum allegas, in fi. C. de usuris,* præsumitur enim contra aliquem ex eo quòd facere consuevit: *notat glos. fi. in alleg. cap. illo vos, cum concord.* malo enim sic loqui quam aliquid temerarie affirmare: *cap. quæro 6. q. 1.*

ADDICION.

La Ley 28. del lib. 8. tit. 3. de las Ordenanzas Reales, manda, que los Concejos, y Oficiales defiendan à los Judios, è Moros, è que no consientan hacerles mal ni daño. Concuerda con esta Ley, la Ley 5. tit. 24. de la 7. Partida, la qual dispone lo que esta Ley. E dispone, que si en tal dia se diere sentencia, la tal sentencia no vala; pero si fuese causa criminal, bien se puede prender. Vey las Leyes 87. è 88. è 89. è 90. del Estilo, que ponen cómo se han de librar los Pleytos entre Christiano è Judio, y entre Judio è Judio.

(*a*) NO DEFENDEMOS, SU LEY. Nota quòd nullus Christianus potest bonas consuetudines Judæorum, quas hactenus habuerunt mutare, præsertim in festivitatum suarum celebratione quisquam eos perturbet, nec cimiterium eorum audeat mutilare: ut est expressum *in cap. sicut Judæi, extra eod. tit.*

(*b*) E POR LOS REYES. *Ut l. die Sabbati, C. eod. tit. & foro novo Regis Alph. de Alcalá, l. 56. & 7. Part. tit. 24. l. 1. 2. & 3.* Judæi enim, & Saraceni diligendi sunt à nobis, quia proximi nostri sunt quantum ad humanitatem: *ut in §. Item non illi de pœni. dist. 2. & ibi glos.* tamen omnia opera charitatis impendere debemus secundum uniuscujusque conditionem: 86. *dist. cap. pasce, & cap. non satis. & vide cap. dispar.* 23. *q.* 8. Quare Princeps debeat tollerare, & benigne tractare infideles sub suo dominio commorantes: vide pulchre & notabiliter *per Jo. An. in addi. Spe. tit. de Judæis, q. pe.*

Juicio (*a*) en estos dias sobredichos, ni les faga prendar, ni à fincamiento ninguno porque faga contra su Ley: y otrosí, ellos no puedan llamar à ninguno à Juicio en estos dias sobredichos.

TITULO III.

DE LOS DENUESTOS, Y DESHONRAS.

Ley primera.

TOdo home que metiere à otro la cabeza so el lodo (*b*), peche trecientos sueldos (*c*), los medios al Rey, è los medios al

---

(*a*) A Juicio. *Ut est expressum in alleg. l. die Sabbati.* An Judæi, vel Pagani, seu alij infideles subsunt legi, vel per legem possunt puniri: *vide eleganter per Henr. in c. gaudemus, extra de divortijs, & per Jo. An. in addit. Spec. tit. de Judæis, q. fi.*

ADDICION.

Para declaracion de esta Ley vey la Ley 3. tit. 31. de la 7. Partida. Vey la Ley 6. tit. 9. de la 7. Partida, que singularmente dispone en el caso de esta Ley: è vey la Ley 1. è 2. è 3. è 4. è 20. del dicho tit.

(*b*) Todo home, so el lodo. Hæc enim injuria videtur atrox, attento facto de se contumelioso, & cum corpori est illata: *ut l. atrocem, & ibi glos. C. eod. tit. & l. prætor edixit, §. fi. cum l. seq. ff. eod. tit. & inst. eod. tit. §. atrox.* Consideratur enim atrox ex persona, & ex loco, & ex tempore, & ex facto, ut ibi nota qualitas etiam offensi, & offendentis facit injuriam atrocem: *ut not. in alleg. l. prætor, in fi. & l. sed si unius, §. quædam, ff. eod. tit. & l. item apud, §. quòd ait, & glos. in c. 1. extra de calumn. & 7. Part. tit. 10. l. 20.* An opponens testi infamiam teneatur actione injuriarum: *vide quòd scripsi suprà l. 2. tit. de las testimonias, l. padres, circa fi.* Item, nota utiliter incidenter, quòd lex loquens de personali injuria non verificatur de injuria reali, & sic facit quòd offendens alium in pannis, vel vestibus non puniatur pœna qua punitur offendens liberum hominem, quia injuria facta in vestibus, licèt dicatur facta personæ, non tamen est facta in personam: *circa quòd vide notanda verba Guil. de Cu. in l. si qua per calumniam, C. de Episcop. & Cler.* & ideo licèt Clerico scindatur vestis, non dicitur affici injuria personali: *de quo tangitur per Innoc. de sent. excomm. nuper per Ci. de offic. proconsulis, & lega. l. meminisse, per Bar. in l. 1. §. hoc autem, de nov. oper. nunc. in l. licitatio, §. quòd illicitè, de publi. & per Archi. 17. q. 3. si quis suadente, hæc per Florian. quem vide in l. 1. ff. de his qui dejec. vel effu.* Item, nota incidenter ad materiam, quòd famosum libellum, seu chartam in quocumque loco ponens, si alius eum reperiat, debet illum corrumpere, nec alij tenetur ostendere, nec tenorem ipsius tenetur alij manifestare, aliàs tàm ipse inveniens, quàm actor ipsius capitali pœna puniuntur: *ut l. unica, C. de famo. libel.* & hoc verum si capitale crimen fuerit in libello conscriptum: *ut 5. q. 1. cap. fi. & ibi glos.* & nota quòd ob carmen famosum damnatus efficitur etiam intestabilis: *ff. de injurijs, l. lex Cornel.* nec admittitur in testem *4. q. 3. §. ob carmen, & ibi glos. ff. qui testam. fa. po. l. cum lege.*

(*c*) Trecientos sueldos. Vide de valore horum solidorum: *infrà tit. de las penas, l. 3. & Bald. in l. quicumque, ff. de servis fugi.* & nota quòd hodie per legem istam non habet locum injuriæ æstimatio: *de qua in l. lex Cornelia, & l. injuriarum, & l. constitutionibus, ff. eo.* & hæc lex nedum est adjectio alterius pœnæ, imò dessuetudo primæ: *ut not. Jo. Fa. inst. de jure na. §. ex non scripto. & inst. eod. tit. §. pœna autem, circa fi.* & sic videtur quòd redeamus ad jus antiquum duodecim tabularum, ubi

querelloso (*a*): è si le no fuere probado, sal-

ubi certa pœna erat taxata: *ut alleg.* §. *pœna autem, inst. eod. tit. & in lib. feu. tit. de pace tenenda, & ejus vio.* §. *si quis alium, &* §. *si vero temerarius,* de Styllo tamen semper in hoc regno vidi: *ll. suprà in princ. alleg. servari, cum quibus concord.* 7. *Part. eod. tit. l.* 6. & 7. dicunt ergo aliqui, quòd ista pœna sit adjectio: & quòd prima jura non videntur revocata *per l. qui sepulchra, C. de sepul. vio. & per l. hodie, ff. de pe.* Absurdum enim esset dicere, quòd injuriam tàm atrocem, & contumeliosam committens, maxime contra gravem, & honestam personam non puniretur alia pœna, quàm hic contenta, videtur enim ista lex contra rationem: ut in simili dictum est *suprà eod. for. lib.* 2. *tit. de los Alcaldes, l.* 1. & idem dicendum videtur de lege infrà proxima: *facit* 8. *di. cap. mala. & cap. seq. & l. quòd vero, ff. de legi.* possumus ergo dicere, quòd istæ leges hujus tituli quantum ad pœnam certam de qua loquuntur per desuetudinem sint sublatæ, quòd permittitur per forum novum lege quæ incipit: nostra intentio: ibi dum dicitur: En las cosas que se usaron, & quòd serventur, leges Partitæ de quibus suprà an autem si statuto imponatur pœna pecuniaria, tollatur pœna juris communis corporis afflictiva: *vide plenè per Sali. in d. l. qui sepulchra,* & circa hoc nota, quòd injuria quæ non cadit in speciale nomen delicti, tamen cadit in atrocitate facti, ut si quis dat unam alapam judici, vel potestati hujus terræ propter singularem inimicitiam quam habet cum eo, posset capite puniri. Nam pœnæ arbitrariæ extenduntur usque ad mortem inclusivè propter excessum facinoris, undè propter supervenientes casus licitum est leges transgredi: *ut not. Inno. in cap.* 1. *extra de consti. hoc not. Bal. in lib. feu. tit. de pace jura. fir. cap.* 1. §. *injuria*: an tutor potest remittere injuriam pupilli, vel pater injuriam filij, vel prælatus Ecclesiæ: *vide glos. magnam in c. si his qui.* 23. *q.* 4.

(*a*) Al querelloso. Quid enim si in casu hujus legis pars remittat injuriam suam, vel eam consentiat, an præjudicet fisco: *Bart. movet, & determinat hanc q. in l.* 1. §. *sed si forte, ff. de injurijs, Ci. & Sali. in l. si non convicij, C. eod. tit.* qui distinguunt, aut remissio vel consensus intervenit post dictum vel factum, aut ante. Si post, tunc solum consentienti tollit actionem, non reipublicæ: *ut ff. de pac. l. jurisgentium,* §. *si paciscar. & ff. ad l. Jul. de vi pu. l. qui certum,* §. *fi.* Si ante, & tunc aut consensus, & voluntas dicti, vel facti durabat, aut cessabat. Primò casu, aut dictum, vel factum est tale quòd ipsum sibi de jure non possit facere quin puniretur, ut si permittat se occidi, vel suum membrum mutilari, & tunc non potest hoc consentire quin faciens puniatur: *ut l. non ideo minus, C. de accusa.* quia nec se potest occidere: *ut l. fi. ff. de his qui morsi. consen.* quia non est dominus membrorum suorum: *ut ff. ad l. Aquil. l. liber. ho.* nec se potest vulnerare, nec ossa frangere: *ut d. l. fi.* §. *sic autem, & ff. de remili. l. omne delictum,* §. *qui se vulneraverit.* Aut est tale, quòd ipsemet sibi impune potest facere, ut alapam sibi dare, vel verba injuriosa proferre, vel in casu hujus legis seu infrà proxima lege, & tunc non potest ad vindictam reipublicæ accusari, quia talis offensa non censetur respublica: *ut ff. de injurijs, l. non solum,* §. *quamquam.* Si vero consensus prior tunc cessabat, & tunc accusari poterit ad vindictam reipublicæ, quinimo, & injuriatus actione injuriarum poterit agere, etiamsi prior consensus fuisset in pactum deductus, quia velut rei turpis contractus non esset obligatorius: *ut l. generaliter, ff. de verb. ob. & l. nam & singulis, ff. de reg. jur. & hoc innuit glos. in l. divus, ff. ad silvi. per quam glos. not. Bal.* quòd si vulneratus dixit quòd nolebat vulnerantem accusare, & quòd remittit injuriam suam, quòd eo mortuo Judex poterit contra occidentem procedere: *facit ad hoc infrà tit. proxi. l.* 9. Item nota, quòd arguendo de civilibus ad criminalia per concordiam, ipso jure tollitur accusatio, & inquisitio. Undè non est opus exceptione, sed sola productione concordiæ: *ut l. si tibi* 10. §. *quædam actiones, ff. de pactis secundum Di. in l. sed si unius,* §. *sed si ante, ff. de injurijs.* Et ideo sis cautus, quòd in instrumento concordiæ facias remitti damna, & interesse si tu vis quòd fiat ple-

vese asi como manda la Ley (*a*).

Ley II. Qué pena ha aquel que denuesta à otro, ò lo injuria.

Qualquier home que à otro denostáre, è le dixere gafo (*b*), ò sodometico, ò

plena remissio. Item est notandum, quòd recipiens Eucharistiam in articulo mortis non videtur injuriari quantum ad accusandum, sed solum quantum ad rancorem animi. Et circa hoc vide quòd *not. Bar. in l. non solum*, §. 1. *de injurijs, & adde quòd not. C. fami. hercis. l. in ipsius, ut refert Bal. in alleg.* §. *quædam actiones.*

(*a*) La Ley. *Quæ est suprà eod. for. l.* 2. *tit. de las juras, l.* 1. Qualiter autem debeat actio injuriarum interpretari: *vide* 3. *Part. tit.* 2. *l.* 31. An autem credens percutere laicum, si percutiat Clericum, vel è contra teneatur actione injuriarum, vel sit excommunicatus: *vide notabiliter Henr. in cap. si vero* 2. 1. *dist. extra de sen. excom.* Item, nota circa hanc materiam, quòd valet pactum, & conventio, ut si me invenias in vinea tua possis me injuriari, quia consensus tollit injuriam, dummodo injuria non sit tanta per quam jus agendi quæratur fisco, quo casu non valet pactio: *ut not. Guil. de Cun. in l. si unus*, §. *pacta quæ turpem, ff. de pactis.* Item nota, quòd injuria non potest remitti antequam sit facta: *ut ff. de pœnis, l. minus*, §. *illud.* Item nota, quòd injuriam mihi illatam non remitto, ex quo jam est sententia lata: *not. Guil. de postulan. l. quos prohibet.* Item nota, quòd injuriari non dicitur utens jure suo: *ff. de dona. ob causam, l. si donatarium, de libe. ho. exhi. l.* 3. §. 1. *quòd est verum*, nisi utatur jure quo non erat usurus: *ut l. ex hoc edicto*, §. *fi. ff. de alie. mu. ju. causa fac. & ibi glos.* Ultimo nota, quòd offensus suadendus est, non cogendus: ut remittat injuriam, nam æquitatis ratio non patitur ut quis invitus parcere injurianti compellatur, nisi in foro pœnitentiali: *ut inst. de justi. & ju.* §. *fi.* & hoc post factum, sed ante factum obviari debet ne injuria committatur: *ff. de usufruc. l. æquissimum*, & hoc adito judice, & mota controversia: *ut not. Guil. C. de sententijs, l. ex stipulatione*, sed & absque libello hoc peti potest per quemlibet qui timet vim inferri in sua possessione: *C. quòd cum eo, l. si servus, per Ci. & per Inno. in cap. in præsentia, extra de proba. & est lex notabilis, ff. de offi. proc. Cæsa. l. fi. ut refert Bald. in l.* 1. §. *quies, ff. de offi. præfec. ur.* ubi ipse notat, quòd si officialis videt aliquos rixantes, & non interponit se, quòd potest ab officio removeri: secundum *Pe. ut not. Ci. C. de noxal. l. si servus*, quòd est menti tenendum. Item nota, quòd licèt injuria cum injuria civiliter compensetur: *ut not. glos. in l.* 1. §. *cum arietes, ff. si quadru. pau. fe. di.* non tamen dolus cum dolo compensatur quando criminaliter agitur, ut cum duo se invicem vulneraverint, quia tunc uterque punitur: *ut l.* 2. §. *qui hoc ff.* de *adul. not. Bal. C. de servo. pig. dato manu. l. si creditoribus.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. *tit. de las injurias, lib.* 8. *de las Ordenanzas Reales: è la Ley siguiente del dicho tit. pone de mas de la pena desta Ley* 100. *maravedis para la Cámara del Rey: è la Ley* 4. *del dicho tit. pone pena de* 300. *maravedis à qualquiera que dixere à tornadizo, marrano, ò palabra injuriosa. E la Ley* 1. *pone pena à los hijos que deshonran à sus padres: para declaracion desta Ley, vey la Ley* 1. *è* 2. *è* 3. *è* 6. *è* 20. *de la* 7. *Partida, tit.* 11. *que singularmente disponen quando uno hace deshonra à otro, y en qué casos, è de la pena que meresce.*

(*b*) Qualquier, gafo. Hæc enim verba sui natura injuriosa præsumuntur, & animo injuriandi prolata, nisi contrarium probetur: *ut l. si non convitij, C. eod. tit.* Animus enim per exteriora colligitur: *ut C. de dolo, l. dolum, & ff. de re mili. l. non omnes*, §. *à barbaris, & not. plenè*, quòd *Sali. in l.* 1. *C. ad l. Cornel. de siccarijs*, & sermo debet intelligi secundum conditionem personæ ad quam dirigitur: *ut l. ex militari, ff. de testa. mili. & ibi Bar. & l. plenum*, §. *equicij, ff. de usu. & habita. not. Di. in cap. ea quæ extra de reg. jur. lib.* 6. Sed quid si verum dicat, an teneatur injuriarum actione: *& Jaco. Bu. & Sali. in l. si non convitij, &*

cornudo (*a*), ò traydor, ò herege (*b*), ò à muger de su marido

& Jo. Fa. inst. eod. tit. super 3. *glos. distinguunt in effectu*: aut expedit reipublicæ tale convitium detegi, & puniri, ut quia vocat eum homicidam, latronem, proditorem, vel similia, & tunc si hoc probet non tenetur injuriarum actione: *ut l. si quidem, C. eod. tit. & ff. eod. tit. l. eum qui nocentem.* Idem, si vocat aliquem leprosum, ut hic, vel spurium, interest enim reipublicæ ut homicidæ puniantur: *ut l. si ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* & ne leprosi cum alijs conversentur propter morbi contagionem: *ut extra de conju. lepro. per totum*, ut spurij cognoscantur, ne ad dignitates promoveantur, & ideo si verum est non punitur: *ut alleg. l. eum qui nocentem.* Si autem reipublicæ non interest, licèt verum dicat, ut quia dicit eum cornutum, vel cucurbitam, & tunc tenetur actione injuriarum: *arg. dictæ l. eum quia ratione cessante*, & quia inhumanum, & injuriosum est alienos defectus detegere, & hoc idem notat *Ci. in l. si non convitij, C. eod. tit. & C. quando, & quibus quarta pars, l.* 2. *circa medium, lib.* 10. Unum tamen non omitto, quòd si quis animo injuriandi alium, non habendo justam causam dicendi aliquod convitium dicat, sive verum, sive falsum, quòd tenetur actione injuriarum: *& sic intelligitur l.* 3. *C. eod. tit. &* 6. *q.* 1. *cap. ex merito, & cap. deteriores, & Doct. signanter Henr. in cap. si culpa, extra eod. tit.* 1. *dist. quem vide omnino ad hoc, & not. & vide Joan. And. in add. Spec. eod. tit. circa fi.* 3. *col.*

(*a*) O CORNUDO. Et nota quòd eo quòd per hoc convitium pariter injuriantur vir, & uxor, quilibet eorum poterit injuriarum agere: *ut plenè per Jo. Fa. inst. eod. tit.* §. *contra autem.* Item nota, quòd si quis simul hæc omnia convitia dicat alicui quòd injuriatus, cogitur omnia in uno libello proponere, & una tantum condemnatio pro omnibus sequitur: *ut in l. prætor edixit*, §. *si mihi, ff. eod. tit. & ibi Bar. nec obstat l. illud, ff. ad l. Aquil.* quia ibi ex pluribus actibus simul facti, sequuntur plures effectus. In casu tamen nostro unus tantum effectus sequitur, sicut dicimus de eo qui plures alapas simul dedit alteri, quòd dic: *ut plenè, & notabiliter per Bar. in l. nunquam plura, ff. de priva. delic.* facit ad hoc argumento, quòd si dicit statutum quòd quicumque cœperit lupum habeat decem pro quolibet, quidam cœperit lupam prægnantem cum duobus lupitinis, argumento est hic quòd non habebit nisi tantum decem, quia in uno corpore sunt plures animæ, & labor unicus: *ar. de annuis lega. l. Seja*, & quòd est in utero non videtur: *ar. de contrah. empt. l. ruptilia*, quæ lex non curat de lupitinis, quia non fingit eos natos. Idem si matrem cum lupitinis ad ubera cœpit, quia unum tantum præmium habebit: *l. sed ediles*, §. *si qua mulier, ff. loca.* nam qui ex lacte nutritur, adhuc in utero esse videtur: *ut l. qui in utero, & ibi glos. hoc not. Bald. ff. de sta. ho. idem Bal. in l. placuit, C. de lib. causa.* Item nota, quòd non minus de injuria tenetur qui dicitur, salva reverentia semper vestra vos mentimini per gulam vestram, sicut aliquando auditur: *ut notat Ant. in c. eam te, de jurejur.*

(*b*) O HEREGE. Secus enim dico si aliquod verbum minimum dicat injuriosum, maximè si ex repentino animo dixit: 2. *q.* 3. *cap. si quis iratus, de pœn. dist.* 1. *c. divortium*: quia nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum est: *ff. ad l. Jul. majest. l. famoso*, §. *nec lubricum*, & inconsultus calor calumniæ vitio caret: 2. *q.* 3. §. *notandum, & notat glos. in cap. cum t. a. b. extra de re jud.* injuria namque ex iracundia illata, nisi iteretur, vel scribatur non punitur: *ut alleg. cap. si quis iratus, &* §. *notandum in fi.* Quæ differentia sit inter insaniam, iram, & odium, *vide* 2. *Part. tit.* 5. *l.* 9. *cum seq.* Item nota, quòd si te vocavi latronem, & tu me, licèt quilibet nostrum de sua injuria possit agere, non obstante paritate injuriæ: *ut C. qui accus. non pos. l. negand. ubi hoc tenet Guil.* tamen si provocavi te dicto, vel facto ad iram, & dicto, vel facto mihi injuriaris, non debes ex hoc mihi condemnari: *ar. in l.* 1. §. *cum arietes, in fi. ff. si quadru. pau. fe. di.* quia me ad iracundiam provocasti: *ut hoc ibi not. Bal.* Hoc idem quòd hic dicitur *not. Abb. in cap. dilecti, de except. circa fi.* ubi creditur, quòd talis provocatus ad injuriam mitius sit puniendus, quia justo dolore emo-

puta, desdigalo (*a*) ante el Alcalde, y ante homes buenos al plazo que él pusiere ante el Alcalde: è peche trecientos sueldos, la meitad al Rey, y la meitad al querelloso: è si negáre que lo no dixo, è no gelo pudiere probar, salvese (*b*) asi como manda la Ley (*c*): è si salvar no se quisiere, faga la emienda (*d*), è peche la calumnia: è si dixere otros denuestos (*e*), desdigase de ellos ante el Alcalde, y ante homes buenos, è diga que mentió (*f*) en ello. E si home de otra Ley se tornáre Christiano, y alguno le llamáre tornadizo (*g*),

---

emotus: *ut est text. in l. si adulterium cum incestu*, §. *Imperator. ff. de adulter. Hoc etiam notat Abb. in cap. olim*, *de rescript.* Item nota, quòd ubi lex punit factum cum dolo rusticitas, & casus, necnon, & imperitia excusat à delicto: *ff. de jur. omn. ju. l. si quis.* Item nota, quòd si factum simpliciter punitur à lege, municipali intelligitur, si dolo fecit, non si culpa tantum: *ff. quòd quisque juris*, *l. hoc edicto.*

(*a*) Desdigalo. Nota quòd cum per Judicem injurians est hac pœna condemnatus ex causa famosa propter ignominiam suam perpetuo efficitur infamis, cum ista pœna est regularis, & consueta: *ut ff. de his qui not. infam. l.* 1. *& ff. de re mili. l. qui cum uno*, §. *ad tempus*, *& not. plenè Henr. in alleg. cap. cum t. a. b. extra de re jud.*

(*b*) Salvese. Nota ex hac lege jurejurando innocentiam approbari: *ut hic*, *& l. furti*, §. *qui jussu. ff. de his qui not. infam. & l. si duo*, §. *idem Julianus*, *ff. de jurejur.* & sic nota quòd de suspitione quis tenetur satisfacere: *ut C. de his qui ad Eccles. confu. l. præsenti*, §. *pen.*

(*c*) La Ley. *Quæ est suprà eod. for. lib.* 2. *tit. de las juras*, *l.* 1. *& vide quòd ibi notatur.*

(*d*) Faga la emienda. Nota quòd recusans juramentum purgationis facere habetur pro convicto: *ut hic concord. auct. novo jure*, *C. de pœna jud. qui ma. jud. & l. fi. C. de fidejus. & quòd not. Ci. in l. in bonæfidei*, *C. de jurejur.*

(*e*) Otros denuestos. Scilicèt, leviores injurias, quòd patet, quia suprà expressit convitia à tertia, hic autem quia minorem pœnam apponit, loquitur de minori injuria.

(*f*) Que mentió. De pœna mendacis vide per Florianum *in l.* 1. §. *interdum*, *ff. si quadru. pau. fe. dica.*

(*g*) Tornadizo. *Concor.* 6. *Part. tit.* 24. *l.* 6. Sed minor pœna imponitur in ordinatione Regis Joan. I. in Soria de petitio 21. pet. Tales namque noviter ad fidem conversi sunt honorandi, propter adeptam sacri baptismi dignitatem, & non vituperandi, ad quòd facit tractatus quidam levis, quem de mandato Illustrissimi Domini nostri Regis Joan. II. super factis Toleti contingentibus invalide compilavi, quem hic licèt minus caute inservi, & incipit ut sequitur. Quoniam secundum Hieronymum vetus oriens inter se populorum furore collisus, indecisam domini tunicam, & desuper contextam minutatim per frustra discerpit, & Christi veniam exterminant, vulpes inter lacus contritos qui non habent aquam, scilicèt, sapientiæ, difficile est, ut ibi fons signatus, & hortus ille conclusus possit intelligi: *ut cap. quoniam vetus* 24. *q.* 1. sic nunc fultis obrupta frumenta lolium, avenasque degenerant, & lucifer ille, qui ceciderat, suprà sidera posuit thronum suum, ut ibi: itaque cum quidam nostris temporibus maligni spiritus concilio repleti tanti reatus pondera tradidissent, ut ad dimembrandam christianam fidem, & Christi fidelibus facere infideles, in sana mente per devia sophismata, & cavillationes accessissent, & sacrilego schismate unitatem christianam collidere non erubuissent indiscretam, imò verius differentiam inter Christi fideles ad veram Christi fidem noviter conversos cum antiquis faciendo, temerarieque asserendo quòd novi sunt perpetuo damnati, & quòd officia publica, seu Ecclesiasticos ordines in Dei Ecclesia nullatenus habere possunt, antiqui vero salvati, & quòd solum illi officijs debent fungi publicis. Hi namque primum calicem fundare concedunt per sententiam Domini dicentis: » quadraginta an- » nis

» nis &c. *per canticum*, *auditè cœli quæ* » *loquor*, « *nec non & per Pau. ad Titum* 2. *infrà ad Thimo.* 3. *ad Thessalo.* 1. *cap.* 2. nituntur secundum probare per *l. fori juzgo*, *lib.* 12. *l.* 10. *& l. pe. & pet. cap. constituit* 17. *q.* 4. & per quodam privilegium civitati Toleti per Regem Alphonsum à trecentis annis, & ultra concessum, quæ jura unà cum dicto privilegio dicunt disponere, quòd nec Judæi, nec hi, qui ex eis sunt, officia publica habere possint, & propter hoc asserunt, quòd generaliter nullus de conversis ad Christi fidem possit officijs fungi publicis, ex quibus antiqui hostis invidia sinistrum aspersit rumorem, & fidelium opinionem ad præsens simulando dilacerat, quæ conclusiones, seu opiniones sic generales quantum sint detestabiles, quantum Deo, sanctisque sint contrariæ divina, & prophetica, nec non evangelica lex, & sacri canones docent, & fere omnibus rectè credentibus, manifestum existit: 1. *q.* 3. *cap. ex multis*, undè inquit, mesi super seminata zizania in christiano populo per contentionis christianorum incendium, fecit hæc inimicus homo. Exurgat itaque Deus omnipotens, & tam nefanda consilia dissipet, judicans causam suam: *dist.* 73. *& cap. nunc autem*, 21. *dist.* quòd autem dictæ opiniones, seu conclusiones sic generaliter promulgatæ, hæreticam, & insanam sapiunt doctrinam, per legem, & Prophetas, & Sanctorum Patrum auctoritates liquido intimatur. Primò enim licèt ante Christi adventum magna erat inimicitia, discordiaque gravis inter Israeliticum populum, & gentilem in ventre initiata Rebecæ: ut habetur *Gen.* 25. *Abdias unico cap. continuata*, inter populos illos propter cultus diversitatem, quæ materiam parit discordiæ: *ut cap. prælatum*, 90. *dist.* per adventum tamen ejus, & passionem, qua redemit nos, inimicitias illas tollit: *ut patet ad Ephe.* 2. Ipse enim Christis est pax nostra, quòd fecit utraque unum, & medium parietem, macerie solvens inimicitias, in carne sua legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipsum, in unum novum hominem faciens pacem, & reconcilians ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso, & veniens evangelizavit, & vobis, scilicèt, gentilibus pacem qui longe fuistis, & pacem his qui prope ut Judæis, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem, ergo jam non sumus hospites & advenæ, sed per lavacrum baptismi sumus cives sanctorum, & domestici Dei, &c. Cum vero per redemptionem nostram pax orta est, inimicitia autem totaliter soluta, & in uno spiritu accessum habemus ad Deum, differentia ergo illa penitus est damnata. Secundò, præterea differentia illa non potest stare inter hos, quia populo gentili, & Israelitico ad fidem Christi sunt conversi. Non enim differunt quoad patrum originem, quia omnes filii Abrahæ, aut Ismaelis ancillæ, aut Esau, qui aliàs vocabatur Ebdon, aut Jacob fratris sui, qui aliàs Israel nominatur. Nec quoad culpam passionis Christi, in qua opus operans fuit malum. Opus autem operatum videlicet passio fuit bona. Omnes autem fuerunt culpabiles. Nam licèt Judæi injustè cum accusaverunt gentiles tamen apud quos jurisdictio, & imperium residebat Christum perperè, & iniquæ ad mortem condemnaverunt: *ut cap. periculose*, *de pœni. dist.* 1. Omnes enim ei deriserunt, & convitia intulerunt, ut in Christi legitur passione, gentiles namque, & Judæi cum principibus suis persecuti sunt Apostolos: » ut contumelijs eos afficerent, & lapidarent. « *Actuum* 24. Nam per ignorantiam omnes Christum crucifixerunt: *Actuum* 3. Quòd Dominus in passione sua manifestavit, in cruce pendens, pro eis orando, dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: *Luc.* 23. *& cap. quòd de Christo*, 1. *q.* 1. Nec etiam differunt quoad æqualem omnium per Christi passionem redemptionem: *ut patet Actuum* 2. Nobis est repromissio, & filijs nostris, & omnibus qui longe sunt, quoscumque advocaverit Dominus Deus: *Actuum* 10. *circa fi.* Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente quæ timet eum, & operatur justitiam acceptus est illi, nam in omni natione gratia Spiritus Sancti effusa est. Judæi namque, & gentiles simul verbo Domini conversi sunt: *Actuum* 19. Ipse namque Christus peccata nostra pertu-

tulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui justitiæ vivamus, cujus livore sanati sumus. Eramus enim omnes sicut oves errantes, sed conversi sumus nunc ad pastorem, & Episcopum animarum nostrarum: 1. *Petr.* 2. *c. in fi.* Nam Christus passus est pro omnibus quoad sufficientiam: *ut c. quòd semel, de conse. dist.* 2. Undè Jacobus ait, tribubus qui erant in dispersione, fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu gloriæ, &c. & sequitur. Si autem personas accipitis, peccatum operamini redarguti à lege, quasi transgressores: *Jaco.* 2. Universaliter enim passio Christi omnes redemit. Nam omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit: *Joelis* 2. *in fi. ad Roma.* 10. Sanguis namque Christi mundavit nos ab omni peccato: 1. *Jo.* 1. *cap.* Aliud asserere hæreticum videtur. Hanc hæreticam differentiam reprobat, atque reprehendit Hieronymus in quadam Epistola ad Occeanum inquiens, nunquam filij Occeane fore putabam, ut indulgentia Principis calumniam sustineret reorum, & de carceribus exeuntes post sordes ac vestigia catenarum delerent alios relaxatos in evangelio, audit invidus salutis alienæ amice si ego bonus, quare oculus tuus nequam, concludit Deus omnia sub peccato, ut omnibus misereatur, ubi abundavit peccatum superabundavit & gratia, & sequitur, consurget canina hæresis, atque olim emortua vipera contritum caput levat, quæ non experte, ut ante consueverat, sed totum Christi subruit sacramentum. Dicit enim aliqua quæ Christus non potuit Sanguine suo purgare, ut novos Christianos. Quid enim aliud ait, nisi ut Christus frustra mortuus sit, frustra autem mortuus est si aliquos non potest vivificare, mentitur Joan. Baptista, qui digito Christum voce demonstravit? Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Si sunt adhuc in seculo quorum Christus peccata non tulerit, aut enim ostendendi sunt non esse de mundo quos Christi ignoret indulgentia, aut si de mundo sunt, unum eligendum ex duobus, unum scilicèt, sine peccato esse concedat, alterum si non liberari à peccato Christi potentia adhuc rei imbecillitatem probant, sed absit de omnipotente credere, quòd in aliquo impotens sit, omnia quæ pater facit, & filius facit similiter, infirmitas filij redundat ad patrem aviculæ membra portatosunt totæ Apostoli Epistolæ Christi gratiam sonat. Gratia inquit vobis, & pax multiplicetur, multiplicatio promittitur: & à nobis paucitas affirmatur, quæ sunt ista nosti problemata: hæc Hieronymus. Tertiò autem, differentia illa per legem, & propheticam reprobatur Ezechie. 34. » Ego pascam oves meas, & ego eas occupare faciam, dicit dominus: quòd » perierat requiram, & quòd abjectum » erat reducam, & quòd confractum fue» rat alligabo, & quòd infirmum fuerat » consolidabo, & quòd pugne, & forte » custodiam, scilicèt, Christianum po» pulum, & pascam illas in judicio, vos » autem greges mei, hoc dicit Domi» nus: « qui autem sunt greges Domini nisi homines? *ut ibi in fi.* homines enim Christi dicuntur omnes Christiani: 23. *q.* 4. *cap. quis enim potest in princ.* Ovis perdita est, genus humanum per Christum ad ovile reportata cœleste: 50. *dist. cap. quia tua*, 26. *q.* 7. *pœnitentem*, pastor autem est Christus: 8. *q.*1. *in scripturis*, 2. *q.* 7. *testes*, §. *Christus.* Idem, ait Dominus per Prophetam *Ezechi.* 37. » Congregabo eos undique, & adducam, » eos ad humum suam, « scilicèt, ad fidem christianam, & faciam eos in gentem unam in terra in montibus Israel, id est salvationis, & rex unus, scilicèt, redemptor noster erit omnibus imperans, & non erunt ultra duæ gentes, nec dividentur amplius in duo regna, nec polluentur ultra in idolis suis, & abhominationibus suis, &c. *concord. Miche.* 4. *Sophoni, cap. ult.* ubi inquit, congregabo claudicantem, scilicèt, legem Moysi, quæ sub figura credebat, & eam quam ejeceram colligam, scilicèt, gentilem, gentem, & quam afflixeram consolabor, &c. Omnes enim tàm deviantes à fide catholica, ut Judæos, quàm omnino à fide ejectos, ut gentiles Dominus redemit, nam Christus una passione totum mundum salvavit: *de conse. dist.* 2. *cap. iteratur*, & verè languores omnium tulit, & nostra peccata portavit: *de cele. Missa. cap. cum Marthe. circa medium.*

Con-

Contrarium autem dicere est omnino hæreticum, & contra Christi fidem expressè damnatum: *ut suprà.* Quartò vero, quòd sit hæretica inter vos, & antiquos Christi fideles sectio, differentia, seu distinctio quoad gloriam Domini promerendam, seu quoad officia publica consequenda patet: *Exod.* 12. *circa fi. ubi ait Dominus Moysi*, *&* *Aaron.* Si quis peregrinorum in vestram transire voluerit coloniam, & facere phase Domini, circuncidetur prius omne masculinum ejus, & tunc rite celebrabit, eritque simul sicut indigena terræ, & sequitur eadem lex erit indigenæ, & colono qui peregrinatur apud vos, ex quo resultat, quòd lege divina morali quæ incommutabilis est, dicta damnatur differentia. Idem *Exod.* 22. » Advenam non contristabis, » nec affliges eum: « *&* *Levi.* 19. *circa fi.* » Si habitaverit advena in terra ves» tra, & moratus fuerit inter vos, non » exprobetis ei, sed sit inter vos quasi » indigena, & diligetis eum sicut vos» metipsos. « Concordat quòd Dominus ait per Prophetam *Ezechie.* 47. » Divi» detis terram istam vobis pro tribubus » Israel, & mittetis eam in hæreditatem » vobis, & advenis qui accesserint ad » vos, qui genuerint filios in medio ves» trum, & erunt vobis sicut indigenæ in» ter filios Israel, vobiscum divident » possessionem in medio tribuum Israel, » &c. « Si ergo dominus voluit advenam & peregrinum ad fidem venientem recipi, & inter filios Israel computare, quare hi schismatici, contemnunt eum à fideli consortio separari, & fidei unitatem dividere, & quare cum Dominus præcepit, ut diligatur, eum odiunt, cum non homines haberi debent odio, sed peccata tantum eorum: *ut cap. odio.* 86. *dist.* hoc idem Apostolus *ad Roma.* 11. potens est Dominus iterum inseri illos. Nam si tu idumecta ex naturali incisus es oleastro, & naturam contra insertus es in olivam bonam, scilicèt, in Christi fidem, quanto magis is qui secundum naturam inseritur propriæ olivæ, scilicèt, fidei catholicæ. Nam qui ante Christi adventum fuerunt fideles, nunc fideles reperiuntur, quia cognoverunt viam Domini rectam, & salutem in Deo per fidem, & baptismum consecuti sunt. Hanc unitatem Apostolus prædicat *ad Corinth.* 12. » Omnes inquit nos in unum corpus » baptizati sumus, sivè Judæi, sivè Gen» tiles, sivè servi, sivè liberi, & omnes » in uno spiritu potati sumus, &c. « *&* *ad Gala.* 3. » Quicumque enim in Chris» to baptizati estis Christum induistis, » non est Judæus, nec Græcus, nec Gen» tilis, non est servus, nec liber, non » est masculus, nec fœmina, omnes enim » vos unum corpus estis in Christo Jesu. « Si vos Christi, ergo Abrahæ semen estis secundum promissionem hæredes. Idem, Apostolus *ad Ephes.* 4. hanc unitatem ostendit, dicens: Unum corpus in una Ecclesia comparatione membrorum, unus spiritus, una spes vocationis nostræ, unum baptisma, ad quòd omnes sumus vocati, unus & Dominus una essentia, una fides, unus Deus, quam unitatem tenere firmiter, & vindicare debemus: *ut cap. loquitur*, 24. *q.* 1. nulla namque apud Deum est acceptio personarum, gloria autem, honor, & pax omni operanti bonum, Judæo primum, & Græco: *ad Roma.* 2. *ad Colo.* 3. » Nulla est distinctio Judæi, & Græci, » omnes enim peccaverunt, & egent gra» tia Dei. « *ad Roma.* 3. » & idem Domi» nus omnium dives in omnes qui invo» cant eum. » *ad Roma.* 10. Tolluntur namque hodie argumenta quæ inter conversos ex Gentilibus, & Judæis ad fidem christianam olim fiebant, ut Hieronymus ait in procemio Epistolarum Pauli, quòd incipit Romani sunt, &c. Nam ut ibi Hieronymus ait. Paulus dirimit quæstiones, ut neutrum eorum sua justitia salutem meruisse confirmet, ambos vero populos, & scienter, & graviter ante baptismum deliquisse. Judæos quòd per prævaricationem legis Deum inhonoraverunt, gentes vero quòd cum cognitum de creatura creatorem ut Deum debuerunt venerari, gloriam ejus in manu facta mutaverunt simulacra, utrosque insimul veniam consecutus æquales esse veracissima ratione demonstrat, præsertim cum in eadem lege, & Judæos, & Gentiles ad fidem Christi vocandos ostendit, quamobrem vicissim eos humilians ad pacem, & concordiam coortatur, ut ex dictis Pauli liquido intimatur. Domini namque est terra, & plenitudo ejus, pauperes, & divites de uno limo fecit Dominus, & pauperes, & divites una terra supportat: *cap. quo jur.* 8. *dist.* Hæretica enim est differentia ob quam unitatis fidelium fit sectio. Legitur namque, quòd Deus omnipotens non so-

solum Petri claves commisit citramontano, vel ultramontano, sed etiam Galilæo, significans quòd non est apud eum differentia nationis: *ut recitat Bald. super rubrica, C. si quis aliquem testare prohibuit.* Nam in Martiniana Sanctorum Patrum legitur, quòd Evaristus natione Græcus ex patre Judæo, nomine Juda de civitate Bethleem fuit Pontifex Romanus in Ecclesia Dei, propter styllum veritatis martyrio coronatus sepultus est juxta Beatum Petrum tempore Imperatorum Trajani, & Adriani, de quo Evaristo fit mentio in decretis in suprà scriptione: *cap. 1. & cap. si qui sunt, & c. nonnulli 2. q. 7.* & in alijs locis. Item, in chronica per Rodericum Archiepiscopum Toletanum composita legitur, quòd Julianus Pomerius de genere Judæorum tantum fuit in doctrina Domini præclarus, quòd sua virtute, & prudentia fuit in Archiepiscopum decoratus, & in fidei favorem librum composuit trinæ substantiæ. Legitur etiam de alijs quamplurimis Prælatis Religiosis, fidelibus Christianis, qui retro temporibus, & nostris fuerunt, & sunt nationis illius boni, fideles virtuosi diversorum statuum suis moribus approbati, non ergo fideles noviter ad fidem catholicam conversi sunt dedignandi, sed suffragantibus meritis ad bonos mores vita eos perduxit. » Hi enim sunt qui vene- » runt de magna tribulatione, & lavave- » runt stolas suas, & dealbaverunt eas » in sanguine agni. « *Apo.* 7. Quintò inquit si de gentilico populo non dubitamus conversos ad Christi fidem salvari, nec dubitandum est de his qui de populo Israelitico ad Christianam fidem noviter venerunt, qui ab antiquis non differunt *per suprà alleg.* Item, de eis expressè loquitur Dominus per Prophetam *Isai.* 10. » *Reliquiæ Israel in verita- » tem convertentur, de qua auctoritate fit » mentio in glos. cap. Judæorum* 28. *q.* 1. Unus enim Dominus refundit auditum in alto, cujus Petrus auriculam percussit secundum prophetica dicta, demonstrans, & ipsos si convertantur, posse sanari, qui in passione Christi vulnerati sunt: *ut est expressum in cap. si Petrus* 24. *q.* 1. *concord.* Quòd Rex Alphonsus statuit in legibus, quas generaliter promulgavit in Curijs de Alcalá, in lege quæ incipit: Porque se halla que el lógro. Ubi dicitur, quòd eo quòd Judæi secundum prophetias sunt ad fidem convertendi, & salvandi, possunt emere hæreditates, &c. *& idem Isaias* 45. Israel salvatus est in Domino salute æterna, *&* 47. qui congregat dispersos Israel, adhuc congregabo ad eum omnes congregatos ejus, &c. Quòd Domini præordinatione factum est, & fit quotidie, indocti autem isti jam congregatos dispergere contendunt, hoc etiam Evangelica lege probatur: *Matth.* 15. » Non sum missus nisi ad » oves quæ perierant domus Israel: « æqualiter namque salvantur novi sicut antiqui sine aliqua differentia, cum tantam mercedis quantitatem Dominus dedit sero venienti ad laborandum in vinea sua, sicut diluculo venienti, dicit inquit ipse, erunt primi novissimi, & novissimi primi: *Matth.* 20. *Luc.* 13. Tantum enim effectum, & virtutem nunc operatur sacri baptismatis unda sicut tempore Beati Petri Apostolorum Principis, aliud asserere est manifesta hæresis, undè ait Dominus: *Joan.* 10. turbis Judæorum, aliàs oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus pastor, nam Christus inquit, pater serva eos quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos, non pro his rogo tantum, sed pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut ipsi nobis unum sint, & mundus credat, quia tu me misisti: *ut cap. cum Matthe.* §. *quæsivisti, in fi. de cele. Missa. & c.* 1. 35. *q. fi. circa medium.* Hi enim qui sacrilego, & temerario ausu contrarium asserunt, negant Domini verbum validum esse, & firmum, ut ibi: oves namque Christi eum cognoscant, nón ergo est diversa fides, sed unica, non diversimodè operatur baptismus in novis sicut in antiquis. Cum ergo non differunt in fide, nec in salvatione, nec in alijs differunt, cum nulla adsit ratio differentiam talem suadens: undè Paulus *ad Gala.* 4. » Misit Deus filium suum factum » ex muliere, factum sub lege, ut eos » qui sub lege erant redimeret, ut adop- » tionem filiorum reciperemus, &c. « Undè ait Dominus per Prophetam *Isai.* 49. » Parum est ut sis mihi servus ad » suscitandas tribus Jacob, & fœces Is- » rael convertendas, dedi te in lucem » gentium, ut sis salus mea ad extremum » terræ. « Item, Petrus advenis dispersionis inquit: » Vos autem genus elec- » tum,

» tum, regale sacerdotium, gens sancta, » populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis ejus qui de tenebris vocavit » nos in admirabile lumen suum, qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, & qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam » consecuti. » 1. *Pet.* 2. *cap.* quo æqualem nanque fidem novi sortiti sunt sicut, & veteres, & effecti sunt divinæ consortes naturæ: 2. *Pet. in princ. undè August. super Jo.* » Ecclesia quæ ante legem peperit Abel, & Enoch, & Noe, » & Abraham ipsa perperit tempore legis Moysen, & Prophetas bonos tempore posteriores ante Domini adventum: « Et quæ istos ipsa, & Apostolos, & martyres nostros, & omnes bonos Christianos peperit diversis temporibus, nati apparuerunt, sed societate unius populi continentur, & ejusdem civitatis cives, &c. *ut est expressum in c. recurrat* 32. *q.* 4. Temeraria ergo videtur differentia, quam hi zelo ultionis, & odij faciunt inter Christianæ Religionis fideles antiquos, & novos, ob quam hæreticum, & absurdum asserere videntur sub Christianorum velamine, quòd si Baptismus, & qui janua est omnium Sacramentorum, & fidei fundamentum omnium, scilicèt, careat virtute, ministerio, & effectu, scilicèt, noviter aqua Sacri Baptismi abluti salvi non fierent, & officia, seu beneficia sicut antiqui non obtinerent, & sic videtur ob hoc caput truncare fidei: 1. *q.* 1. *illi*, de quo Baptismo Dominus loquitur per Prophetam: *Ezechie.* 36. *& de conse. dist.* 4. *cap. nec quemquam, & aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immundicijs vestris, & ab omnibus inquinamentis vestris mundabo vos, & dabo vobis cor novum, & spiritum novum dabo in vobis, non enim operaretur in nobis tanti Sacramenti effectus, cum Baptismus valet ad hoc ut baptismati Christo incorporentur, & membra ejus fiant, & consepeliantur, & oblati per Sacramentum, charitatemque fidelium reconcilientur Deo, ut in eo vivi, salvi, liberati, redempti, illuminatique fiant, ut cap. ad hoc de conse. dist.* 4. Nam per Sacramentum Baptismi Christi Sanguine rubricatis culpa remittitur, vitatur periculum, & ad Regna Cœlorum etiam pervenitur, cujus januam Christi Sanguis fidelibus suis misericorditer reseravit: *ut cap. majores*, §. *caute. de Baptismo*: per Baptismum namque renascitur homo: *ut cap.* 1. *de conse. dist.* 4. *& caro peccati evaquatur, ead. dist. cap.* 2. originale, & actuale peccatum aboletur: *ut cap. firmissime, & cap. ex quo, ead. dist.* & baptizatus gratiam accepit vitæ cœlestis: *ut cap. non potest, ead. dist.* per aquam autem Baptismi de terreno fit homo cœlestis, transit de peccato ad vitam, de culpa ad gratiam, de inquinamento ad sanctificationem, & qui per hanc aquam transit, non moritur sed resurgit: *de conse. dist.* 4. *c. per aquam.* Dominus namque noster Jesus-Christus per lavacri regenerationem omnibus remissionem peccatorum dedit: *Matth. ult. & c. cito.* 1. *q.* 1. Qua ergo fronte hî indocti inefficaces contendunt, penitus effectus facere Sacramenti Baptismi, & ejus virtutes omnino tollere, & sanctam fidem destruere Christianam, per crudelissimam autem, & insanissimam illorum vesaniam omne Cœlestium Sacramentorum lumen videtur extinctum, suscitant enim scandalum, inter quos unum Evangelium prædicatur, quòd non licèt: *ut cap. Deus qui, de vit. & ho. Cler.* quam plurimi namque olim fuerunt, & nunc etiam sunt de conversis ad Christi fidem, qui in moribus, & in fide proficiunt: *ut cap. Judæorum, in fin.* 28. *quæst.* 1. & si ad bonum propositum adhuc in mentis teneritudine esse conspiciuntur, despiciendi non sunt, quia frumentum Dei ab herba incipit ut granum fiat, & per incrementa meritorum ad summum perducuntur: *ut cap. dum sanctam, circa fi. de pœn. dist.* 2. Ecclesia autem, quæ prius doluerat de adversis atque perversis, postea gaudet de reversis atque conversis: *de conse. dist.* 2. *cap. ego Berengarius in fi.* Schismatici verò, necnon, & pacis hostes contrarium inconsiderate sentientes, negant unam Sanctam, & Apostolicam Ecclesiam. Omnes namque fideles appellantur unum corpus, sivè una Ecclesia per fidem & charitatem, sivè perfectionem gratiæ: *de summ. Trinit. c.* 2. *cujus caput est Christus*, 3. *q.* 4. *engeltrudam itaque alter alterius onera portet*, 50. *dist. ponderet*, *notat glos. in cap. dilecta, de exces. præla.* Negant unum baptisma in remissionem peccatorum, in quibus nostra vera fides consistit, ut in Symbolo continetur, obsti-

tinatè ut asserunt dicendo non æquè, & æqualiter baptismum in omnibus antiquis, & novis quoad omnes effectus operari: negare enim non possunt quòd populus à quo nostra Redemptio processit, sed Virgo Sanctissima Salvatoris Genetrix, necnon, & Sancti ejus Apostoli, Martyres, & Confessores, à quibus Ecclesia Domini est fundata, est excelsior cunctis gentibus quas Dominus creavit in laudem, & nomen, & gloriam suam, & est populus sanctus Domini: *Deuteron.* 26. *circa fi. quòd asserit Isai.* 40. *circa fi. inquiens*: » Populus autem tuus omnes justi in perpetuum hæreditabunt terram, scilicèt, terram viventium, quæ est populus qui creabitur laudavit Dominum: « facit ad hoc quòd Judæis dicitur in *Psalm.* 28. » Jam & securi bibite sanguinem, quem fudistis. « Idem *Psalm.* 75. » Ipsum sanguinem, quem per insaniam fuderunt, per gratiam biberunt: « *de conse. dist.* 2. *cap. accesserunt.* Nullus ergo est jam reatus in eis cum æqualiter cum alijs salvi facti sunt, & gratiam Domini consecuti sunt per baptismum: quòd est expressum *in* §. *sed his exemplis* 1. *q.* 4. ubi non tenentur de peccato aliorum nisi imitatores nequitiæ, quicumque enim de semine Esau, & cæterorum ad Dominum conversi paternam malitiam detestati sunt, non odium, sed Dei clementiam experti sunt: non ergo sunt à Religione Christiana alieni noviter ad fidem conversi, nec ab officijs publicis cum in fide & meritis non differunt ab antiquis, ut dictum est: patet hoc expressè *Deuteron.* 33. *in fi.* ubi inquit: » Beatus tu Israel, quis similis tui popule, qui salvaris in Domino, scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ: negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calca. « Usque adeo autem contrarium asserentes calumniandi cupiditate cæcantur, ut non attendant quantam in Christiano populo schismam nutriant, cupiditate, avaritiaque pleni usurpatione damnabili hoc attentant, ut non habeant in mundanis bonis compossessores, & dominandi cupiditate inflamati, & fastu dominationis elati non desiderant haberi consortes, intrent enim unitatis societatem, nec seipsos justos præsumant, & Christi fide plenos, alios verò injustos putent, & Religionis Christianæ alienos veniant in unius compagine corporis, ne ab eo membra sua, & Christi fideles prendant, & fidem dividant, diminuantque Christianam, ne ut lupi qui sub specie ovium subintraverunt bestiali sevitia fideles audeant lacerare, & quòd sibi fieri volent alijs inferre præsumant: 2. *q.* 6. *cap. decreto in fi.* nec oves dilanient Christi, & ab ovili fugere, quas pastor collegit, faciant: quæramus injustos, ne injusti permaneant: quæramus perditos, ut de inventis gaudere possimus, dicentes: *Luc.* 15. Frater noster revixit, & inventus est. Accipiant ergo unitatem spiritus in vinculo pacis, sine qua nemo Deum videre poterit: *ut cap. quemadmodum* 23. *q.* 7. Sextò autem evidentissimis rationibus differentia jam dicta, improbatur. Augustinus inquit: » Undecumque homines nanscantur, si parentum vitia non sectantur, honesti, & salvi erunt. « Semen enim hominis ex qualicumque homine, Dei creatura est: *ut cap. undecumque*, 56. *dist. undè Joan. Chrysostomus super Matth. Homil.* 4. Nunquam de vitijs erubescamus parentum, sed unum illud quæramus, semper amplectamur virtutem, & sequamur. Non est omnino nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudandus aliquis, aut culpandus. Nemo inde verè aut obscurus, aut clarus est, imò etiam, ut consideratius aliquid dicamus, ac expressius, nescio qua occulta Dei dispositione, quomodo ille non magis resplendet ratione parentum à virtutibus prorsus alienus, ipse tamen fuit Dei virtute mirabilis: *ut cap. nunquam*, 56. *dist.* » Item, Hieronymus in Epistola contra Rufinum, nasci de infidelibus, non est ejus culpa qui nascitur. Nam sicut in seminibus non peccat terra quæ confovet, nec semen quòd in sulcis jacitur, non humor, vel calor quibus temperata frumenta, vel germen pullulant. Et sequitur, noli despicere bonitatem figuli qui te creavit, plasmavit, & fecit, ut voluit, ipse enim est Dei virtus, & Dei sapientia, quæ in utero Virginis Mariæ ædificavit sibi domum inepte inter viros Sanctos Apostoli voce numeratus meretricis est filius: Esau de Rebecca, & Isaac ispidus, tàm mente, quàm corpore, quasi bonum triticum in lolium avenasque degenerat, quia non in seminibus, sed in operatione nascentis causa vitiorum est, »at-

» atque virtutum : « *ut c. nasci.* 56. *dist.* Non ergo parentum, sed propria culpa quemquam condemnat, juxta illud : Vestes quas gerit sordida lana fuit. Seges enim, quæ leprosa manu seritur, munda tamen metitur : *ut c. quòd de Christo* 1. *q.* 1. Undè Hieronymus : » Dominus » noster Jesus-Christus voluit non solum » de alienigenis, sed de Mohabitis, sed » & de adulterinis commixtionibus nasci, scilicèt, de Thamar nobis magnam fiduciam præstans, ut qualicumque modo nascamur tantum ejus vestigia imitemur, ab ipsius corpore non » separemur, cujus per fidem membra » effecti sumus : « *cap. Dominus noster,* 56. *dist.* Pro eo ergo quòd noviter conversi filij sunt infidelium, si virtutes in eos conveniant non debent rejici, sed suffragantibus meritis debent recipi. Concordat quòd ait Cicero contra Salustium: Sanctius est meis gestis florere quam majorum opinioni niti, & ita vivere ut sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Undè Hieron. ad Celanciam : » Sola apud Deum libertas non » servire peccatis, summa apud Deum » nobilitas clarum esse virtutibus im» mortalitatis. « Namque verba illa credenda sunt, sivè committenda qui obtinet bona virtutum : *ut cap. in mandatis*, 63. *dist. & cap. laici.* 23. *dist.* non enim loci, non gentis nobilitate, sed virtute unusquisque gratiam comparat sibi : *ut cap. illud autem*, 40. *dist. & c. venerabilis, de præben. & dig.* omnis namque creatura Dei & bona, & nihil rejiciendum quòd cum gratiarum actione percipitur : 1. *ad Thimoteum* 4. Si ergo in his non est habenda ratio parentum vel generis, sed unusquisque secundum merita accipit, insanum, & penitus absurdum est differentiam dictam facere. Septimò, præterea licèt de genere Judæorum quis originem ducat, si tamen divina gratia Christi fidem suscipiat pro eo quòd Judæus existit dedignari non debet, imò beneficia in Dei Ecclesia digne assequi potest : *ut est expressum in c. eam te de rescriptis* : ubi dicunt Doct. quòd imò favore talis dignus est æstimandus : *ut ibi not.* Expressè etiam hoc cavetur in extravaganti: *Joan.* 22. quæ incipit : Dignum arbitrantes, & juri consonum renatos fonte Baptismatis Judaica cæcitate dimissa amplioribus favoribus, & gratijs quam ante habuerant, præcipit ergo, & mandat universis, & singulis, tàm Clericis, quàm laicis, ut eis nullam molestiam inferant, nec ab alijs inferre permittant, sed ipsis, in his, & alijs se favorabiles exhibentes, ipsos ab injurijs, & molestijs protegant, & defendant, ut sic de servitute ad libertatem se transisse percipiant, &c. Meliores namque conditionis ad fidem conversos esse oportet quam antequam fidem susceperunt habebantur : *ut in cap. Judæi* 2. *de Judeis* : quòd non esset si differentia jam dicta inter novos, & antiquos locum haberet. Idem, statuit Sancta Synodus Concilij Basilien. ubi neophitos ipsos à detractionibus, & contumelijs paterna affectione mandat defendi, & quoniam per gratiam Baptismi cives Sanctorum, & domestici Dei efficiuntur, longeque dignius sic generari spiritu quam nasci carne illa edictali lege Sancta Synodus statuit, ut civitatum, & locorum in quibus sacro Baptismate regenerantur, privilegijs, libertatibus, & immunitatibus gaudeant, qui Christiani dumtaxat nativitatis, & originis alij consequuntur, ideoque Rex Joan. I. in Curijs quas fecit Soriæ petitione 21. statuit, ne aliquis injuriam inferat verbo, vel aliàs noviter ad fidem Christi venienti sub gravi pœna, ne hujus occasione prætextu alij infideles ad Christianam fidem conversi formident. Hoc idem firmat ista lex, & hoc expressè continetur de jure istius Regni : 7. *Part. tit.* 24. *l.* 6. quæ disponit, quòd noviter ad fidem Christi conversus non est à Christianis ob generis commemorationem vituperandus, imò succedit cum fratribus Judæis, & potest habere officia, & honores Christianorum. Contrarium temerarie asserere est contra jus expressum, ut suprà satis liquet. Octavò, licèt aliqui nationis Israelitici populi in hæresim incidant, seu in aliqua superstitione, vitioque culpabiles existant, vel ad ritus seu mores revertantur Judæorum, hi tantum legitime sunt commonendi, & puniendi, & si incorrigibiles, & relapsi fuerint, ut hæretici sunt damnandi : *ut cap. contra Christianos de hæreticis, lib.* 6. non tamen propter malos sunt boni deserendi, nec tam turpiter sunt afficiendi, sed propter bonos mali sunt tolerandi : *ut cap. quam magnum, & cap. tu bonus* 23. *q.* 4.

&

& §. *cum autem* 7. *q.* 1. ne propter paleam aream Domini relinquamus, ne propter pisces malos retia Domini rumpamus: *ut cap.* 1. *in fi.* 23. *q.* 7. *&* 2. *q.* 1. *cap. multi*: unusquisque enim onus suum portabit, nec præjudicant aliena peccata: *ut cap. si quis, & cap. forte* 23. *q.* 4. & actores sua peccata tenere debent: *ut cap. quæsivit, de his quæ fiunt à majori parte c.* imò zizania debet permitti crescere, ne cum ea eradicet, & triticum: *ut cap. nolite* 11. *q.* 3. ne isti indocti juste asserere valeant, quòd si aliquid de Israelitico genere ad ritus redeunt Judæorum, vel in hæresim sunt relapsi, quòd omnes generis illius sint tales, quia legimus plurimos hæreticos ex Christianis antiquis, ab Ecclesia recessisse, qui ex nomine suorum auctorum nuncupantur. Quidam vero ex causis quas eligentes instituerunt, ut Simoniaci menendriani, Nicholayte, Orphite. Arriani, & alij quam plurimi sicut, & nunc Toletani: *de quibus infrà cap. pe. & fi.* 24. *q. fi. &* 7. *Part. l.* 13. *in princ.* aliasque abominabiles sectas factore malorum operum hoc procurante, per malignos homines, & pessimas mulieres insurrexisse: *ut in cle. ad nostram, de hæreticis.* A quibus adversus catholicam fidem variæ hæreses sunt exortæ, & ab Apostolis, & Sanctis Patribus prædamnatæ, non tamen propter illos universaliter omnes Chistiani sunt hæretici. Item, in generali Concilio Constantiæ quidam religiosi de hæresi convicti, sunt igne consumpti, non tamen propter hoc est dicendum, quòd omnes religiosi sunt hæretici. Item, nunc nostris temporibus in damnatione Vizcaye, quidam Vizcayni sunt de hæresi damnati, non tamen propter hoc omnes illi sunt universaliter hæretici. Nam multos divina providentia omnium nationum diversi erroris hæreticos esse permittit. Item, olim Græci, & nunc Bohemi ab Ecclesia Dei recesserunt, & divisos errores contra catholicam fidem perfidè sustinere contenderunt, tamen cum ab hæresi reversi sunt, per catholicos juste fuerunt recepti, & in suis officijs, & ordinibus per Papam fuerunt restituti, quòd licuit, *ut cap. si quis, & cap. convenientibus* 1. *q.* 7. quanto magis est dicendum de Judæis quos nunc lucratur Ecclesia. Nam blandius etenim pia mater amplectitur, & de illis multo amplius quam de his quos nunquam perdiderat gratulatur: 23. *q.* 7. *cap. schismatici.* Pro his enim dissensionibus schismaticorum, & hæreticorum, qui quadam simulata sanctitatis specie hoc faciunt, qui oculos divinæ majestatis offendunt, & grave in se continent periculum animarum, nonnumquam Ecclesia Dei concussa periclitatur. Nam cum isti novi fideles vident, sectione illa se esse à Christi confidelibus segregatos, ab officijs publicis separatos, necnon, & gravissime diffamatos, leviter perpendent sacri baptismatis unda non esse ablutos, nec virtus Baptismi aliquid operari, & esset occasio, ut in hæresim laberetur, quòd est contra *cap. qui sincera*, 45. *dist. & contra c. multi in unum* 2. *q.* 1. ubi laborare debemus eos lucrifacere, ut mansuetudine, & ratione provocati sequi nos velint, non fugere. Paulus enim nullam mercedem à Deo dicebat sperare, nisi cum lucrifaciebat eos qui sub lege erant: *ad Roma.* 9. Nam dando, honorando, & loquendo debemus infidelibus blandiri, ut convertantur: *notat glos. in cap. quam pio.* 1. *q.* 2. Item, propter hoc scandalum pax generalis Ecclesiæ periclitatur, & oves Christi diminuuntur, & ab ovili fugiendo lupus eas devorat: *notatur in c. tolerandi, & c. quid ergo, & c. quisquis* 23. *q.* 4. necnon contagium, & calamitas in gregibus crescit, contra id quòd in lata gente gloria Regis, in diminutione plebis contritio Principis: *Proverb.* 24. *&* §. *item David* 1. *q.* 4. Nec videtur ab his Christi fides exhiberi, à quibus ejus passio, scilicèt, Ecclesia evaquatur: *ut cap. advocavit* 24. *q.* 1. Item, licèt aliqui infidelium devotionis fervore ad veram Christi cognitionem devenire vellent, & Dei gratia animas suas salvare, ad fidem Christi non converterentur, ne injurijs, & contumelijs propter dictam differentiam afficerentur, & propter alia quam plurima damna, quæ hujusmodi occasione per incitationem diabolicam, & nefandam perversorum audaciam evenire possunt, qui fide carent christiana, eo quia detrahere, ac separare contendunt Christi membra, scilicèt, fideles à corpore Domini nostri: *ut c. advocant.* 24. *q.* 1. & unitatem fidei non tenent: *ut c. teneam. cum c. seq.* 1. *q.* 1. Nunc autem restat ad ea quæ in contrarium inducta sunt respondere. Primò enim non obstat sententia Domini jam al-

allegata, dicentis: quadraginta annis, &c. quia *Paul. ad Hebræ.* 3. *&* 4. illa verba exponens, & declarans, dicit, quòd intelliguntur tantum de his quorum cadavera per incredulitatem, & peccatum in deserto sunt prostrata, & non solum de his, sed etiam loquuntur de omnibus non credentibus, ingrediemur tamen in requiem hi qui crediderimus, ut ipse Paulus latius asserit, & dicit ubi suprà, & sic temerariè verba illa ab insistentibus sunt intellecta, indocteque prolata, incommutabilis namque Deus, idemque semper existens Dei summa natura sæpè in sacris litteris legitur mutare promissa, & per misericordiam temperasse sententiam, undè licèt sit impassibilis, & incommutabilis, crebro tamen ejus, & juramenta leguntur, & pœnitentia quæ sacris stant ministerijs ad aperta. Jurare namque Dei est à seipso nullatenus ordinata convellere. Pœnitere verò est eadem ordinata cum voluerit, immutare. Sic enim per *Jere.* 18. *c.* dicit: » Repetente loquar adversus gen- » tem, & adversus Regnum, ut eradi- » cem, & destruam, & disperdam il- » lud. « Si pœnitentiam egerit gens illa à malo, & à peccato suo, agam & ego pœnitentiam à malo quòd cogitavi facere ei, novit namque Deus mutare sententiam si tu noveris emendare delictum, & hoc exemplo Regis Ezechiel. quem Isaias dixit moriturum, & viviturum, quibus dictum fuerat adhuc quadraginta dies sunt, & Ninive subvertetur, & tamen ad preces Ezechi. & civitatis sententia Domini mutata est, non judicij varietate, sed eorum mutatione, quòd conversi per pœnitentiam meruerunt liberari: *ut cap. quamobrem, & ibi glos. de pœni. dist.* 1. mutat enim Deus suam sententiam non in homines, sed in opera quæ mutata sunt, nec enim hominibus irascitur, sed vitijs: *ut ibi.* Cum ergo per Baptismum renascitur homo, & per sacrum lavacrum deponuntur præterita peccata, & homo fit novus, restat quòd per mutationem vitæ, & mundificationem peccatorum videtur sententia Domini mutata, & licèt Deus dixit ad populum Israel: tota die expandi manus meas ad populum non credentem. Dico ego nunquid repulit Dominus populum suum: absit, *ad Rom.* 10. non enim in perpetuum irascetur, nec in æternum comminabitur, non secundum peccata nostra fecit nobis, nec secundum iniquitates nostras retribuit nobis, & sequitur: misericordia autem Domini ab æterno, & usque in æternum super timentes eum, quomodo miseretur pater filiorum misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognovit figmentum nostrum: *Psalm.* 2. Item, licèt Deus pro eorum peccatis tradidisset eos in manibus gentium, & dominati sunt eorum qui oderunt eos, &c. Dominus tamen vidit cum tribularentur, & audivit orationem eorum, & memor fuit testamenti sui, & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ. *Psalm.* 105. » Dominus inquit per Pro- » phetam. « *Psalm.* 88. » Disposui tes- » tamentum electis meis, juravi David » servo meo, usque in æternum præ- » parabo semen tuum, &c. & sequitur. » In æternum servabo illi misericordiam » meam, & testamentum fidele ipsi, & » ponam in sæculum sæculi semen ejus, » & thronus ejus sicut dies Cœli. Si au- » tem dereliquerint filij ejus legem » meam, & in judicijs meis non ambu- » laverint, si justitias meas profanave- » rint, & mandata mea non custodierint, » visitabo in virga iniquitates eorum, & » in verberibus peccata eorum, miseri- » cordiam autem meam non dispergam » ab eo, nec nocebo in veritate mea, » nec profanabo testamentum meum, & » quæ procedunt de labijs meis non fa- » ciam irrita. Semel juravi in sancto meo » si David mentiar semen ejus in æter- » num manebit. « Idem Prophet. *Psalm.* 77. Attendite popule meus: ubi licèt Dominus eos tradidit in captivitatem, & plurimos gladio conclusit, & eos exprevit, sed in fine ædificavit, sicut unicornis sacrificium suum in terra quam fundavit in sæculo, & elegit Regem David, scilicèt, Salvatorem nostrum, ut pasceret Jacob servum suum, & Israel hæreditatem suam: *ut in eod. Psalm. in fin.* auctoritas ergo contraria solum loquitur eodem statu manente, scilicèt, de his qui in hæresi permanent, vel in infidelitate, non tamen loquitur de his qui gratia Dei resurgunt à lapsu: *ut c. ponderet circa fi.* 50. *dist.* & incipiunt esse qui nunquam fuerunt: *ut in c. ferrum, ead. dist.* nam cum improbitati renunciatur, statim aciscitur virtus. Egressus enim malitiæ virtutis operatur ingressum, eodem quoque studio quo cri-

crimen excluditur, innocentia copulatur, & per cognitionem veritatis Dominus errata abscondit: *ut c. cum renunciatur, & cap. apud misericordem* 32. *q.* 1. aperta namque sunt viscera Domini omni homini pœnitenti: 1. *q. fi. cap. Episcop.* damnabile ergo est quòd asseritur in contrarium. Non obstat Psalm. ille: audite Cœli quæ loquor, in contrarium adductus, eo quia Moyses per modum carminis populum Israel comminando, quia in conspectu Domini peccabat, illud in medio eorum produxit, & insinuavit, eorum vitia reprobando, & eos castigando, ut pater filios quos diligit: *cap. non omnis* 5. *q.* 5. postea tamen ante ejus mortem eos benedixit. Commendavitque Moyses dicendo: Beatus tu Israel, quis similis tui, &c. *Deuteron.* 33. Nec obstant etiam dicta *Pauli ad Titum* 2. 1. *ad Thimo.* 3. *ad Thesal.* 1. *cap.* 2. Paulus enim eos ut filios castigando reprehendit ut filios: *ut alleg. c. non omnis*: nec est dicendum, quòd Pauli reprehensio fuit temeraria, causa diffamandi ad fidem Christi conversos, cum ipse erat talis, sed fuit potius imperosa, vel socialis ejus reprehensio causa corrigendi: *ut notat glos. in cap. nolite*, 21. *dist.* nec etiam suam dirigebat reprehensionem ad bonos, sed ad malos tantum quos etiam nos reprehendimus: alibi autem commendat bonos *Paul. ad Collo. ult.* ubi inquit, qui sunt ex circuncisione, hi soli sunt adjutores mei in Regno Dei, qui fuerunt mihi solatio, &c. durè namque intactis, & alijs locis Paulus voluit malos qui de circuncisione erant docere, castigare, & reprehendere, ut sani fierent in fide: *ut ad Titum scripsit ubi suprà.* Non tamen voluit eos eradicare, & diffamare, cum eos lucrifaciebat doctrinam Domini sequendo: *ut suprà dictum est.* Item, non obstat lex fori juzgo in contrarium producta, quia lex illa auctentica non est, nec etiam liber ille est auctenticus, nec servatur in Hispania, & cum fit antiquissimus, illa lex est jam correpta per legem contrariam: 7. *Part. tit.* 24. *l.* 6. *suprà alleg.* quæ est posterior, etiamsi de illa mentionem non faciat: *ut not. in cap.* 1. *de const. lib.* 6. Item, licèt auct. esset, loquitur tantum de his qui faciunt dolum contra fidem Christi, & blasphemant Deum, & servant Judaicos ritus, quòd patet ibi dum dicitur: Si el que miente: & ibi dum dicitur: Hace engaño contra la Fé: *& est expressum in cap. non potes.* 2. *q.* 7. ubi ponuntur illius legis verba, & ejus verus intellectus, qui loquitur de his qui in fide Christi prævaricati sunt, & à fide recesserunt, qui Christiani nominari non debent, cum Christi opera non sequuntur, & suam deserunt fidem: *ut in cap. cavete*, 23. *q.* tamen pravus esset generalis intellectus, scilicèt, quòd boni etiam Christiani noviter conversi comprehenderentur, quòd absit, ut suprà dictum est. Item, nec obstat *alleg. c. constituit* 17. *q.* 4. *in eo quòd dicit de Judæis*: & de his qui ex eis sunt, non exprimit de Christianis, ideoque non debet extendi ad eos qui Christi fidem, & Baptismum receperunt, sed ad Judæos tantum, qui fidem Christi nunquam cognoverunt, quòd patet. Et est iste sanus intellectus, *per c. nulla officia*, 54. *dist.* quòd de Judæis tantum loquitur ibi, dum dicitur, nulla officia publica Judæis injungantur, per quæ ejus occasio tribuatur pœnam Christianis inferre: & ista fuit intentio *glos. in alleg. cap. constituit*, in ejus remissione ad dictum: *cap. nulla officia, & sic intelligit ibi illud, c. Bartholomæus Brixiensis in casus positione*: quòd approbat Rex Joan. I. in Curijs de Briviesca cum maturitate suorum de Consilio 67. quæ disponit, quòd Judæus officium non habeat propter quòd ei detur occasio dominandi in Christianum, ideoque de jure Regni sacrilegum est Judæis suprà Christianos jurisdictionem dare: 1. *Part. tit.* 18. *l.* 2. *&* 7. *Part. tit.* 24. *l.* 3. *& est expressum in l. fi. C. Judæis, & cœlicolis.* Item, *alleg. c. constituit, loquitur secundum ordinariam glos.* ibi de his qui sunt de familia Judæorum, quorum consortia sæpè bonos corrumpunt: *ut in cap. sæpè* 28. *q.* 1. & sunt ejusdem erroris participes, ut colligitur iste sensus: *ex c. si habes* 24. *q.* 3. *& ex* §. *sed his exemplis* 1. *q.* 4. absurdum tamen esset quòd de illo loqueretur, qui per Sacri Baptismi undam gratia Dei resurgit à lapsu, & in se ipso ab eo qui genuit alter est effectus: *ut in cap. jam itaque* 1. *q.* 4. Item, *Archi. in rosario in dicto cap. constituit*, remittit ejus intellectum *ad cap. plerique, de conse. dist.* 4. quòd loquitur de his qui blasfemant Christum, Judaicos ritus perpetrando, vel abominandas circuncisiones exercendo, tales enim sunt Chris-

Christianæ dignitatis transgressores, ut ibi, & eorum perfidia quandoque ad vomitum redit: *ut cap. Judæi, ead. dist.* & sunt in fide suspecti: *ut alleg. cap. non potest*, & sunt in Christum prævaricantes: *ut cap. Judæi* 1. *q.* 4. & sunt multo nequiores hostes fidei quam illi qui foris sunt, & evidenter inimici sunt: *ut cap. si inimicus* 93. *dist.* 11. *q.* 3. *nolite, in fi.* non immerito tales non solum ab officijs publicis repellendi sunt, nec in testes sunt admittendi, sed etiamsi incorrigibiles, & relapsi fuerint in infidelitate, ut hæretici sunt puniendi: *ut in cap. contra christianos de hæreticis, lib.* 6. intelligitur etiam de apostata qui à fide recedit: *ut alleg. cap. non potest*, de quibus potest intelligi illud *Job* 24. Ipsi fuerint rebelles lumini, nescierunt vias ejus, nec reversi sunt per semitas illius, melius erat talibus viam veritatis non agnoscere, quam post cognitam retrorsum converti: 2. *Pet.* 2. *in fi.* contra quos dici potest, non est tibi sors nec pars in hac fide, quia cor tuum non est rectum apud Deum, nec puram habes fidei conscientiam: 1. *q.* 1. *Petrus*: in talibus enim umbra quædam offenditur in opere, veritas tamen non subjit in effectu: *cap. quanto, in fi. de consuetu.* Hi namque apostatæ veterem hominem omnino non exuerunt, ut novo perfectius induerentur, & prioris ritus reliquias retinentes, Christianæ Religionis decorem tali commixtione confundunt, maledicti enim tales homines qui terram duabus ingrediuntur vijs, & indui veste non debent lino lanaque contexta: *ut cap. quidam, de apostaticis.* Nemo namque filius Dei, & diaboli simul esse potest, nec duobus potest Dominis servire: *de pœni. dist.* 1. §. *item ut Christus ait*: cum jam legis observatio non est apud Judæos, sed translato sacerdotio legis, translatio fuit facta: *ut cap. translato de constitu. ubi de hoc.* Hæreticum tamen esse, *quòd alleg. cap. constituit*: extenderetur ad Christianos, qui sua sponte paternam malitiam detestati sunt, & propria mentis conversione credendo salvantur, vel ad eos qui vero corde, mundaque conscientia, cum fidei integritate, & animi puritate accedunt, vel ad eos qui imitatione fidei, & justitiæ successerunt in filios Abrahæ, sivè de genere Judæorum, sivè Gentilium perveniant: *ut* §. *item opponitur* 22. *q.* 2. vel ad eos qui sancto deliberationis arbitrio, & salubri proposito gratis Deo converti disponunt, quòd præsumitur, tunc enim cordis oculus nube erroris obductus supernæ illustrationis lumine fit serenus. Constat namque eos sacramentis divinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & crismate unctos esse, & corporis Domini participes stetisse, per talem indiscretam differentiam nomen Domini blasphemaretur, & fides quam susceperunt vilis, ac contemptibilis haberetur: *ut c. de Judæis*, 45. *dist.* talis enim differentia per Apostolum reprobatur, ut suprà, & unusquisque recipit secundum suam virtutem, & ubi causa non haberet vitium non imputatur: *ut est expressum in casu isto in* §. *his omnibus, & in c. neophitus*, 61. *dist.* Item, *alleg. cap. constituit*: regulariter loquitur de his qui in fide non sunt radicati, & informati, sed sunt multum novi, & repente volunt ordinari, vel beneficia, officiaque publica habere, quòd non licèt, fidei doctrina in eis deficiente: *ut* §. 1. *per totum*, 48. *dist.* sed si libenter fidei zelo informati accedant, omnis in eis cessat suspitio, maximè si per temporum interstitia quinque, vel septem annorum sunt in catholica fide inveterati. Ex tunc verò neophiti jam dici non valent: *ar. in cap. in singulis*, 78. *dist.* & sic intelligitur *glos. in* §. *ult.* 48. *dist. super parte repente.* Nam cum neophiti dicantur, non solum qui nuper ex vita Gentilium, vel Judæorum erant, & nunc ad spirituale baptisma noviter venerunt: *ut cap. quoniam multa* 48. *dist.* sed etiam qui propositum sacræ religionis noviter assumpserunt, ut ibi: & omnes isti æquiparantur, & per temporum intersticia ad ordines, & beneficia possunt ascendere, quæ intersticia jam sunt determinata per *alleg. c. in singulis, & facit ad hoc text. in cap. longinquitate* 12. *q.* 2. ubi longinquitate sæpè fit temporis, ut pateat conditio originis, ut sæpè ponitur exemplum in liberto, qui per decem annos stetit in libertate liber habetur: *ut ibi glos. & est text. in c. licèt, de conju. servo.* Intersticijs ergo decursis jam non neophiti, sed in fide dicuntur inveterati, quantomagis horum filij, & alij descendentes qui fideles sunt: *ut est expressum in alleg. c. Judæi* 1. *q.* 4. & cum per tot annos noviter conversus in Christi fide persistit malum in desuetudinem ducitur & ab-



abhorretur, bonum verò ex consuetudine dulcescit, & incipit quòd durum erat amari: *ut c. jam verò*, §. *timor* 23. *q.* 6. *de talibus enim alleg. cap. constituit non loquitur per jura suprà alleg.* Item, *alleg. c. constituit*, de his Judæis loquitur qui coactè, & inviti, & retinentes, seu reclamantes feruntur ad fontes, nec divina gratia sunt vocati: *ut not. glos. in alleg. cap. contra Christianos*, *de hæreticis lib.* 6. non immerito tales Judæorum nomina non amittunt: *ut alleg. c. sæpè* 28. *q.* 1. Nam in tali Sacramento male accepto non percipitur gratia, ideo caret effectu: *ut notat glos. in* §. *si ergo*, *ver. sed notandum* 1. *q.* 1. Omnibus tamen baptizatis, etiam fictè recipientibus quoad characterem, & gratiam gratis datam efficacia Passionis Christi applicatur, sed non prodest fictè recipientibus baptismum quoad gratiam gratum faciens, nisi cum fictio illa recesserit: *ut in cle. unica*, §. *fin.* & *ibi glos. de summ. Trin.* nec baptizatus virtutem consequitur, quam nemo sine fide consequi potest: *ut* §. *alij formam* 1. *q.* 1. quòd autem de his loquitur allegato §. in contrarium traditum patet manifeste, nam ut ex ipsius suprascriptione colligitur, fuit in Concilio Toletano factum, tempore quo religiosissimus Rex Sisebundus, qui de genere erat gotorum in Hispania regnabat, & Judæi per eum coacti sunt ad christianitatem venire, ut patet: & *est expressum in alleg. c. Judæis*, 45. *dist.* & cum sic erant coacti fidem non servabant, & ad ritus revertebantur Judaicos, justa ergo fuit illa ex causa, quia erant in fide suspecti, ut ab officijs publicis, & etiam à testimonio repellerentur, pro varietate namque temporum varia invenitur dispensatio conditoris. Nam promissum erat Abrahæ quòd in semine ejus benedicerentur omnes gentes, promisserat quoque Deus se daturum semini ejus tenetur peregrinationis suæ. Cum ergo cæteris in idolatria relictis Abraham, & filios ejus in proprium populum sibi Dominus elegisset, & in successione sanguinis erat successio fidei, & sacerdotalis officij, quia verò per incarnationem Christi gratia fidei ubique dilata est, nec dicitur: dic domui Judæ, vel domui Israel, sed euntes docete omnes gentes, & in omni gente quicumque timet Deum, & operatur justitiam acceptus est illi, nec electio muneris quæritur in successione generis, sed in perfectione vitæ, & sinceritate scientiæ: ut hæc omnia *in ff. his ita* 32. *q.* 4. *sequitur ergo quòd alleg. c. constituit*: non nisi tantum de infidelibus loquatur, & de non veris Christianis, qui ritus exercent Judaicos, & coacti ad fidem venerunt, & sic video ex suprascriptionibus omnium decretorum de hac materia loquentium, quòd tunc temporis in Concilijs Toleti omnia fuerunt statuta, & etiam tunc illa jura non repellebant filios istorum, sed eos admittebant: *ut in dicto cap. Judæi* 1. *q.* 4. & *in alleg. l. fori juzg.* esset enim absurdum, quòd dicta jura intelligerentur de his conversis, qui divina gratia vocati, sponte, non coacte fidei, devotionisque fervore unda baptismi sunt abluti, in talibus enim causa cessat prohibitionis: *ut suprà dixi*, & *est expressum in dicto c. neophitus*, 61. *dist.* Ex suprà dictis verò sanus, & verus colligitur intellectus *dicti cap. constituit*, *ex dist. seq.* quòd aut loquimur de Judæis qui nullum baptismum receperunt, nec fidem Christi cognoverunt, & tales non admittuntur: *ut alleg. c. nulla offic.* 54. *dist.* & sic uno modo intelligitur *alleg. c. constituit.* Aut loquimur de his qui sunt baptizati, & tunc subdistinguo, quia aut quærimus de his noviter baptizatis, aut de eorum filijs, vel descendentibus. In primò casu subdistinguo, aut quærimus de his qui zelo fidei infirmati ad baptismum accedunt, aut de his qui coacti, & inviti feruntur. In primò casu admittuntur ad beneficia consequenda: *ut alleg. c. eam te, de rescript.* & *c. neophitus*, 61. *dist.* & ad publica officia obtinenda: *ut in jurib. suprà alleg. signanter* 7. *Part. tit.* 24. *l.* 6. & admittuntur etiam ad Ecclesiasticos ordines post intersticia temporum: *ut c.* 1. & *per totum*, 48. *dist.* In secundò verò casu quando, scilicèt, inviti, & coacti feruntur, & tunc aut isti Christi legem non custodiunt, & tunc aut blasphemant Christum, vel Judaicos ritus perpetrant, seu abominandas circuncisiones exercent, & tales repelluntur: *ut alleg. cap. plerique*, *de conse. dist.* 4. & sic alio modo intelligitur *cap. constituit*, *secundum glos. ibi*: aut non servant Christi legem propter ignorantiam, vel quia lapsi sunt corrigibiles: *ut alleg. c. de Judæis*, 45. *dist.* tunc prius debent in

in ea informari, quia repente non admittuntur, donec causa cesset prohibitionis, & sint in fide per temporum intersticia inveterati, & informati: *ut alleg. cap. fi.* 48. *dist. & alleg. cap. neophitus*, 61. *dist. cum suprà notatis*, & sic loquitur alio modo *dict. cap. constituit*: aut quærimus de istorum filijs fidelibus, & tales indistinctè admittuntur, nec possunt repelli, cum neophiti non sunt, & in eos causa cesset prohibitionis: *ut alleg. cap. Judæi* 1. *q.* 4. Et licèt ista distinctio de jure colligitur manifeste per jura suprà allegata. Illustrissimus insuper Rex Henricus Domini nostri Regis Joan. II. genitor cum consilio laudabilis memoriæ Petri Thenorio Archiepiscopi Toletani, & cum maturitate suorum de consilio *dict. l. for. juzg. declarando*: & hoc scandalum à Regno suo radicitus extirpando, statuit, & privilegium concessit, ne deinceps hujusmodi prætextu aliquis fidelium noviter ad Christi fidem conversus, repelleretur ab officijs publicis, seu ab alijs privilegijs, & libertatibus Christianorum sub certis & gravissimis pœnis, per quæ privilegia penitus videtur dicta hæretica opinio sublata, & destructa ultra jura suprà allegata, nec etiam obstat privilegium quòd isti nefandi dicunt civitati Toletanæ concessum, quia illud effectum non habet, tum quia per nòn usum perdidit vires suas: *ut cap. accedentibus*, *& cap. si de terra*, *de privil.* tum quia per contrarium usum est sublatum: *ut in dict. jur. & in c. cum accessissent*, *de const.* tum quia causa privilegij cessante cessat & privilegium: *ut in vulgaribus jur. continetur*: tum quia per *l. Partitæ suprà alleg.* quæ est posterior revocatum: *ut cap.* 1. *de const. lib.* 6. tum quia per dictam Regis Henr. declarationem penitus est destructum, tum etiam quia intellectus ejus refertur ad auctoritates, & jura suprà allegata, ut dixi. O ergo gloriosa civitas Toletana propter civium tuorum malitiam tua gloria redditur sine gloria, tua stabilitas vocatur instabilis, tuæque constantiæ antiqua soliditas linguis hominum vocatur infirma: *ut c. fundamenta*, §. *quid plura*, *de elect. lib.* 6. Hinc est quòd per varietatem, & inconstantiam civium civitas infirmatur, & rebellio est delictum concernens civitatem, & sic res inanimata dicitur delinquere: *ut ibi notant DD. in c. dilecto*, *de simon.* Hi enim antiqui nuntij tantam in Christi populo zizaniam vitassent, si veritatis sententiam solida cordis aure pensassent, qui scandalizaverit inquit unum de pusilis istis, qui in me credunt, melius erat ei ut ligaretur mola asinaria collo ejus, & in profundum maris mergeretur: *Matth.* 18. *& c. nisi cum pridem*, §. *pro gravi*, *in fi. de renunc.* Nemo enim salubere sibi ita stipendium credit, qui non mallet debere se delere quam pro eo tanta fieret turbatio, juxta Dominicum verbum: Ve homini illi per quem scandalum venit: *Matth.* 18. Hi autem invidentes adeo, imitandi non zelo fidei, sed typo malitiæ talia loquuntur nefanda contra id, odio habeantur peccata non homines: 86. *dist. odio* 23. *q.* 4. *duo.* non Christiani, sed Christi lupi nominari merentur, nam Christianos se esse mentiuntur, cum à Christo deviant, & opera ejus non faciunt: *ut cap. cavete* 22. *q.* 5. & christianam unitatem separare contendunt: *ut cap. si vos* 23. *q.* 5. Hæretici enim sunt quia aliter scripturam intelligunt quæ sensus Spiritus Sancti flagitat, à quo scripta est: *ut cap. hæresis* 24. *q.* 3. & perversum dogma contra fidem docent: *ut c. inter schisma. ead. caus. & q.* novas & falsas opiniones sequuntur, & qui his credunt imagine quadam veritatis sunt illusi: *ut cap. hæreticus*, *ead. caus. & q.* hæretici namque sunt, quia morbidum pravumque sapiunt, pestifera, & mortifera dogmata defendere persistunt: *cap. qui in Ecclesia* 24. *q.* 3. suas falsas ac perversas sententias pertinaci animositate, & suæ præsumptionis audacia defendere conatur: *ut c. dixit Apostolus*, *ead. caus. & q.* Odit enim Deus inter fratres seminantem discordias: *Prover.* 6. *Fratres enim sunt omnes Christiani*, 11. *q.* 3. *cap. ad mensam.* Præmissos autem detestabiles ac execrandos errores ne propagentur ulterius, & ne per eos corda fidelium damnabiliter corrumpantur, necessario ab Ecclesia Prælati extirpare tenentur: *ut cle. fi. de hæret.* O ergo Deo infesti insanique qui maculastis unicam Christi sponsam, scilicèt, catholicam fidem unico tantum sponso condignam, tunc inconsutilem Christi tunicam denuo lacerastis: *ut cap. sicut Domini* 16. *q.* 7. Contra vos enim dicit Dominus Deus Israel, *Jere.* 23. » Vos » dispersistis gregem meum, & ejecis-

» tis

TITULO IV.

DE LAS FUERZAS, Y DE LOS DAÑOS.

Ley primera.

SI algun home matáre à tuerto (*a*) bestia, ò ganado, ò le diere ferida porque vala menos, pe-

» tis eos, & non visitastis eos. Ecce ego » visitabo super vos malitiam studiorum » vestrorum ait Dominus, & congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris ad quas ejeceram eos illuc, & convertam ad thura sua, & crescent, & » multiplicabuntur, & suscitabo super » eos, & pascent eos, & non formidabunt ultra, & non pavebunt, & nullus quæretur ex numero dicit Dominus, & sequitur. Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempestas dirumpens super caput impiorum veniet, non revertetur furor Domini usque dum impleat cogitationem » cordis sui, quia volunt facere, ut obliviscatur populus meus nominis mei ait » Dominus Jere. 23. &c. explic. Deo » gratias.«

LA LEY. *Quæ est infrà eod. lib. tit. de las penas*, *l.* 12. Ultimo nota ad istam legem, quòd verba contumeliosa ex iracundia, non ex deliberatione sæpè procedunt, cui debet homo cum ratione resistere, quia est virtus nobilitatis mentem refrænare furentem: *juxta notata per Jo. An. in fi. Martinianæ*: nam restringenda est sub ratione voluntas: *cap. illa* 11. *q.* 1. *undè Greg.* 31. *moralium.* Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem, vir iracundus provocat rixas, qui est patiens suscitatas mitigat, & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccata proclivior: *& vide quòd circa hoc notat Henr. in c. si rixati*, *extra eod. tit. juxta illud*, prius veniat sermo ad lunam quam ad linguam: *not.* 50. *dist. ponderet in princ.* 2. *q.* 1. *præmo. & q.* 6. *decreto.* Item, quandoque gravis injuria honestatis colore velatur: *ut not. in l. dudum*, *C. manda.* An autem dicta, vel facta injuriose cum calore iracundiæ possunt per pœnitentiam revocari: *vide Henr. in c. si culpa*, 2. *dist. extra eod. tit.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 1. *è* 10. *de la* 7. *Partida*, *tit. de las fuerzas*: *è la dicha Ley* 10. *pone ciertos casos en los quales esta Ley no ha lugar. Vey la Ley* 15. *de la* 7. *Partida*, *tit.* 15. *è concuerda la Ley* 18. *del dicho tit.*

(*a*) SI ALGUN, A TUERTO. Nota quòd ad hoc quòd habeat locum pœna hujus legis, vel pœna *l. Aquil.* requiritur quòd quadrupes vel pecus injuria occidatur, & quòd occidentis culpa præcedat: *ut l.* 2. *in princ. cum l. seq. ff. ad l. Aquil.* & sic nota, quòd ista actio requirit culpam, quòd secus est in actione de pauperie: *ut ff. si quadru. pau. fe. di. l.* 1. §. 1. & attende hic, quòd ista culpa intelligitur esse probata, eo ipso quòd probatum erat damnum: *ut l. si quis fumo.* §. 1. *ff. ad l. Aquil. & Ci. in l. contra negantem*, *C. eod. tit. ar. in l.* 1. *C. de siccarijs secundum Marsil.* Ex quo nota, quòd ubi lex requirit factum qualificatum, ut damnum cum injuria, ut hic, non sufficit factum probari, nisi, & qualitas illa probetur: *facit ff. de vi bono. rap. l.* 2. §. 2. probatur tamen qualitas hic præsumptione juris, scilicèt, facto probato, ex quo potest argui ad statutum loquens de homicida, quòd sit inhabilis ad officia publica, quòd non comprehendat illum qui hominem occidit justitiam exequendo, non enim dicitur ipse occidere, sed lex: *ut ff. de ritu nupt. l. palam*, §. *fi. undè alibi dicitur*: delictum tuum te punit, non ego: *ita not. glos. ff. de probat. l. cum probat. & quòd met. caus. l. accusationis*, *& de his qui ad Eccles. confug. l. servus*, *& quòd notat Florian. in l.* 1. §. *cum arietes*, *ff. si quadru. pau. fe. di. & facit l. fi. C. quando lice. uni. sine jud. se vend.* talia ergo statuta debent intelligi de homicidio punibili, non de permisso, quòd pœnam non meretur: *ut l. Graccus*, *C. de adult.* Sed quid si injuria domini servus sit verberatus, vel occisus, an poterit dominus contra occidentem injuriarum agere, vel pœnam legis Corneliæ in-

chele otra tal (*a*), ò la valía (*b*) à su dueño, è la muerta, ò la ferida sea suya: è sobre esto peche demás cient maravedis de pena al dueño de la bestia, si fuere bestia, ò ganado mayor: è si fuere ganado menor, pechelo doblado (*c*): è si fuere can (*d*), peche quanto valiere.

---

intentare? Et respondeo secundum Florianum *in l. sed & si*, §. *injuriam*, *ff. ad l. Aquil.* quòd in tali casu poterit agi injuriarum ad vindictam per dominum, in quo principaliter debet haberi æstimatio solius contumeliæ, non autem hoc casu potest agi lege Cornel. per dominum, etiamsi injuria sua servus sit occisus, seu vulneratus, cum dominus in corpus suum passus non fuerit: *agere non potest Corn. ut l. Cornel.* §. *illud*, *& ibi casus*, *ff. de injurijs*, *nec obstat eod. tit. l. non solum*, *in princ.* ubi mandans tenetur Cornelia non violando litteram, licèt glossa ibi aliter, sed communiter reprehenditur, quia verum est quòd tenetur ipsi verberato, vel pulsato, & hoc quia verba legis Corneliæ ex parte inferentis sunt inesse, & ideo comprehendunt etiam mandatorem, sed ex parte patientis sunt in personam, & ideo non comprehendunt illam cui infertur injuria per quandam consequentiam, quòd nota benè. Item quæro, an si damnum sit injuriosè datum possit quis criminaliter condemnari: *glos. notanter dicit*, *quòd sic*, *in l. ult. de priva. delic.* quòd est intelligendum quando damnum est datum dolo, vel lata culpa, vel forte levi, secus si levissima culpa, quia tunc non oritur actio civilis pro aliquo delicto mundi: *ut eleganter notat Ci. C. de Episcop. & Cler. l. si quis non dicam rapere.* Item, nota à contrario sensu hujus verbi adverto, quòd commissum sine dolo, vel culpa non est punibile, nam ascribitur fortuito casui: *ut ff. de adm. tut. l. fi. in fi. & de sicarijs*, *l. infans*: & casus fortuitus nunquam punitur per modum criminis, vel aliàs: *facit ff. de offic. præsi. l. divus*, *& ff. de parrici. l. pen.* §. *fin.*

(*a*) Otra tal. Aliter de jure: *ut l. 2. in princ. ff. ad l. Aquil.* ubi condemnatur dare domino quanti in eo anno plurimi fuit, ex quo nota, quòd actio legis Acquiliæ competit ad interesse: *concord. inst. eod. tit. in princ.*

(*b*) La valía. Non tamen secundum affectionem debet æstimari, sed quanti omnibus valet, pretia enim rerum non ex affectione nec singulorum utilitate, sed communiter æstimantur: *ut l. si servam*, §. 1. *ff. ad l. Aquil.* varia enim sunt pretia rerum: *ut ff. de eo quòd cer. lo. l. ideo*, *& ff. ad l. Falc. l. pretia rerum*, *& l.* 3. §. *fi.* tantum enim valet res quantum communiter vendi potest: *ut ff. de jure fis. l. non intelligitur*, §. *divi fratres*, *& ff. ad l. Falc. l.* 3. *in princ. & l. quærebatur*, *& ad Trebel. l.* 1. §. *si hæres*, *not. etiam*, *quòd in l. Aquil.* habetur consideratio lucri admissi: *ut alleg. l. si servum*: adde etiam prædictis, quòd æstimatio de qua hic secundum præsens tempus de facili probatur uno modo per judicem qui potest æstimare: *ut l. fi. C. de jure do.* alio modo per æstimatores assumendos: *ut l. hac edictal.* §. *his illud*, *C. de secund. nup. & in corpore de non alienandis*, §. *quia vero leonis*, *& Azo. in summa*, *tit. de. l. Aquilia.* Et est notandum, quòd possunt æstimatores etiam post didiscita testificata: *secundum Bal. in l. 2. ante fi. C. de rescin. ven.* alio modo potest fieri si alia vice subastetur, & facta sit venditio secundum primam: quòd dic ut latius *per Flor. in alle. l. si servum.*

(*c*) Doblado. Cur tam varie ponitur hic pœna, & potest esse ratio, quia non æqualem voluit esse pœnam hujus legis conditor pro majori, sicut pro minori pecude vel bestia occisa nam quinque morabetini plus valent quam unum pecus de minoribus. Item, potest esse ratio, quia satis punitur occidens quòd solvat æstimationem majoris bestiæ vel quadrupedis, quæ est magni valoris, cum pœna quinque morabetinorum, occidens autem minorem quadrupedem, si solveret occisam, & insuper pœnam quinque morabetinorum, excederet fortè pœna valorem peccoris occisi *contra cap. quæsitum*, *extra de his quæ fi. à majori parte capituli.*

(*d*) E si fuere can. Ideo facit hanc dif-

Ley II. Qué pena ha el que corta arboles de fruto de otro.

SI algun home tajáre arboles (*a*) que lleven fruta, sin placer (*b*) de su dueño, peche por cada uno (*c*) tres maravedis: è si no diere fruto, peche por cada uno dos maravedis: è si aquel que tajáre lo llevàre (*d*), ò mandáre llevar, pechele con otro tal à su dueño, ò el precio sobredicho doblado, sobre la caloña sobredicha del tajar.

Ley III. Qué pena ha el que tajáre viña agena, ò derraygáre.

SI alguno viña agena tajáre, ò derraygáre, ò quemáre, pe-

differentiam, quia canis inter pecudes non est, quia non gregatim pascit: *ut inst. ad l. Acquil.* §. 2. *& alleg. l.* 2. §. *fi. ff. eod. tit.* Item, quia canis non tantam affert utilitatem domino ut pecus, ideo solum æstimationem occidens solvere tenetur: *ut hic*, *& vide foro juz. lib.* 4. *tit.* 4. *l.* 13.

ADDICION.

Concuerda con estas dos Leyes 2. *è* 3. *la Ley* 28. *de la* 7. *Partida*, *tit.* 15. *que dice, que qualquiera persona que cortare, ò arrancare arboles, ò viñas à mala intencion, que el que hiciere el tal daño es obligado à lo pechar doblado al señor, è puede ser acusado del tal delito como ladron, y el señor tiene escogencia de lo acusar, ò del furto, ò de le pedir el daño doblado: è si el daño fuere grande, debe morir por él, è si tal no fuere, el Juez lo ha de castigar à su alvedrio; pero si el arbol de uno echare las ramas en la casa de otro, puede pedir al Alcalde que haga cortar las ramas: è si el Juez viere que dello rescibe daño, debelo mandar cortar: è si mandado no lo quisiere hacer, aquel que el daño rescibe lo debe mandar cortar sin pena: sobre lo qual vey la dicha Ley* 28. *que singularmente dispone.*

(*a*) SI ALGUN, ARBOLES. Quarum arborum appellatione, & vites continentur: *ut l.* 1. §. *arboris*, *ff. de arb. ceden. & l. vitem*, *ff. arb. fur. ces.* Item, nota incidenter ad hanc legem, quòd possum contra te proponere interdictum, ne mihi vim facias, quominus de tertia in tertiam diem vadam ad fundum tuum ad colligendum fructus cadentes ex arbore mea: *ut l.* 1. *de glande legenda*, *ff.* si tamen essent fructus tales qui corrumperentur una die, possum agere quòd mihi liceat ire qualibet die ad fructus colligendos: *ut ibi not. Bar. in fi.*

(*b*) SIN PLACER. Si sciente domino per vim arborem cedit, tunc punitur: *ut l. furtim*, *& l. facienda*, *in fi. ff. arb. fur. ce. & incidit talis in actionem vi bo. rap. ut ff. vi bo. rap. l.* 2. *in princ.* & interdum quòd vi, aut clam: *ut ff. eod. tit. l.* 1. §. *quid si vi*, *& in Aquil. ut l.* 1. *ff. arb. fur. ce. & l. si servus servum*, §. *si olivam*, *ff. ad l. Acquil. & in l. Jul. de vi publica*, *vel privata*, *ut ff. eod. tit. lib.* 3. *in fi. & ff. vi bo. rap. l.* 2. §. 1. Si vero ignorante domino cessæ sunt arbores, tunc tenetur furti: *ut alleg. l. furtim.* Item, talis ut latro est puniendus: *ut est text. expressus in l.* 2. *ff. arb. fur. ce.*

(*c*) PECHE POR CADA UNO. Alia pœna est contra colligentem fructus, nam si quis olivam immaturam, vel segetem secuerit, vel ubas crudas collegerit Aquilia tenetur. Si autem fructus jam maturos collegerit cessat Aquilia tenetur tamen furti si fructus asportavit: *ut l. si servus servum*, §. *si olivam*, *&* §. *seq. ff. ad l. Aquil. & vide circa hoc glos. l.* 1. *C. ad l. Aquil. alia pœna imponitur per l. partitæ*, 7. *Part. tit.* 25. *l. fi. & foro juz. lib.* 8. *tit.* 3. *l.* 1. 2. *&* 3. *&* 8. *& foro de Sepul. lib.* 2. *l.* 90.

(*d*) LO LLEVARE. Nota ex hac lege, quòd scindens arborem, & asportans, tenetur damni, & furti: *ut alleg. l. si servus servum*, *in princ. & alleg.* §. *si olivam*: nec una actio per alteram tollitur, cum sint delicta diversa: *ut ff. de priva. delic. l. nunquam*: secus enim si ex uno delicto competant plures actiones, quia tunc tolluntur, nisi in id quòd excedit: *ut ff. loca. l. si vulneraverit*, *& ff. de ac. & obli. l. qui servum in fi. quòd dic ut not. glos. in alleg. l. si servus servum*, *& ibi Doct.*

che à su dueño (*a*) otras dos tantas (*b*), è tan buenas, sin aquellas que dañó, que deben fincar à su dueño.

Ley IV. Qué pena ha el que toma cosa por fuerza.

SI algun home entráre, ò tomáre por fuerza (*c*) alguna

(*a*) SI ALGUNO, A SU DUEÑO. Non ergo sufficit si petens hanc pœnam sit solum dominus possessionis, sed requiritur quòd probet se dominum: juxta notata *per Spec. tit. de proba.* §. *videndum restat*, *ver.* 7. per juramenti delationem.

(*b*) DOS TANTAS. Aliter autem cavetur: 7. *Part. tit. li. l. fi. quæ concord. cum l.* 2. *ff. arb. fur. ce.* in quibus imponitur pœna latrocinij: *cum ista l. concord. foro juz. lib.* 8. *tit.* 3. *l.* 5.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 10. *de la* 7. *Partida, tit. de las fuerzas, la qual pone la pena desta Ley, con mas los frutos, y rentas, è con todos los daños, è empeoramientos que están fechos, excepto en ciertos casos, en los quales la dicha Ley no ha lugar.*

(*c*) SI ALGUNO, POR FUERZA. Scilicèt, expulsiva quæ parit interdictum, undè vi, per verbum intrare, vel ablativa, quæ parit vi bonorum raptorum per verbum tomare: *de quibus vide quòd dixi suprà eod. for. lib.* 1. *tit.* 11. *l.* 4. *de vi expulsiva, concord. l. si quis in tantam, C. undè vi*: quæ locum habet in omni re, in omni tempore, in omni invadente: *ut not. glos. magna, l. extat, ff. quòd metus causa*, *de ablativa concord. inst. vi bonorum raptorum*, §. *pe.* ubi pro utraque eadem pœna imponitur: *ut in hac l. & vide quòd notatur in cap. pastoralis, extra de causa poss. & proprie.* & nota quòd ista lex loquitur de quacumque invasione quæ est rei alienæ manifesta occupatio: *ut l. si mulier, ff. quòd metus causa, & l. damni*, 1. *respons. ff. de damno infec.* invadere non alienum est contra jus naturale: *ut C. de in jus vo. l. venia.* idem si quis possessionem invasit, dominum venientem non admisit: *ut ff. de acqui. posses. l.* 1. §. *fi.* & hoc idem si suspicatus fuit, possessione se posse repelli: *ut ff. undè vi, l. si autem, & de acq. pos. l. sed & si nolit*: unum tamen non omitto, quòd in clandestino invasore non habet locum ista lex cum debeat hoc verbum por fuerza ponderari, sed si clandestinus invasor dominum redeuntem non admittit, privat eum civili, pro qua datur interdictum undè vi, & tunc etiam darem hujus legis conditionem *per* §. *qui ad nundinas*: dumtamen pœna non egrediatur delictum, nec rem in qua committitur: *ut C. de pœnis, l. sancimus, ut ff. de his qui ut indig. l. rescriptum, hoc tenet Ci. in alleg. l. si quis in tanta, q. fi.* Clandestinus enim invasor efficitur violentus, si dominum redeuntem non admittit: *ut d.* §. *qui ad nundinas, & notat Salic. in l. si ut proponis, C. si reus vel accusa. mor. fue.* In clandestino autem invasore potest intelligi lex ista *per l. rem quæ nobis, ff. de acqui. posses. & per l. vim facit, ff. de vi & vi ar.* dum tamen habuit animum ut vim inferret si aliquid invenisset: *ut ff. de furtis, l. si quis ex domo, & hoc tenet glos. in alleg. l. si quis in tantam.* Item nota, quòd cadens à possessione sine culpa, & per vim spoliatus eodem privilegio gaudet quoad restitutionem spoliationis: *notat Ant. in cap. cum dilectus de ordi. cog.* quia generaliter occupans possessionem dicitur spoliator, ut ibi, & quodcumque possessorium dicitur interdictum recuperandæ quoad privilegium restitutionis: *Ant. in cap. fi. de ordi. cogni.* Item nota, quòd injustum Judicis mandatum non videtur spoliantem excusare à restitutione: *ut est text. in cap. conquerente, de resti. spo. & Anto. in cap. sæpè, eod. tit. & in l. meminerint, C. undè vi, & not. in c. Ecclesia, de consti. & Bar. in l. justè, ff. de acqui. pos.* Item nota, quòd etiam in beneficijs Ecclesiasticis habet locum restitutio contra spoliantem, etiam non probato justo titulo, si saltem probetur coloratus, & jus commune non resistat: *ut not. Dominicus in cap. eum qui, de eo qui mit. in posses. lib. 6. & notant Doct. in cap. in literis, de resti. spo. & in c. constitutus, de filijs præsbyterorum, in cap. cum nostris de concess. præben.* nota

cosa que otro tenga en juro (*a*), ò en poder (*b*), y en

ta casus speciales, in quibus spoliatus non restituitur *per Spec. tit. de petitorio, & possessorio*, §. *quoniam*, *per totum.* Item nota, quòd octo sunt remedia spoliationis à jure concessa: *de quibus plenè per Spec. tit. de resti. spo.* §. 1. *ver. sed ut in hac materia*, *& ibi Jo. An. in addit. Spec.* Item nota, quòd licèt aliqui *Doct. in c. cum ad sedem*, *extra de rest. spoli.* dicunt, quòd ad hoc quòd habeat locum interdictum undè vi, vel conditio hujus legis requiruntur duæ copulativæ, scilicèt, quòd expellatur possidens, de possessione, vel quòd non admittatur, & quòd expellens occupet possessionem *per l.* 1. §. *si autem*, *ff. de vi*, *& vi arma.* Si tamen talis violentia fuit ad hoc ordinata, tenetur quantumcumque expellens non occupet possessionem: *ut ibi tenet Anto. de Butrio*, *& notatur in alleg. l.* 1. §. *dejecisse*, *ff. de vi*, *& vi arma*, *aliàs secus*, *ut suprà dixi.* Item nota, quòd pro hac vi expulsiva, & etiam pro turbativa competit actio injuriarum, in qua venit restitutio rei per quamdam consequentiam: *ut l. item apud*, §. *si quis bona*, *& ibi Bar. ff. de injurijs*: qui enim vim tentat duo delicta complicat, scilicèt, injuriam, & invasionem: *ff. de injurijs*, *l. jure fisci*, *ff. de act. emp. l. qui pendente*, *& not. ff. de furtis*, *l. itaque simul*: ergo injuriam, & vim facit, lex ergo quæ permittit resisti, hæc duo permittit, scilicèt, resisti in jure personali, & reali: *notat Bal. in l.* 1. *C. undè vi.* Item nota, quòd ad obtinendum in interdicto undè vi, sufficit quòd spoliatus probet rem possedisse ante tempora dejectionis: *ut notat Host. in cap. cum ad sedem de rest. spoli. in cap. cum Ecclesia de cau. pos. & proprie. & Jo. Fa. inst. de fideicom. hæred.* §. 2. & est ratio, quia cum possessio non admittatur sine animo: *ff. de acquir. pos. quamvis*, *& l.* 3. §. *in admittenda*: semper præsumitur possidere, saltim civiliter, qui primò possedit: *facit C. ad exhiben. l. non ignoravit*, & de hoc vide notabile dictum: *Jo. Fa. inst. de hære. quali. & dif.* 2. *columna.*

(*a*) En juro. Nota primum, quòd requiritur in possidente spoliato, ut scilicèt, possideat rem ut suam jure proprio, non alieno: *ut l. qui jure familiaritatis*, *ff. de acquir. poss.* etiamsi sit detentator non competit ei hujus legis conditio: *ut l. non ab re*, *C. undè vi.* Vel potest exponi: En juro, & sincere, & bona fide quæ præsumitur eo ipso quòd non probatur contrarium: *ut notat in c. sanctorum*, *extra de præscrip. ar. C. qui mili. non po. l. super servis.* Item, potest intelligi in precario possidente, vel ex gratia qui non jure proprio possidet, nec competit ei restitutio: *ut cap. olim* 1. *extra de rest. spo. & cap. quia* 10. *quæst.* 3.

(*b*) Y en poder. Nota secundum quòd requiritur, duo enim principaliter tenetur probare, scilicèt, se possedisse quiete, & jure proprio, ut hic, & per violentiam spoliatum fuisse: *ut cap. olim* 1. *& cap. cum ad sedem*, *extra de restitu. spolia.* & prius agendum est de possessione quis possideat, ut appareat quis fecerit violentiam: *ut l.* 1. *C. de appel. & not. in cap. in literis*, *extra de rest. spo.* & non solum per nos sed etiam per servos, & colonos, possidemus etiam naturaliter: *ut l. si id quòd*, §. *per colonos*, *& l. si colonus*, *ff. de acqui. posses. & l. si de eo*, §. *si forte*, *eod. tit.* hinc est, quòd si ipsi violenter expellantur nobis competit hujus legis conditio per jura suprà allegata. Si enim solum quis habeat detentionem, ut commodatarius vel depositarius solum habeat actionem in factum, vel officium judicis: *ut l. non tantum*, *ff. de peti. hære. & l. manifestissimum*, §. *cum secunda*, *C. de furtis*, *& Bar. in l. rem. quæ nobis*, *ff. de acqui. pos.* Idem, si nullam habeat possessionem, licèt habeat jus in re, vel ad rem, hinc est quòd dicimus, quòd rei hæreditariæ non possessæ non fit furtum: *ut l. contra nurum*, §. *fin. ff. re. amo. & ibi glos. & Doct.* unum tamen casum nota, in quo quis potest impune auctoritate propria ingredi possessionem: *ut dixi suprà tit. de las vendidas*, *l.* 3. Item, *in casu hujus l.* 2. *suprà tit. de las deudas*, *ubi vide quòd super hoc scripsi.* Ex quibus nota, quòd tria operatur possessio, nam possessorem facit esse reum: *ut hic in fi. & ff. de alie. mutan. ju. l.* 2. facit præsumi possessionem esse dominium: *ut l.* 1. *ff. fami. hercis. & de solut. l. Titia.* Item, trans-

transfert onus probationis in petentem: *ff. de probat. l. Titia, notat Bal. super Innoc. in c. cum m. Ferrariensis, extra de const.* ubi ipse notat, quòd lite pendente non debet aliqua pars privari commodo possessionis, imò debet inhiberi actori ne accedat ad possessionem rei: *C. finium regum, l. constituerit, facit C. undè vi, l. meminerint, C. si per vim, vel alio modo, l. fi. ff. de offic. procur. Cæs. l. fi. C. de bonis vacan. l. fi. lib.* 10. ea namque quæ fiunt lite pendente in præjudicium possessoris sunt revocanda, tamen causa cognita: *ut not. Innoc. & Bal. in alleg. c. cum m. & vide quòd not. ff. de pet. hæred. l. si possess.* §. 1. *& ibi glos.* & si fiant post litem contestatam revocantur officio Judicis sine libello, in attentatis autem ante litem contestatam est non summatim cognoscendum: *ut Innoc. in alleg. c. cum m.* Item nota, quòd innovatio probatur, probato quòd prius possidebam, & tunc possidet adversarius, sed per hoc non probatur spolatio, undè prima probatio bene tenet in officio Judicis, sed non in interdicto undè vi, in quo requiritur probatio violentiæ, ideo utilius est agere officio Judicis, quam interdicto, quòd est notandum ad istam materiam, quòd ubi quis cadit à possessione, & non habet titulum quo mediante præscribat, sivè sit possessio rei mobilis, sivè immobilis, potest ipsam petere conditione: *ex l. si coloni, C. de agri, & cens. lib.* 11. scilicèt, ut restituatur primò possessori, & hoc si cum vitio, & non aliter ad secundum deveniat, si autem absque vitio talis res ad alium non pervenerit non competit possessorium, sed triticaria, vel conditio: *ex l. si me, & Titium, ff. si cer. pet. ut not. Bar. in alleg. l. si coloni.* Item, competit conditio: *l. diffamari, C. de inge. ma.* diffamanti alienum statum, cui assignatur terminus ad probandum de jure suo, & non probanti imponitur silentium ne ulterius diffamet, vel etiam inquietet, qui si non paret sententiæ punitur, ut ibi est casus, ex quo nota secundum Bal. ibi quòd diffamare est in vulgo prædicare, vel coram Judice diffamare, etiam non in figura judicij, & si aliquid diffamandi causa dicatur, etiamsi coram paucis quis diffametur, tenetur diffamans: *ut ff. de injurijs, l. item apud, §. ex his apparet.* Item, nota ad suprà dicta, quòd si dominus, & possessor timet, ne is quem jure expulit recedat, ipse potest Judicis officium implorare, ut eum in possessionem protegat, & defendat: *ut est text. in l. si servus, C. quòd cum eo. & ibi Salic.* & sic habes quòd adversus violentiam futuram Judex requisitus debet quem protegere, licèt eum requirens possit propria auctoritate sibi providere, & se præmunire: *ut notant DD. in l.* 1. *C. undè vi, & l. ut vim, ff. de just. & jure, & vide primò ff. de offic. procur. Cæs. l. fi. & in l. non est verisimile, in prin. ff. quòd metus causa, & in l.* 1. *si necessitate, ff. si mulier ven. not.* & ad hoc nota, quòd executio sententiæ contra eum cui imponitur perpetuum silentium ne diffamet, vel in alijs factis negatis est, scilicèt, si contravenerit puniatur. Item, tenetur satisdare de non veniendo contra: *ut l.* 1. *ff. de damn. infec. & ff. si serv. vend. l. harum l. egi, & ff. de nov. oper. nunc. l. si prius.* Item nota, quòd licèt nemo invitus compellatur ad agendum, tamen cum se astrinxit ad agendum diffamando, cum diffamare est ad judicium provocare tenetur: *ut text. in alleg. l. diffamari.* Item nota, quòd in tali casu sine contestatione etiam pervenitur ad sententiam, quia diffamator infrà terminum non egit, Judex pronunciat eum de cætero non audiendum, nam contumaci jurisdictio denegatur: *ut notatur ff. ex qui. cau. ma. l. sed & si per prætorem, §. si cum decreto.* Item nota, quòd post assignationem termini quis auditur ad agendum antequam judex sibi silentium imponat, postea non, sed an ab ista interlocutoria potest appellari: *dic ut not. in dicta l. Titia, ff. de accusa.* ubi videtur quòd verus contumax in non veniendo non appellat, quòd secus est in vero contumace in non agendo, quòd est nota dignum, & est ratio differentiæ, quia contumax in non agendo videtur deficere à jure suo, non tamen renunciare, & ista est quædam præsumptio judicis non statuti legis, sed contumax in non veniendo se facit à judiciorum copia alienum: *ut l. sancimus, C. de judicijs de quo vide, quòd not. in cle. si autem, de dolo & contu. not. Bal. in alleg. l. diffamari.* Item nota, quòd licita est petitio actoris, ut silentium in hoc intendens uti possidetis, quia est factum negativum: *ut eleganter notat Bal.*

in

paz (*a*), si el forzador algun derecho y habie, pierdalo (*b*): è si derecho y no habie, entreguelo con otro tanto de lo suyo (*c*), ò con la valía à aquel à quien lo forzó: mas si alguno tiene que ha derecho en alguna cosa que otro tuviere en juro de paz, demandegelo (*d*) por el fuero.

---

in l. fi. C. ut lite pendente nulli lice. suppli. concord. cum suprà positis quòd notat Abb. in cap. conquerente, circa fin. de offi. ordi.

(*a*) Y EN PAZ. Nota tertium quòd requiritur, scilicèt, quòd quiete rem possideat spoliatus, scilicèt, sine aliqua interruptione: *ut alleg. cap. sanctorum*, si autem non quiete possideat, sed cum alium spoliavit incontinenti à possessione dejiciatur, tunc non competit ei restitutio, nec hujus legis conditio: *ff. de vi, & vi arma, l. 1. §. vim vi, ff. ad l. Acquil. l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. de just. & jure, l. ut vim*: dico enim incontinenti, videlicet antequam ad alia extranea divertat negotia: *ut ff. de verb. ob. l. continuus, 1. responso, de duo reis, l. duos, §. fi.* potest etiam ex intervallo possidens civiliter possessionem naturalem recuperare recollectis amicis juxta notata *in l. 3. ff. de vi, & vi ar. §. eum igitur, & ibi glos. & Bar. in l. qui possessionem, eod. tit. & ibi glos. fi.* Est tamen notandum, quòd jus recuperandi mea auctoritate non perditur contra violentum si tale est negotium quòd non possit in brevi expediri ut si Princeps expellatur à terra sua: *ut notat Hu. in glos. sua antiqua, 1. dist. cap. jus naturale*: ubi dicit quòd licitum est recuperare quandocumque se facultas obtulerit etiam post decennium, quòd est menti tenendum: *ut refert Bal. in l. si à non dominis, C. de his quia non do. manu.* Requiritur ergo quòd tempore spoliationis quiete quis possideat, ut habeat locum ista lex.

(*b*) PIERDALO. Cum hac pœna *concord. suprà eod. for. lib. 1. tit. fi. l. 2.* & dic pierdalo: non ipso jure sed per sententiam: *ut ff. fami. hercis. l. quoque, §. si fecerit, & C. de aposta. l. 1. & ff. de jure fisci, l. ejus qui, & glos. & Doct. in alleg. l. si quis in tantas.*

(*c*) DE LO SUYO. Etiam ratione proprietatis, & sit proprietas magis debet æstimari quam possessio, nam aliud est rei pretium, & aliud possessionis: *ut ff. uti pos. l. si duo, in fi. nec obstat, l. si mulier, §. qui possessionem, ff. quòd metus causa*: quia in casu hujus legis magis delinquit violenter spolians quam ibi: *ut not. glos. & Doct. in alleg. l. si quis in tantam*: idem quòd hic statuitur cavetur contra eos qui bona morientium vacantia propria auctoritate occupant: ut ordinatio Joan. I. in Soria, pet. 70. *quæ concord. cum l. fi. C. undè vi.*

(*d*) DEMANDEGELO. Nota ergo, quòd non debet quis sibi sua auctoritate jus dicere, sed debet Judicem competentem adire, ut hic: *& C. de Judæis, l. nullus, & hoc est regulare, ut ibi, & quòd me. causa, l. extat, & in rubro, & in nigro, ne quis in sua causa jus sibi di. & l. si quis ad se fundum, C. ad l. Jul. de vi pu. vel priva.* & etiamsi quis habeat sententiam pro se non licèt auctoritate sua rem occupari: *ut plenè not. Henr. in cap. cum nostris, extra de conces. preben. & Doct. in cap. pastoralis, extra de privile. & foro juz. lib. 8. tit. 1. l. 5. fallit tamen regula supradicta in casibus, C. quando lice. sine judi. se vin. l. 1. & 2. C. de pign. l. 3. & C. quorum leg. l. 1. §. 1. & de justi. & jure, l. ut vim, & alleg. l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. & l. quemadmodum, §. 1. C. undè vi, l. 1. C. de jure emphi. l. 1. C. de methatis, l. devotum, ff. quæ in frau. cre. l. ait prætor, §. ait prætor, de decuri. l. generali, & si quis decuri, vel coar. l. 1.* Item, si delictum tendit ad injuriam reipublicæ cuilibet licitum est propulsare, sicut injuriam patris, & matris: *de just. & jure, l. veluti, & not. Bal. in lib. feu. tit. de pace jura fir. l. hac edictali, §. si quis vero*, ubi quærit. Si ego possum propria auctoritate per vim etiam armatam ingredi possessionem, nunquid possum vendere hanc rem, & reddere jus emptori, quòd sua auctoritate occupet, dicit Joan. quòd non, nam licèt marito occidere adulterum, tamen non est licitum occidere ei cui vir com-

commissit: *ff. ad Silla. l. si quis in grav. sed Accur. not. contrarium*, *ff. de vi, & vi arma*, *l. cum fundum*, *& hoc facit ad q. de facto*: dicit statutum, quòd offenso liceat facere suam vindictam, nunquid poterit alij illam demandare, & dic quòd non secundum opinionem Joan. quam credo veram in casu dicti statuti: *ut hæc notat Bal. in dict. l. hac edictali*, §. *si quis verò*. Item, nota casum in quo fallit ista lex, nam dominus potest sua auctoritate auferre vestem famulo, quam sibi dederat, ut eum associaret: *ff. de peculio*, *l. id vestimentum.* Ultimo nota ad materiam hujus legis, quòd vim passus potest agere, vel contra rem tenentem, vel contra spoliantem: 3. *Part. tit.* 2. *l.* 30. Item, potest agere interdicto, undè vi, ut hic vel interdicto uti possidetis. Item nota, quòd in hoc interdicto uti possidetis, si duo æqualiter probant: *vide cautelam quam ponit Spec. tit. de petitorio*, *& possessorio*, §. 1. *ver. quid si peto*, *cum ver. seq.* Item nota, quòd eo quòd adversarius assumpsit pertinaciam litigandi, & non probavit de jure suo, & de justa possessione agentis apparet, videtur probata molestia, ut notabiliter per Lapum in suis allegationibus, *alleg.* 65. *cum seq.* Gratia cujus nota, quòd in interdicto uti possidetis, finis sententiæ est facere adversarium petitorem, non absolvere dominium: *ut l. exitus controversiæ*, *de acqui. poss. & l. incerti*, *de interdict. & l. si de vi*, *ff. de judicijs*: & hoc etiam si in possessorio esset de dominio liquidatum, quia super dominio non potest fieri sententia, cum non sit super dominio lis contestata: ergo nec probatio, *ut C. qui legi. perso. l. momentaneo*, nisi quatenus se extendit in adminiculum possessorij ad justificandum, ad hoc *extra de probatio c. causam*, vel ad præsumendum de antiquiori possessione quam antiquior titulus facit præsumi: *ut eleganter notat Jaco. de Are. C. de rei ven. l. quotiens*, *hoc not. Bal. in l. post sententiam*, *C. de sentent. & interl. omnium judicum.* Item nota, quòd qui prætendit possessionem in re aliena, quam scit alienam, vel tenetur scire per statutum legis, vel canonis, præsumitur malefidei, quia non possidet cogitatione domini: *ut C. de furtis*, *l. apud antiquos*, nisi possideat titulo competenti, vel longa patientia: *ut not. ff. de usuris*, *l. cum de in rem verso*, *& ff. si serv. ven. l. si quis diuturno.* Sed nec illud est omittendum, quòd quia apparenter est in possessione, præsumitur etiam existenter, & realiter possidere: *arguunt DD. per l. Titia*, *ff. de solut.* & ibi innuitur quod præsumatur titulus pro suo, cum non appareat de alio, sed tu dic, quòd titulus pro suo non oritur sine adminiculo juris concurrente, nec etiam solo animo nascitur, nemini enim à seipso titulus pro suo oritur, sed ex alio titulo concurrente, aut ex legis dispositione: *ut ff. pro suo*, *l. si ancillam.* Illud etiam nota, quòd nemo possidet, nisi sciat se possidere: *ut ff. de usuris*, *l. sequitur*, §. *cum in potestate*, *notat Bal. in alleg. l. post sententiam.* Qualiter autem dominium in judicio deductum probatur: *Salic. in l. cum res*, *C. de probat. distinguit*: aut deducitur in judicio agendo, aut excipiendo. Primò casu, aut principaliter, aut incidenter. Si principaliter, ut est videre in rei vendicatione, in qua quis se dominum rei petit declarari, & tunc dominium debet probari directò per aliquem modum de jure gentium, vel civili: *ut l. in rem*, *in princ. ff. de rei ven. & l. de eo.* §. *fi. ff. ad exhi.* fallit si agatur contra possessorem, ut violentum, ita quòd violentia in libello allegaretur, qua probata violentia, non expedit aliter dominium probari: *ut C. de præscript.* 30. *annorum*, *l. si quis emptionis*, §. *sed hoc super illis*, *& ita not. in l. ita ut si fur. ff. commo.* Sed forte in dicta lege si quis emptionis, non agitur declaratoria super dominio: *ut de hoc ipse Salic. in l. vis ejus*, *C. de probat.* Si verò dominium in petitione reducitur incidenter, ut patet in Aquil. quæ competit domino: *ut l. item mella*, §. *legis*, *ff. ad l. Aquil.* & tamen petitio est de emendatione damni, & etiam in conditione furtiva quæ competit domino: *ut l.* 1. *ff. de cond. fur.* & tamen non petit qui agit se dominum declarari, sed restitui, vel ejus æstimationem: *ut l. in re furtiva*, *ff. de cond. fur.* patet etiam in hypothecaria: *ut l. & quæ nondum*, §. *quòd dicitur*, *ff. de pig.* & in istis dic, aut ad probationem dominij inducitur possessio quam habet de præsenti qui dominus, & tunc possessione illa de præsenti probata, præsumptivè probatur dominium, ideo qui agit Aquil. probato quòd rem possidet, in qua damnum

Ley V. Como el que confesáre en Juicio el daño, lo pague como la Ley manda.

QUando alguno fuere demandado sobre algun daño que ficiere, è aquel que fizo el daño lo conosciere ante el Alcalde, peche el daño asi como manda la Ley (*a*): è si lo negáre (*b*), y el demandador gelo probáre, peche las costas que sobre ello fizo, y el daño doblado (*c*) que manda la Ley.

---

num datum fuit, præsumitur dominus: *ut C. de fur. l. apud antiquos*, & creditor si agit hypothecaria contra debitorem non habet necesse probare nisi quòd ipse debitor rem quam obligavit possidet, quia illo probato præsumitur quòd dominus fuit, ut allegatum, & capitulatum fuit, quia quæstionem dominij non habet referre ut convincatur de mendatio, ex possessione ergo de præsenti præsumitur dominium quando incidenter deductum: *& ita not. glos. in l. sicuti*, §. *sed si quæratur*, *ff. si serv. ven. & probatur in l.* 1. *cum glos. ff. famil. hercis.* aut ad probationem incidentis dominij inducitur possessio de præsenti, & non de præterito, & tunc non sufficit: *ut l. & quæ non dum.* §. *quòd dicitur*, *ff. de pign.* fallit tamen in conditione furtiva: *ut Ja. But. in l.* 2. *de furtis*: sed in secundò casu quando dominium deducitur in judicio excipiendo, & tunc potest intentionem actoris fundatam, & non sufficit: *ut l. sive possidetis*, aut ante, & tunc sufficit possessionem probare: *ut l.* 2. *C. ne uxor. pro mari*, *& ibi Sali. hæc est not. Salic. in alleg. l. cum res.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 16. è 17. de la 7. Partida, tit. 15. las quales dicen, que el que confesare el daño sea obligado à lo pagar, caso que otro lo hobiese fecho; pero si ninguno lo hobiese fecho, la tal conosciencia no le para perjuicio. Item, en quanto esta Ley dice, que si se probáre haber fecho el daño, el que le fizo que lo ha de pagar doblado, hase de entender quando lo probáre por testigos; pero si se probáre por juramento, ò confesion de la Parte, no ha de pagar doblado, mas sencillo. Item, si el que negare fuere menor de veinte y cinco años, ò muger à su marido, ò al contrario, basta pagar el daño sencillo, lo qual todo dice la dicha Ley 16.

(*a*) QUANDO, LA LEY. Quæ secundum qualitatem damni dati debet considerari, cum sint diversæ pœnæ, ut in legibus hujus tituli potest intueri.

(*b*) E SI LO NEGARE. Nota quòd convictus de mendacio punitur, ut hic, quòd intelligo si mentitur in judicio, non extra judicium: *ut not. per Bar. in l. eum qui*, *ff. de jurejur.* potest tamen mendax ante litem contestatam pœnitere: *ff. de noxa. l. electio*, §. *si is*, vel statim post negationem: *ut infrà dicetur cui adde quòd not. glos. in l. fi. ff. de rei vendi. & inst. de actio*, §. *item mixta.* Item nota, quòd ratione mendacij quis excluditur à beneficio, hoc autem verum intelligo quando mendacium est circa id quòd est causa beneficij, ut quia negat se socium, fidejussorem, filiumfamiliam, vel similia: *ut ff. pro socio, l. si unus, in fi. & de fideicommissis*, *si dubitetur*, §. 1. *& quòd cum eo*, *l. sed si ex parte*, §. *interdum*, *& de re judi.* Sed hæc ita secus ergo esset in negatione quæ fieret per contestationem negando variata, prout variatur, & petita prout petuntur fieri debere: *& hoc Bar. sumpsit in dicta l. si dubitetur.* Item adde, quòd sicut pœna mendacij afficit possessorem: *ut dicta l. fi. de rei ven.* ita etiam, & simplicem detentatorem: ut sua detentatione privet *secundum Guil. in Spec. de primò*, *& secundò decreto*, §. *restat*, *ver. quid si nominatus*, *de quo Bal. fecit festum in alleg. l. fi.* Item adde, quòd ubi quis punitur ratione mendacij non potest proponere exceptiones contrarias, etiam conditionaliter, vel successive: *ut not. in l. contra qui propriam, C. de non num. pe. ut hæc notat Bal. & Florianus in l.* 1. §. *interdum*, *ff. si quadru. pau. fe. di.*

(*c*) DOBLADO. Nota, quòd adversus inficiantem datur actio in duplum: *concord. l.* 2. §. 1. *ff. ad l. Acquil. & l. contra negantem*, *C. de lege Aquilia*, *& l. inde*

Ley VI. Qué pena ha el que arranca los mojones à sabiendas.

SI alguno arrancáre los mojones, ò los quebrantáre à sabiendas (*a*), que son puestos por departimiento de las heredades, peche diez maravedis (*b*) à aquel à quien fizo el tuerto, è torne los mojones en su lugar: è quanto entráre de lo ageno, entreguelo con

---

inde neratius, §. *hæc actio*, *ff. ad l. Aquil. & ff. de servo. corrup. l. doli*, §. *hæc actio*, *&* 7. *Part. tit.* 15. *l.* 16. quid autem debet duplicari: *vide glos. in alleg. l. inde neratius*, §. *hæc actio*, *ff. de furtis*, *l. in actione furti*, 1. *responso*, *& glos. in alleg. l. contra negantem*, *& glos. in l.* 2. *ff. ad l. Aquil.* & ista probatio debet fieri per testes non per juramentum: *ut ibi notat glos. & vide quòd scripsi*, *infrà eod. lib.* 4. *tit.* 5. *l.* 10. dubitari tamen potest an pœna criminalis in hac actione crescit per inficiationem, & puto quòd non, quia hoc non reperio jure cautum, ergo reputatur omissum: *ut ff. de ver. obli. l. si ita stipulatio facta*, *& hoc not. Bal. super rubrica*, *ff. ad l. Aquil.* adde tamen, huic legi, quòd ad ista pœna dupli excusat justus error respondentis: *ut l.* 2. §. *fi. ff. de jure fisci*, *& extra de elec. cap.* 1. *lib.* 6. Item adde, quòd ubi pœna imponitur ipso jure non potest per negationem augeri, nec per confessionem minui: *ita notat Bart. ff. de peculio leg. l. id quòd servo*, *& pro hoc est casus in l. palam*, §. *pe. ff. de ritu nup.* Item adde, quòd hæc pœna dupli non habet locum si agatur certi conditione generali: *ita not. in alleg. l.* 2. *ff. ad l. Aquil.* nec habet locum pœna dupli si agatur petitione hæreditatis includente hanc actionem: *ut l. ita veniunt*, §. *cum prædiximus*, *ff. de pet. hære.* Item adde, quòd ab hac pœna dupli excusatur, si confiteatur statim post negationem suam revocationem revocans: *ita not. cap. ult. extra de confes. lib.* 6. Item, etiam videtur si ex intervallo confiteatur, dummodo hoc faciat antequam testes adversarij sint recepti. Item adde, quòd si conventus confiteatur factum cum qualitate, sed ad effectum reportandæ absolutoriæ aliquid excipiendo proponit, ut quia dicit, quòd id quòd fecit licuit ei de jure facere, exemplum: *ff. quòd vi aut clam*, *l. si alius*, §. *est & alia*, tunc non est locus huic duplicationi pœnæ: ita videtur terminare *glos. inst. de actio*, §. *item mixta*. Item adde, & aliud, quòd ubi factum agentis dat causam negationi non ejus culpa præcedit, ut quia ejus intentio erat implicata: undè ratione partis potuit totum negare secundùm notata *in l. is qui*, §. *utrum*, *ff. de re. du.* tunc etiam hæc pœna non haberet locum, imò agens debet sibi imputare: *ar. ejus quòd dicitur in simili*, *in l. quòd in hæredem*, §. *eligetur*, *ff. de tributo*, *ut not. Florianus in dicta l.* 2. *ff. ad l. Aquil.* An autem si quis confitetur simpliciter factum, sed negat qualitatem adjunctam facto, an puniatur quasi toto negato: *tangit Bart. in l. eum qui. ff. de jurejur.*

(*a*) SI ALGUNO, A SABIENDAS. Culpa enim vel dolus requiritur, ut locum habeat hujus legis pœna: *ut hic concord. l. sed & loci*, §. *post litem*, *ff. fam. hercis.* Scire enim debuit, quòd suum non erat ad alium pertinebat: *ut l. fi. C. undè vi.*

(*b*) PECHE DIEZ MARAVEDIS. Dicitur enim hæc actio finium regundorum quæ interdum datur pro eo quòd fines aliàs positi avulsi sunt, seu vi turbati, vel occupati, ut ista lex præsupponit, & tunc non dubium quòd ista actio oritur ex delicto sicut interdictum undè vi: *ut notatur inst. de actio.* §. *quædam actiones*, *ubi vide late Jo. Fa.* ubi nota, quòd pro finibus competunt quatuor remedia, primum finium regund.: *de quo in alleg.* §. *quædam actiones*. Item, conditio *ex l. si constiterit*, §. *fi. C. finiun. re.* Item, est accusatio criminalis, & pœna in personam contra illos qui pellunt terminos jam positos: *ff. de term. amo. l.* 1. *&* 2. Item, est pœna *l. agrariæ*, *quæ est l. aureorum si ad hoc agatur*: *ut ff. de termin. amo. l. agraria*, *de quo vide ad plenum Salic. C. de accus. l.* 1. hodie autem pœna criminalis, & pecuniaria per jura suprà allegata imposita refertur ad pœnam hujus legis.

otro tanto de lo suyo (*a*), ò con la valía à aquel à quien lo forzó: è si arando, ò por otra ocasion lo ficiere, no peche pena ninguna: mas con testimonio de dos homes buenos, torne los mojones (*b*) en su lugar.

Ley VII. Como el viñadero puede prendar, y es creido por su jura.

TOdo viñadero que guardáre viñas, si algun home entráre en las viñas (*c*), è ficiere daño, el viñadero tomele peños: è si le defendiere los peños, dé apellido, è à los primeros que y llegáren, diga como fizo aquel daño en la viña: è con su jura del viñadero (*d*) que aquello fizo, peche el

---

(*a*) De lo suyo. Et hoc verum si in alieno intraverit: *ut hic*, *& alleg. l. si constiterit*, *in fi.* Si autem jus habebat in re, illud tantum perdit sicut in constitutione si quis in tantam: *ut not. glos. & Doct. in alleg. l. si constiterit*, formam autem hujus actionis *vide in Spec. tit. de judicijs*, *§. sequitur videre*: an si terminos mutans dicat se possidere, debeat prius de possessione cognosci: *vide notata per Ci. in l. si quis*, *C. fin. reg. & pero. fa. in alleg. §. quædam actiones.* Item nota, quòd in lege divina legitur: Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui, *Deutero.* 19. *Proverb.* 22. 86. *dist. cap. tant.* 12. *q.* 2. *cap. in legibus*, *facit ad hanc l.* 16. *q.* 6. *cap.* 1. *§. quòd autem*, *& foro juz. lib.* 10. *tit.* 2. *l.* 2. & nota, quòd pertinet hæc actio ad prædia rustica: de quibus loquitur *l. concord. l.* 2. *ff. fi. regun.*

(*b*) Los mojones. Et in hoc casu judex de finibus cognoscens mittat agrimensores, qui ipsam finium dirimant quæstionem, & si res exegerit hoc ipse faciat: *ut l. si irruptione*, *§. ad officium*, *ff. fin. regun*, *& C. eod. tit. l. si quis*, *& ibi Ci.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 15. *tit.* 11. *lib.* 5. *de las Ordenanzas Reales: vey la Ley* 11. *de la* 5. *Partida*, *tit.* 13. *è la Addicion que está en la Ley* 2. *tit.* 19. *lib.* 3. *en esta copilacion.*

(*c*) TOdo viñadero, en las viñas. Si enim ubas crudas, sive olivas, vel segetem immaturam quis collegit, vel secuerit, *tenetur Aquil. & l. si servus servum*, *§. si olivam*, *cum seq. fi. ad l. Aquil.* & potest esse ratio differentiæ, de qua suprà, quia colligens fructus maturos facit id quòd est de genere promissorum, secus si immaturos: *ut notatur dicit glos. de fabro*, *vel operario in l. rem*, *§. tignum*, *de rei ven.* Item nota, quòd pœna prodita in vineis circa damnum, per identitatem rationis extendi potest ad damnum hortorum, vel sylvarum, & ad id quòd hic statuitur: *ut not. in l. si quis servo*, *C. de furtis*, *ut tenet Florian. in alleg. §. si olivam.*

(*d*) Jura del viñadero. Nota hic quòd officiali jurato creditur circa ea quæ pertinent ad officium sibi commissum: *facit l.* 1. *§. & sane*, *ff. de offic. præfec. ur. & ff. de rebus*, *eod. l. magis*, *§. ne tamen*, *& de jud. l. cum prætor*: & cum talis officialis jurat fideliter officium suum facere, non præsumendum quòd suæ salutis sit immemor: *ut C. ad l. Jul. pecul. l. jubemus*, & *l. si quis decurio. C. de falsis*: circa alia autem quæ non pertinent ad officium sibi commissum non creditur ei: *ut not. in l. ea quidem*, *C. de accus. & ibi per Ci. q. penult. & l.* 1. *C. de decurio. lib.* 12. *de quo vide quòd notatur per Henr. in cap. cum parati*, *extra de appellat. & quòd notat Bartu. in l. divus secunda*, *ff. de custod. reo.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 9. *de la* 5. *Partida*, *tit.* 8. *la qual dispone copiosamente, asi quando se van, como quando los que se ponen à soldada se mueren, si sus herederos han de haber la soldada de tal defunto, è quánta, si de todo el tiempo, ò de lo que sirvieren: la qual declara esta Ley singularmente.*

daño, y el coto asi como es fuero.

Ley VIII. Como el mozo que sin causa fuere echado de su señor, gana la soldada.

Si algun home cogiere à otro à soldada (*a*) à plazo, è lo echáre de su casa ante del plazo sin su culpa (*b*), dele toda su soldada del año: è si el mancebo dexáre al señor ante del plazo sin

(*a*) Si algun, a soldada. Quæ quidem est soldata paternatio quædam annua, & gratuita quæ à neutra parte transit in hæredem, morte enim dantis vel accipientis finitur: *ut lib. feu. tit. quis dicatur dux marchio. cap.* 1. Et ibi Bald. de ista tamen non loquitur ista lex sed de locatione operarum, ex qua nota, quòd quis potest operas suas libere locare etiam in perpetuum, quia potest se liberare interesse præstando: *ut ff. de re jud. l. si quis ab alio*, §. *fin. vel serviendo per substitutum, ut C. de Episcop. & Cleric. l. quisquis*, *& l. ad similitudinem*, *& in auct. de Sanct. Episcop.* §. *hominis*, *coll.* 9. *& ff. de usufruct. le. leg.* 3. Si tamen quis operas suas in perpetuum locaret, tali pacto adjecto, ne liceat ei per sustitutum servire, nec interesse præstando liberari, tunc non valeret talis locatio, quia esset in præjudicium libertatis, non enim haberet liberam facultatem faciendi quòd velit, nec multum distaret à servitute, ex quo non daretur sibi libera facultas recedendi quo velit: *ff. de condi. & demon. l. Titio*, §. 2. *ff. quarum re. actio non da. l.* 1. *& hoc tenet Spec. tit. de loca.* §. *postquam ver. quid si quis locavit*: esset enim inutilis libertas: *ut l. antiquitas*, *C. de usu*, *& habi. insti. loca.* §. *ne tamen.* Item, si quis promittat opera in perpetuum per se explere quando est electa certa industria personæ, ubi tunc non potest per alium explicare: *ut ff. dele.* 3. *l. fideicom.* §. *fi. & de sol. l. inter artifices*: aliàs posset se liberare interesse præstando: *ut ff. de ver. obli. in stipulationib.* §. *& operarum stipulat. &c. ut tenet Ci. in alleg. l. antiquitas*, *in fi. & in l. si hi contra*, *C. loca.* Item nota, quòd locans operas suas compelli potest ut serviat: *ar. C. de act. & obl. l. sicut.* Non tamen potest compelli nisi mercedem accepit, quia nisi causa contractus impleta sit ex parte agentis non potest agi: *ut l. Julianus*, §. *offerri*, *ff. de act. empt. & not. Ci. in l. eden. & in l. si hi qui C. locat. quòd est notandum.* Sed pone famulus meus non vult mihi servire, ego volo eum expellere, & de præterito tempore nil volo ei dare: respondet Bald. *in l. eod. C. loca.* quòd si tantum damnum patior ex recessu quantum commodum habui pro servitio, & accessu, non teneor propter compensationem hinc inde. Si autem de ejus recessu non est mihi damnum, nec interesse, solvere debeo pro rata temporis: *hæc Bald. ubi suprà.* Item, famulus qui est contumax, & non obedit domino suo, perdit salarium: *ut concludit Bal. in l. Nensenius*, *ff. de excus. tut.* Item, si non stetit per mercenarium quominus serviret, debet habere totum salarium: *l. qui oper. ff. loca. & l. si ædes*, §. *fi. eod. tit.* Item nota, quòd jurans servire alicui pro certo salario quolibet mense solvendo, si cessatum est in solutione poterit sine metu perjurij jurans à servitio desistere: *ut exemplificat Host. in cap. pervenit* 2. *de jurejur.* Et sic est notandum, quòd ubi juramentum respectivè præstatur alicui ad aliquid per ipsum implendum, recipit tacitam conditionem, si illud quòd est implendum impleatur, & sic juramentum præcisè non necessitat antequam ab alio impleatur: *ut concludit Ant. in alleg. cap. pervenit*, quæ autem sunt operæ obedientiales, reverentiales, honorificæ, obsequiales, officiales, & artificiales: *vide plenè Bal. in l. liberti. ff. de operis liber.*

(*b*) Sin su culpa. Ergo si dominus est contra operarium servum, vel alimenta ei non ministrat, vel pactionis fidem ei non servat, non incurrit operarius hujus legis pœnam, etiamsi dominum dimittat, quia culpa domini præcessit, juxta regulam quòd quis sua culpa: *extra de regu. jur. lib.* 6. *cum suis concord.* dominus enim tenetur facere expensas operarijs, & famulis etiam infirmis: *ut est text. in l. suo victu. ff. de operis liber. & glos. in l. arboribus*, §. *de illo*, *ff. de usufruct.*

su culpa, pierda la soldada (*a*), è pechele otro tanto: è si el señor le hobiere algo dado de su soldada, y el mancebo lo negáre, el señor sea creido por su jura fasta un maravedi: è si algun daño le ficiere, pechegelo, è no le fiera por ello.

Ley IX. Como el Merino ha su derecho, aunque las Partes se convengan.

SI alguno firiere à otro, y el ferido diere la voz (*b*) al Merino, è à los Alcaldes, maguer que se avenga con aquel que le firió, por los fieles, ò por sí, ò por otro qualquier, no pierda (*c*) el Merino la caloña, ò aquel que la hobiere de haber, pues la voz (*d*) le fue dada.

(*a*) La soldada. Nota tamen, quòd famulus infirmus debet habere salarium, sed postea tenetur per tantumdem tempus sicut fuit infirmus servire: *ut tenet Ci. in l. cum quidam, C. de cond. inser. & Bar. in l. oper. ff. de usufruct. le. & Spec. tit. de loca. §. postquam, ver. quid si faber.* An autem minor decennio posset servire, & ei solvatur salarium: *vide quòd not. infrà eod. lib. tit.* 23. *l.* 2.

ADDICION.

En las causas civiles cómo se ha de proceder quando la Parte que pidió se aparta del Pleyto, vey la Ley 8. tit. 22. de la 3. Partida. Concuerda con esta Ley, la Ley 28. de la 7. Partida, tit. de las acusaciones, que pone cinco casos en que esta Ley ha lugar: è si el acusado muere, ò se mata, cómo la acusacion se ha de proseguir, vey la Ley 23. è 24. del dicho tit. è la Ley 9. tit. 13. lib. 4. de las Ordenanzas Reales.

(*b*) Si alguno, diere la voz. Nota ergo ex hac lege, quòd data querela non perdit officialis pœnam sibi debitam, licèt fiat compensatio, vel transactio inter partes, ut hic est casus.

(*c*) No pierda. Nota quòd non prodest remissio injuriæ facta per injuriatum injurianti quoad vindictam publicam, licèt prosit quantum ad actionem competentem remittenti: *ut l.* 1. *§. sed si forte, ff. de injurijs, & ff. ad l. Jul. de vi pub. l. qui cœtu. §. qui vocantem, & ff. de pactis, l. jurisgentium, §. si paciscar. & vide circa hoc quòd dixi suprà tit. de los denuestos, l.* 1.

(*d*) La voz le fue dada. Crimina enim semel audita indiscussa non debent relinqui, nec sub dissimulatione transire, etiamsi accusatus cum accusato in gratiam redijsset: *ut c.* 1. *&* 2. *extra de collusi.* undecumque enim crimina claruerunt statim punienda sunt: 24. *q.* 3. *c. ecce*, an autem licèt super crimine de quo quis est impetitus transire: *vide plenè Henr. in c. extra de transact. & in l. transigere, & ibi Bar. C. de transact.* 2. *q.* 3. *§. notandum, ver. his omnibus, &* 5. *q.* 2. *c. si primates,* 7. *Part. tit.* 1. *l.* 33. de pœna autem transigentis cum fure sine Judicis mandato, *vide infrà tit. de los furtos, l. pe.* Item, si accusator non prosequitur accusationem, an potest Judex inducere testes per se? *Ci. quòd sic, C. de abolitio, l.* 2. *Bar. contra in l. qui accusare, C. de eden. & Spec. tit. de inquisi. §. quando autem, ver.* 2. Item, an accusator incidat in turpilianum, si desistat ab accusatione ante litem contestatam: *not. C. ad turpil. l.* 1. *glos.* 1. *& ibi Ci. & ff. eod. tit. l. quæsitum, & ibi Bar. & Spec. tit.* 1. *de accus. §.* 5. *ver.* 1. *& ibi Jo. An. in addi. Spec.* Item, quando videatur ab accusatione disistere accusator, & an potest iterum accusare: *vide l. qui destitit, & l. destitisse, & l. ab accusatione, ff. ad turpil. & l. destitisse, ff. de minor. & l. destitisse, ff. de judicijs, & l. postquam, C. de pactis, & cap. destitisse* 2. *q.* 3. *& Doct. in tantum, extra de abol. & in cap. cum dilectus, de ordi. cog. & ibi Henr. & in cap. cum dilectus, de purga. cano.* Item, an accusator potest pœnitere: *not. Ci. C. de accu. l. pe. & l. fi. & in l.* 2. *in fi. C. de exhi. reis, & vide notata, C. ad l. Cornel. de fal. l. athletis, & ibi Bar. & extra de accus. c. licèt in beato, glos. pe. & Host. in summ. de calumn. § qualiter.*

AD-

Ley X. El que fuerza, ò daño ficiere por mandado de su señor, es sin culpa.

QUien por mandado (*a*) de su señor (*b*), quier sea fijo-

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 5. de la 7. Partida, tit. de los daños, que dispone, que el daño que hace el hijo por mandado de su padre, ò el vasallo, ò siervo por mandado de su señor, ò el frayle, ò religioso por mandado de su mayor, que el que lo mandó es obligado à satisfacer el daño, è no aquel que lo hizo. Y esta Ley ha lugar en las causas civiles, pero en las causas criminales amos han de haber pena, asi el que lo hizo como el que lo mandó, è la pena del uno no escusa al otro: sobre lo qual vey la dicha Ley.

(*a*) QUIEN POR MANDADO. Idem, si prece domini, quia rogamina dominorum habent vim præcepti vel mandati propter injunctam reverentiam: *ut l.* 1. §. *qui onerandæ*, *ff. quarum re. actio non da. & nota in cap. unusquisque* 22. *q.* 3. *& not. Pet. de Ancha. in cle.* 1. *extra de test.* Idem, etiamsi non expressè dominus mandat, sed ex verbis possit voluntas deprehendi, ut si dominus dicat famulo injuriato, nunquam redeas ad domum meam, si ego non sentio aliquid de isto negotio, tunc si famulus occidit injuriantem, tenetur dominus: *ut not. Bar. in l. si quis mihi bona*, §. *quoniam quid si mandavit*, *ff. de acqui. hære.* Idem, & simplex scientia habet vim præcepti: *vide quòd notat Floria. in l. si servus*, §. *is qui*, *ff. de noxali actio.* Item nota, quòd quando præcedit mandatum alicujus de aliquo faciendo, si illud tu facias postea, licèt non exprimas te facere nomine illius præsumitur quòd nomine illius, & pro illo feceris: *ut l. qui in aliena.* §. *is qui*, *ff. de acqui. hære. & vide ibi Bart.* Item nota, quòd in arctioribus, etiamsi non secutum fuit maleficium, mandans tenetur, ut extraordinariè puniatur, nam tunc ex solo mandato obligatur: *ut alleg. l.* 1. *ff. de extraor. cri.* & non obligatur ex ipsius delicto, secus si sit leve, quia tunc non tenetur: *ut alleg. l. item apud*, §. *si curavit*, *ff. de injurijs*, *not. Floria. in l. liber homo*, *ff. ad l. Aquil.* adde etiam teneri mandantem secuta executione mandati, etiam diu post mandatum subscriptum, vide latius Florianum ubi suprà.

(*b*) DE SU SEÑOR. Cui, scilicèt, tenetur parere necesse: *ut cap. Julian. & cap. qui resistit* 11. *q.* 3. *l. liber homo* 2. *ff. ad l. Aquil.* adimplere enim tenemur præceptum: licèt vix tolerabile 19. *dist. cap. in memoriam*: & ex hac lege nota, quòd necessitas parendi domini mandato facit cessare doli præsumptionem: *concord. ff. de bonis lib. l. qui cum major*, §. *si pater*, & talis necessitas inducit præsumptionem contrariam, scilicèt, fraudis, & doli, non præsumendi: *ut ff. de solu. l. si stipulatus*, §. *si lancem*, *& de aqua plu. ar. l. quamquam*, *in princ. facit l. non videtur*, §. *qui jussu. ff. de re. jur. & l. si quis*, *ff. ad Vel.* & intelligo señor, scilicèt, qui potest imperare ratione dominicæ potestatis: *ut not. in c. in litteris extra de testi.* vel ratione jurisdictionis: *ut in cap. quòd quis mandato, extra de re. jur. lib.* 6. *cum suis concord.* suppositus enim potestati mandantis excusatur propter jussum in levibus: *ut alleg. l. liber hom.* 2. *ff. ad l. Aquil.* tamen non in atrocioribus: *ut l. non videtur*, §. *qui jussu. & l. ad ea*, *ff. de re. jur.* Si vero mandatarius non subjicitur potestati mandantis, nec ei tenetur necesse parere, tunc punitur mandatarius tanquam principalis, & mandans tanquam causam præbens æqualiter: *ut l. non ideo minus*, *C. de accusa. & l. non solum*, §. *si mandato*, *ff. de injurijs*, *& ibi Bar. ff. de vi*, *& vi arma*, *l.* 1. §. *dejecisse*, *& de jure fisci*, *l.* 2. §. *divus*, *&* 7. *Part. tit.* 15. *l.* 5. An autem dominus mandans dicatur vere, vel interpretative agere: *vide Ci. & Bar. & Salic. in alleg. l. non ideo minus*, *& Bar. in l. sed si unius*, *ff. de injurijs*: & quòd hic dicitur, quòd mandans tenetur, est verum in his quæ per alios explicari possunt: secus in adulterio, & similibus quæ non possunt per alios explicari: *ut not. glos. notabiliter*, *& ibi Dominicus in c. sciant cuncti*, *de elec. lib.* 6. ubi dicit Dominicus, quòd licèt adulterium factum per mandatarium non posset dici factum per mandantem, cum factum alterius non potest dici meum: *ut l. verum*, *ff. de reg. jur.*

dalgo, quier no, quier libre, quier siervo (*a*), quier franqueado, ficiere algun daño, ò fuerza, ò otra cosa desaguisada, no haya pena ninguna: mas el señor que gelo mandó (*b*) facer, sufra la pena del

---

jur. & extra de præben. cum in illis, & cap. mandatum: tamen injuria adulterij potest fieri per alium, sicut homicidium juris fictione: *ut in cap. cum quis, & c. mulieres, de sen. exc. Bar. dicit, quòd alleg. glos. cap. sciant cuncti*: salvatur, quòd in actibus qui non possunt fieri per ministerium separatum à corde, ut est adulterium, qui per alium facit non dicitur verè per se agere. In actibus tamen qui possunt explicari per ministerium separatum à corde, ut in homicidio, & similibus, & tunc si instrumentum recipit vim, & impulsum ab ipso mandante, sicut in fatigante sagittant, ipse verè dicitur facere, aut per alium qui vim habet ex se ipso, & tunc mandans dicitur facere fictivè, & interpretative, non verè, sed dic melius secundum Dominicum super dicta glossa, quòd si consideramus ipsum factum quantum ad effectus naturales qui ex ipso proveniunt, vel requiruntur, nunquam sunt paria facere per se, vel per alium: *& sic intelligitur alleg. glos.* Si vero consideramus factum quantum ad effectus civiles qui consistunt in reprimendis injurijs unius proximi ad alium, & isto casu sunt paria quoad injuriam committere adulterium per alium, vel per seipsum: *ut hoc notat Dominicus ubi suprà.* Item, in eo quòd dixi in atrocioribus, quæ dicantur delicta atrociora *not. Ci. Bart. & Salic. in alleg. l. non ideo minus, & per Florianum in l. liber homo, ff. ad l. Aquil.* hodie autem per legem istam in casu suo dicuntur atrociora ea quæ contra regem, vel contra ejus dominium sunt, quæ non excusant mandatarium quantumcumque subjectus sit potestati mandantis. In alijs autem excusatur, ut hic, nam is verè committit, cujus auctoritate vel mandato delictum committi mandatur: *ut cap. mulieres, extra de sen. excom.* Non tamen credo quòd ista lex extendatur ad omnes casus etiam atrociores, ut homicidium, & furtum, & etiam præter casus hic exceptos, scilicèt, contra regem, & ejus dominium, quia contineret iniquitatem, & esset contra jus divinum. Non occides, &c. loquitur ergo in levibus, ut omnia alia jura loquuntur, quòd patet ibi dum dicitur: daño, ò fuerza: *cum qua concord. alleg. l. liber homo, & ibi glos. not.* vult ergo dicere ista lex, quòd etiam in levibus quæ fiunt contra regem, vel ejus dominium non excusatur obediens, qui intellectus est amicus juris, & rationi consonus, & quòd in atrocioribus non habeat locum est expressum: *infrà eod. lib. 4. tit. 10. l. 2. in fi.* Si autem Judex mandet id quòd est injustum, vel ad officium suum non pertinet, non tenetur ei subditus obedire: *juxta notata in cap. ea quæ fiunt, extra de reg. jur. lib. 6. & in l. factum à judice, ff. de reg. jur. & in cap. quia frater 7. q. 1. & vide glos. notabilem in cap. ad aures, de tempo. ordi. & Henr. in cap. universitatis, de sen. excom. & Bart. in alleg. l. si quis mihi bona, ff. de acquir. hære.*

(*a*) Quier siervo. Qui est capax accusari ad pœnam criminalem corporis afflictivam, licèt tunc dominus possit pro suo interesse pro eo respondere: *ut l. 2. C. de accusa.* non tamen potest accusari, ubi ex crimine esset ei imponenda pœna pecuniaria: *ut ibi not. & in l. hos accusare, ff. de accus. concord. for. juz. lib. 7. tit. 2. l. 5. & lib. 8. tit. 4. l. 6.*

(*b*) Que gelo mandó. An autem mandans teneatur pœna homicidij vigore statuti: *vide Florianum, in l. utique, §. Celsus, ff. ad l. Aquil.* nota, quòd mandans licèt non dicatur verè facere, dicitur tamen fictè facere: *concord. l. 1. §. dejecisse, ff. de vi, & vi arma, & in jur. suprà alleg.* Sed est notandum, quòd tunc mandans dicitur concurrere ad actum delicti fictè quando mandatum est causa finalis delicti, vel saltim impulsiva, mandans enim non concurrit cum faciente, nisi concurrat ut causa, vel occasio, sed ubi aliud præcisè est in causa, tunc mandatum non est causa finalis, nec impulsiva sed nulla, ut si ego mandarem Regi Castellæ, quòd minister minor debet subesse domino suo, & ideo in quadam inquisitione fuit manifesta falsitas, in qua continebatur, quòd familiaris mandaverat domino, nam verificari domini sermones secundum communem opinionem

fecho: ca aquel que lo fizo por mandado de su señor no es en cul-

nem habentium intellectum: *ff. de evict. l. si ita quis in fi.* ibi dum dicit, quòd nemo sanus probaverit. Idem si dicatur quòd filius mandavit patri, vel minor frater majori, quia experimentum sermonum est ut concordet cum rebus sensatis, vel verisimilibus: *ut C. de quæst. l. milites*, §. *oportet.* Nam id quòd est valde longe à verisimile est quædam falsitatis imago, probatur enim mandatum si dixi per verba imperativi modi percute: *ff. de infam. l. ob hæc verba*, *&* *glos. in cle.* 1. *extra de pœnis*: verbum tamen imperativi modi quandoque ponitur permissivè: *C. de transact. l. age.* dicitur etiam mandare qui rogando optat se ulcisci: *ut dixi in princ.* Idem si locutus est ad aurem, & secutum est factum illo instanti, & præcedit capitalis inimicitia præsumitur mandatum: *ut notat Bar. in alleg. l. si quis mihi bona*, §. *fi. & de privil. cred. sine utri.* §. *fi. & ar. in l. dubium*, *C. de repu.* vel si erant pariter inimici præsumam consilium, & sic in mitiorem partem, quia efficacius, & durius obligat mandatum quam consilium: *ut not. in cap. nullus ex consilio, extra de reg. jur. lib.* 6. Si autem non præcesserunt causæ, nec causatum non præsumo mandatum, & si præcesserant capitales minæ, quia plura sunt quæ terrent quam quæ nocent ex personis denique, & ex causis, & moribus, & ex animositate loquentium dicta pensamus: *quòd metus caus. l. metum non est jactationibus*, *ff. de act. & obli. l. fi. & C. si quis imper. maledi. l.* 1. *& ff. ad l. Jul. majes. l. famosi*, §. *hoc tamen crimen*, *& facit quòd not. Jo. An. extra de præscrip. cap. litteras.* Ratione etiam familiaritatis, vel conversationis præsumitur quis culpabilis: *extra de rest. spol. c. cum ad sedem*, *& ibi glos.* Item, qui rixam prævidere non potuit non videtur dedisse favorem, nec opem: *ut not.* 23. *q. fi. cap. fi.* nec ille qui non juvat offensum, licèt peccet, si commodè potest juvare, & non juvat: *ut not. ff. de re. jur. l. culpa caret.* Item, nemo punitur de mandato, nisi probetur ordo temporis, scilicèt, quòd mandatum fuit ante factum, vel in facto: *ff. mand. l. si verò non remunerandi*, §. *si post creditam*, *& adde notata C. de transact. l. sub præ-textu* 1. *& quòd not. in l. si quis id quòd*, §. *fi. ff. de jurisd. omn. jud.* Idem dico in consilio, quòd est notandum, quia de præteritis nullum potest esse consilium, sed de futuris contingentibus consiliamur. Item nota, quòd consilium quòd verisimiliter potest se habere ad bonum, & ad malum, ille qui dat consilium potest illud interpretari: *ar. ff. de re jud. l. actoris ideo*, & sine interpretatione hominis interpretatio legis fit in meliorem partem: *ff. pro socio*, *l. merito.* Item nota, quòd mandans non punitur tanquam faciens, nisi delictum possit sibi inesse per rerum naturam, undè si pupillus doli capax mandat falsum testem fieri, non punitur ut falsus testis, sed aliàs extraordinariè, quia in impubere non cadit perjurium: *ut not. Bal. C. ad Silla. l. fi.* porro in adulterio non punitur mandatum, ut mandatum, sed ut tractatus, vel consilium, quia naturaliter in illo actu non possunt concurrere plures ad simul delinquendum, & quia non perficitur nisi naturalibus instrumentis, & quia est delictum in quo idem agit in seipsum, & extra se, sed alia delicta in alium fuit: *ut not. ff. de adult. in glos. rubricæ*: quia ergo requirit actum intrinsecum utriusque partis non potest fieri per alium: *ut C. de caducis tollen. l. unica*, §. *nec autem in ver. vel uxorem ducere*, *&c. & not. in l.* 1. *quotiens*, *ff. de vi*, *& vi arm. in ult. glos. cave tibi quòd illa glos. not.* dicit quòd non puniatur, sed dicit quòd non punitur ut mandatum, sed ex alio capite hæc notat eleganter *Bal. in l.* 1. *C. de servis fugi.* Item, nota circa hanc legem, quòd imputatur domino temporali si ejus milites vasalli, & officiales occupant aliorum bona, videtur enim per hoc tacite consentire, & ei imputatur nisi resistat: 23. *dist. c.* 1. *&* 3. *cum concord.* nedum enim domini qui possunt prohibere delicta à suis subditis tenentur, sed consentire videntur: *ut in cle. frequens de exces. præla. & c. quia præsulatus* 1. *q.* 4. Sed etiam penitus tenentur: *ut not. in cap. quantæ*, *extra de sen. excom. & Di. in regula culpa caret*, *extra de re. jur. facit cap. constitutis*, *de testi. & cap. cum ad sedem de resti. spo. & cap. Petrus*, *de homicid. & ibi glos. vide foro juz. l.* 6. *tit.*

tit. 4. *l.* 2. *& lib.* 8. *tit.* 1. *l.* 1. *& Styllo*, *l.* 154. Quid enim de dante licentiam alicui occidendi, vel capiendi aliquem, an teneatur licentians vel faciens, *vide eleganter Guil. & alios DD. in cap. quicumque, extra de sen. excom. lib.* 6. Sed circa hanc materiam quæro, quid si Titius mandat Sejo quòd occidat Gajum, & interfectus est, & Sejus dicit quòd non fecit hoc exequendo mandatum, sed motu proprio quia erat suus inimicus capitalis, & principalis, nunquid ei credatur ad executionem mandati: multi DD. movent hanc *q. extra de homi. c. ad audientiam*, & clare non respondent: *tu dic secundum Bal. in lib. feu. tit. de pace jura. fir. l. hac edictali*, §. *in injuria*: quòd ad conjecturas recurrendum est in dubio præsumitur contra mandantem: *cle. sæpè, de verbo signi.* Nec est bonum testimonium delinquentis: *ut C. de accusa. l. fi. glos.* tamen dicit in simili casu, quòd si quis deprehendatur cum aliqua, & ambo confitentur, quòd prius contraxerunt matrimonium quòd invicem se excusant: *ut C. de fidejuss. l. pe.* Sed etiam in hoc credit Bal. quòd inspiciantur conjecturæ, & quòd ficti matrimonij prætensio non excusat: *ar. ff. de dona. l. donatio in concubinam*, *in princ.* Sed pone quòd potens mandat quòd occidam Titium, aliàs occidet me, nunquid excuser cum aliter vitam meam excusare non possum: *Pe. dicit quòd sic, ff. ad l. Aquil. l. scientiam*, §. *qui cum aliter*, *& ibi Doct. & notat Bal. in alleg.* §. *injuriæ.* Item nota, quòd quis non potest condemnari de mandato, vel de ope, seu consilio, nisi probetur principale delictum, quia delictum accessorium requirit aliquòd principale, non tamen intelligas quòd in maleficijs una obligatio sit accessoria alterius, imò quælibet obligatio est principalis, & quælibet stat per se: *ut l. si quis id quòd*, *ff. de jurisdi. om. ju. & ibi Bal.* Item, nota ad hanc legem, quòd quando agitur ad meram pœnam, unus solvendo non liberat alios, fallit quando plures tenentur sub nomine unius, ut puta collegij, vel universitatis: *& ff. quòd vi aut clam*, *l. semper*, §. *sicut sepulchro*, *& ar. ff. de jurisdi. om. judi. l. si familia.* Item, fallit quando tenetur ex quasi maleficio: *ut ff. de his qui dejec. l. perceptione.* Item, fallit in officijs colligendis quando officium mitigat maleficium: *ut ff. de publi. l. si multi*, *& ibi Jaco. ut hoc notat Bal. in alleg. l. si quis.* Item nota, quòd non plures mandant fieri delictum quòd propter unum consilium dicitur unum factum, quòd est notabile: *ut notat Bal. in alleg. l. si familia*, *ff. de jurisdi. om. judi.* Et circa ea quæ hic notantur, adde, quòd dominus tàm castri quàm villæ tenetur derobaria facta per suos, & etiam per alios in suo territorio si prohibere valebat: *ut ff. de incen. rui. & nau. l. ne quid*: nam tunc sola scientia facit eum teneri de maleficio, etiamsi non intervenerit jussus, ut ibi notat Bar. & intelligit ibi Bar. dominum, seu universitatem hoc scire, quando maleficium est factum ita palam, quòd major pars universitatis hoc scivit: *ff. de mune. & honori*, *l. quòd major*, *de reg. ju. l. aliud*, §. *refertur*, *& vide ad hoc quòd not. infrà eod. lib. tit.* 20. *l.* 12. Item nota, quòd non solum tenetur is qui prohibere potest delictum ratione officij, vel jurisdictionis: *ut not. glos. in cap. quantæ, de sen. excom. & l.* 2. *C. de comer. & mer. & cap. præterea* 23. *q. fi. &* §. 1. 83. *dist. & cap. generali* 25. *q.* 1. sed etiamsi potest aliàs prohibere, seu resistere, & non fecit, videtur consentire: *ut est text. in aperto in c. constitutus* 1. *de testi. & ibi notat Host. vide Bar. in l. utrum, ff. ad l. Pompe. de parric. & Salic. in l. quisquis*, §. *id quòd*, *ff. ad l. Juli. majes. & Di. in cap. sine culpa*, *de re. jur. lib.* 6. *& Florianus in l. in lege*, §. *quotiens*, *ff. ad l. Aquil. & per eum in l.* 2. *ff. de noxali.* Item, adde ad materiam hujus legis, quòd sicut dominus potest agere pro damno, & spoliatione subditorum injuriam domini factam, & agit de dolo seu adinteresse: *ut not. Inno. & Host. in cap. dilectis*, *de appel. & in cap. contingit*, *de sen. excom. & Bart. in alleg. l. ne quid de incen. rui. & nau.* imò si is qui læsit, vel Judex requisitus à domino renuit satisfacere subditis, potest bellum indicere, & singulos subditos injuriantis capi facere, & ab eis satisfactionem exigere: *ut not. Host. in alleg. cap. dilectis*, *& est text. in cap.* 1. 23. *q.* 2. ubi gens vel civitas impetenda est, quæ vel vendicare neglexerit quòd à suis improbe factum, vel reddere quòd per injuriam ablatum est. Sic eadem ratione potest agi contra dominum, si familia sua delinquat, & cum poterat prohibere, & non prohibuit per jura suprà allegata.

pa, porque obedeció (*a*) à quien debia: y esto si no fuere fecho contra el Rey, ò contra su Señorío: ca ningun home no puede haber señor que tire el Señorío del Rey (*b*), que es natural, è por ende no se puede perder, aunque alguno se quiera dél partir: è por esto tambien el señor que lo mandó, como el vasallo que lo fizo, haya la pena que manda la Ley.

Ley XI. Qué pena ha el que junta gente para mal.

QUando alguno ayuntáre algunas compañas (*c*), que no sean tenudos de facer su mandado por razon de su señorío (*d*), para matar (*e*) à otro,

---

(*a*) Porque obedeció. Licèt ille injuste facit præcipiendo, iste tamen juste facit parendo: 23. *q.* 1. *cap. quid culpatur, in fi. & ff. de reg. jur. l. ad ea, & in alleg. l. si quis id quòd, de jurisd. om. jud.* obedientia enim magna virtus est: *ff. de re mili. l. desertorem, §. in libello, & ibi glos. & cap. in libro, extra de majo. & obe. & vide quòd scripsi, suprà eod. for. lib.* 2. *tit.* 2. *l.* 1. Circa materiam tamen hujus legis, nota cum aliquis jubet, & alius obedit, an obediens excusetur, & quis teneatur? Doct. distinguunt, quòd aut jubens habet jus jubendi, & inspecto casu in quo jubetur, & inspecta persona cui jubetur, sed non inspecto casu in quo jubetur, & tunc subdistinguo, aut loquimur in atrocioribus, & tunc tenetur jubens, & obediens non excusatur: *ut alleg. l. ad ea. ff. de reg. jur.* mitius tamen punietur obediens: *C. ad l. Jul. de vi publi. l. servos.* Aut loquimur in non atrocioribus, & tunc jubens tenetur, & obediens excusatur: *ut alleg. l. liber homo*: & sic alio modo potest ista lex intelligi, aut jubens habet jus jubendi inspecto casu, non autem inspecta persona cui jubetur, & tunc nec jubens, nec obediens tenetur, ut si mandat vicino quòd me jubet contra omnem invadentem: *C. de mecha. l. devotum, lib.* 12. Aut jubens non habet jus jubendi, inspecta persona cui jubetur, nec inspecto casu in quo jubetur, & tunc jubens tenetur, nec obediens excusatur: *ut alleg. l. non ideo minus, & alleg. l. non solum, §. Procul. & de obedientia vide quòd dixi suprà eod. foro, l.* 1. *tit.* 4.

(*b*) El Señorío del Rey. *Vide quòd dixi suprà eodem foro, lib.* 1. *l.* 2. *tit.* 1.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 1. è 2. tit. de las asonadas, lib. 4. de las Ordenanzas Reales, que disponen la pena de los que juntan gentes, è hacen asonadas: è la Ley 2. è 8. de la 7. Partida, tit. 10. pone singularmente las penas de los que ajuntan gentes, è hacen fuerza con armas, ò sin ellas. Vey la Ley 42. tit. de las penas, en las Ordenanzas Reales, que pone la pena del que vá à combatir con gente armada casa de otro.

(*c*) Quando, compañas. Facit ista lex ad quæstionem quando statutum dicit quòd si quis accesserit ad domum alterius cum hominibus armatis puniatur gravi pœna, modo iste accessit cum uno homine armato, nunquid puniatur illa pœna? Respondeo quòd non, quia non est eadem ratio, nam gravior est injuria quæ à pluribus fit, & subjecta materia requirit pluralitatem: *ut ff. de test. l. ubi numerus.* Si verò statutum utitur nomine collectivo, ut quia dicit si quis accesserit cum familia, ut hic: & non habet nisi unum in familia, punitur, quia hoc nomen etiam in uno verificatur: *ut l. sin autem, & ibi Bal. C. ad Trebel.*

(*d*) De señorío. Vel etiam de jurisdictione: *ut not. suprà l. proxim.* licèt quandoque subditus non tenetur majori obedire quando constat injustum esse mandatum: *ut not. suprà l. proxim. & Doct. in c. si quando, & c. significasti, extra de offic. deleg.*

(*e*) Para matar. Oportet ergo ad hoc turbam convocatam ut injuria fieret: *ut ff. ad l. Jul. de vi pri. l.* 2. *& not. glos. singul. in alleg. l. prætor ait, §. fi.* Si enim ad hoc congregarentur, ut se

ò facer otro daño qualquier, aquel que los ayuntó (*a*) peche treinta maravedis: è cada uno de los otros que fueron con él, peche veinte maravedis al Rey por la osadia: è si matáren, ò firieren, todos hayan la pena que manda la Ley: è si otro daño ficieren, peche el que los ayuntó la meitad de la pena que mandan las Leyes, è la otra meitad pechen los otros que fueron con él: y el ayuntador de las compañas (*b*) sea tenudo de descobrir à todos aquellos que fueron con él en el fecho.

Ley XII. Qué pena ha el que encerráre à otro en su casa.

QUienquier que à otro encerráre en su casa (*c*) en la que moráre (*d*), ò le man-

---

se vel suas res defenderent, non tenetur principalis, nec in adjutorium venientes: *ut* 7. *Part. tit.* 10. *l.* 7.

(*a*) Que los ayuntó. De jure tamen coadunans homines si est principalis tenetur de damno quòd alij dederunt. Si autem non est principalis tenentur omnes: *ut dicta l. prætor ait*, §. *si quis adventu*, *& ibi Bar. facit*, 7. *Part. tit.* 10. *l.* 2. ubi etiamsi non sequatur effectus habet locum ista pœna: *l.* 15. *infrà eod. tit. in suo casu.* An autem pœna quæ ipso jure infligitur delinquenti incurrat is qui cogitavit, & aliquid egit sed non perfecit: *not. Joan. An. in mercurialibus*, *in c. in pœnis*, *de reg. juris*, *lib.* 6. *& Henr. in cap.* 1. *extra de eo qui mit. in posses.* Unum tamen nota circa hanc legem, quòd si quis facit tumultum contra aliquem, vel insidiosas voces emittit capite punitur: *ut C. de his qui ad Eccles. confug. l. denunciamus*, *& C. de sediciosis*, *l.* 1. *&* 2. *& l. aut facta*, §. 1. *ff. de pœnis*, *& l. conventiculam*, *& de Episc. & Cler.* ubi apparet, quòd nec turbam, nec cœtum est licitum congregare ad malum faciendum: *ut in hac l. & vide foro juzg. lib.* 8. *tit.* 1. *l.* 3. *&* 1. *Part. tit.* 5. *lib.* 2. multitudo enim modum non servat, & nemo est qui furentis populi rumorem non paveat: *facit quòd not. in c. statutum*, §. 1. *de rescript. lib.* 6. Quis denique non timeat arma: *ut legitur*, *& not. C. undè vi*, *l.* 1. *ad l. Aquil. si ex plagis*, §. *tabernarius certe nemo.* Mors enim constantissimos terret, & est propria passio virorum fortium, & ultimum terribilium: *not. Bal. super rubrica*, *C. si quis aliquem testa. prohibuit.* Est tamen notandum secundum eum ibi, quòd tumultuosæ voces populi si rationi consonant, & naturali motivo irritos non faciunt actus, operantur justitiam.

(*b*) Compañas. Dicitur enim turba si sunt decem, vel quindecim homines, aliàs autem non dicitur turba, nec coadunans tenetur pœna: *de qua hic*, *ut in l. prætor ait*, §. *turbam autem*, *ff. vi bonor. rapt.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 42. de las Ordenanzas Reales, tit. de las penas, lib. 8. Vey la Ley 15. tit. 10. de la 7. Partida: è la Ley final del dicho tit. pone cómo se ha de librar el Pleyto de las fuerzas.

(*c*) Quienquier, en su casa. Sivè sit propria, in qua quis habitat, sivè sit conducta, vel gratis, sivè in hospitio in quo quis ad tempus habitat includatur: *ut l.* 1. §. *habitare*, *ff. de his qui dejec. vel effu. & instit. de injurijs*, §. *domum autem*, *& ff. de injurijs*, *l. lex Cornel.* §. *domum*, *& vide Florianum notabiliter in dicto* §. *habitare*: non tamen habebit locum hæc lex in tentorijs, vel stabulis, vel in domo in qua quis momenti causa habitat, ut viator: *ut alleg. l. Cornel. undè notanter hic text. dicit.*

(*d*) En la que morare. *Fac. ff. nau. cau. stabu. l.* 1. *in fi. & ff. de alea. l.* 1. §. *domum*, *& ff. de adulte. l. qui domum*, *ex quo not. secundum Bar. in alleg. l. lex Cornel.* §. *domum*: quòd non solum dominus domus, hoc est principalis habitator, & caput familiæ, sed quilibet de familia potest prohibere aliquem ne ingrediatur domum, & contra ingredientem eo invito habet actionem *ex l. Cornel.*

dáre encerrar por fuerza à homes que no sean de su señorío, è no le dexáren salir de su casa, peche treinta maravedis: è los que fueren con él, è lo ficieron por su mandado, peche cada uno de ellos veinte maravedis, la meitad al Rey, è la otra meitad al que rescibió la fuerza: è si lo encerráre en otra casa agena, peche quince maravedis: è los que fueron con él peche cada uno cinco maravedis, la tercia parte al Rey, y el otro tercio al querelloso, y el otro tercio al señor de la casa en que fuere encerrado. Otrosí, mandamos, que si alguno echáre à otro de su casa por fuerza, asi que le desapodere de las cosas que y tiene, por el echamiento (*a*) peche treinta maravedis, la meitad al Rey, è la meitad al querelloso: è por el desapoderamiento haya la pena que manda la Ley (*b*).

Ley XIII. Qué pena ha el que forzáre à otro en casa agena.

NInguno no faga fuerza, ni tuerto en casa (*c*) agena, maguer que el dueño della sea en

---

(*a*) Por el echamiento. Nota, quòd pro vi expulsiva, de qua hic, non solum potest agi condictione *ex l. suprà eod. tit. l.* 4. sed etiam potest agi actione injuriarum ut hic: *concord. quòd notat Bart. in l. item apud*, §. *si quis bona*, *ff. de injurijs.* Notandum tamen est secundum eum ibi, quòd cum ista injuria, de qua hic loquitur, habeat actum manentem, cum semper retinens rem meam mihi faciat injuriam, venit in actione injuriarum restitutio rei per quandam consequentiam, sicut dicimus quòd in interdicto retinendæ possessionis per consequentiam venit restitutio: *ut not. ff. de acqui. posses. l. clam possidere*, §. *qui ad nundinas*, *& l. naturaliter*, §. *nibil*, *& not. per Inno. extra de sen. excom. c. cum contingit.*

(*b*) La Ley. *Quæ est suprà eod. tit. l.* 4. Nota ex hac lege, quòd ex eodem facto duplex pœna debetur, & hoc ideo, quia speciali lege cavetur, aliàs regulariter contra: *ut not. in cap. atsi Clerici, extra de judicijs*, *ibi glos. pe. & vide infrà l. proxima*, *& vide foro juz. lib.* 8. *tit.* 1. *l.* 4. *& l.* 13.

ADDICION.

En quántas maneras puede uno deshonrar, è amenguar à otro, vey la Ley 6. tit. 9. de la 7. Partida: vey la Ley del Estilo, que es 58. que habla en el caso de esta Ley.

(*c*) NInguno, en casa. Quæ tutissimum cuique debet esse refugium atque receptaculum: *l. plerique*, *ff. de in jus vo.* ideoque vim inferre videtur qui inde aliquem citat, ut ibi: *& l. nemo de domo*, *ff. de reg. jur.* & tenetur injuriarum: *ut ff. de injurijs*, *l. qui in domum*: hinc est, quòd licèt pro causa criminali quis potest de domo à judice impune extrahi: *ut C. offi. diver. jud. l.* 1. *& not. in alleg. l. nemo de domo*, *ff. de reg. jur.* licèt hoc fallit in muliere: *ut ibi not.* non tamen potest extrahi pro debito civili si nunquam stetit in judicio, nec cautionem dedit, nisi prius sit citatus: *ut l. consentaneum*, *& ibi notatur*, *C. quomodo*, *& quando judex.* Si vero debitor aliquo tempore stetit in judicio, & desistendo in re promisit, & non stetit, tunc debet capi etiam in domo: *ut in auct. de exhi. re.* §. *si verò*, *colla.* 6. *& alleg. l. consentaneum*: idem si debitum sit fiscale potest debitor personaliter capi non tamen in carcerem detrudi: *ut l. carcerem*, *C. de exac. tribu. lib.* 10. *& ibi Bal.* nisi persistat in contumacia: *ut ibi not.* Est tamen consilium quando debitorem tuum non potes facere capi, quia non exit de domo, quòd tu facias eum condemnari de contemptu mandati, & sic criminaliter fisco tenetur, & poterit capi etiam in domo, quia pro criminali capitur: *ut dictum est*, *& not. in alleg. l. plerique*, *& not. Bar. in l. sacrilegij*,

§.

hueste, ò en otro lugar: y el que lo ficiere, torne doblado quanto llevó dende, ò mandó llevar, si en ello habie derecho: è si no habie y derecho, pechelo con el trasdoblo (*a*), con todo aquello que dende llevó: ca mayor pena es facer fuerza en la casa, que no en otro lugar, è por ende es mayor la pena (*b*).

Ley XIV. Qué pena ha el que vá en hueste, è ficiere alguna fuerza.

AQuellos que van en hueste (*c*), si alguna cosa robáren, ò forzáren, pechen quatro tanto à aquellos que lo robaron, con todo aquello que tomaron: è si no hobieren de que lo pechar, pechen lo que hobieren, è por la osadia estén à la merced del Rey: è si

---

§. *Labeo, ff. ad l. Jul. pecul.* Sed quæ pœna est si quis apponat scalas ad muros, vel fenestras? Respondeo, si hoc facit causa violandæ castitatis est pœna mortis: *C. de Episcopis & Cler. l. si quis non dicam*: secus si mulier non sit casta sed meretrix: *ut ff. de furtis, l. verum*: tamen tunc punitur extraordinarie crimine injuriarum: *ut ff. de injurijs, l. lex Cornel. in princ.* hoc ergo crimen regulariter est extraordinarium, & ideo pœna arbitraria puniendum: *ff. de priv. delic. l. fi. C. de injurijs, l. fi.* & posset esse adeo tanta injuria quòd pœna mortis veniret imponenda: *ar. C. ad l. Jul. de vi, l. quoniam multa*: nam arbitrium datum à lege in maleficijs, etiam ad mortem se extendit propter satisfactionem gravis injuriæ: *ut notatur inst. de injurijs, §. pœna, hoc not. Bal. ff. de rerum divi. l. fi.* An potest quis citari in hospitio, vel apotheca: *vide Florianum in l. 1. §. habitare, ff. de his qui dejec. vel effu.* nam judicibus est data potestas in arbitrarijs sub modo, vel causa, & ideo habent potestatem, etiamsi inique decreverint: *ut eleganter not. C. de transac. l. si ex falsis, & per Bal. in l. 1. C. de manu. vindi. & vide quòd scripsi, suprà tit. de los Alcaldes, l. 1. & tit. de las vendidas, l. 5.*

(*a*) Trasdoblo. Nota quòd major pœna imponitur pro violentia domi facta quam aliàs: *ut suprà eod. tit. l. 4.* & hoc ideo propter rationem *in princ. hujus l. alleg.*

(*b*) Es mayor la pena. Quæ debet delicto correspondere: *ut not. in c. quæsivit, extra de his quæ fi. à majo. parte cap. concord. cum hac l. foro juz. lib. 8. tit. 1. l. 7.*

ADDICION.

Vey para declaracion de esta Ley, la Ley 60. del Estilo.

(*c*) AQuellos en hueste. Dicam de bello infrà titulo de los rieptos. Nota tamen, quòd licèt euntes in bellum aliquod damnum faciant, si timetur scandalum non debent puniri, propter quòd quandoque severitati est detrahendum: *50. dist. cap. ut constitueretur*, & jus relaxaretur propter scandalum, sivè propter multitudinem: *extra de tempo. ordi. cap. 2. & not. in c. 2. extra de novi operis nunci. & c. nisi cum pridem, §. pro gravi, de renunci. ubi vide glos. singularem circa hoc, & vide foro juz. lib. 8. tit. 1. l. 9.* & circa hoc nota incidenter, vel ducem guerræ posse pacisci cum hoste: *ut l. conventionum, ff. de pactis*: ubi dicit Bar. quòd capitaneus guerræ potest dare securitatem bannitis communis, & quòd habens securitatem ab eo non potest capi, licèt sit bannitus, & hostis, & ibi nota etiam quòd quando fiunt pares damna illata singularibus personis possunt remitti per syndicos generales partium: *ut colligitur in cap. in nostra, extra de injurijs, & ibi per Inno.* & hoc propter publicam utilitatem quæ in pace consistit: *facit tamen incontrarium glos. in l. 2. C. quæ sit long. consuetu. quæ non approbatur, ut refert Bal. in alleg. l. conventionum.*

ADDICION.

Vey la Ley del Estilo, que es 56. que habla quando matan al huesped, si vienen algunos à le ayudar, cómo se ha de librar el Pleyto, è qué pena merescen. Vey la Addicion en la Ley 11. en este tit.

los homes que lleváren consigo, contra voluntad dellos, robáren, ò tomáren alguna cosa, si hobieren de que lo pechar, pechen la pena sobredicha.

Ley XV. Qué pena ha el que ayuntáre gente para facer robo.

SI para facer algun robo alguno ayuntáre algunos homes que no sean de su señorío (*a*), è ficiere con ellos robo (*b*), quier sean dineros, quier cavallos, quier otras bestias, ò otra cosa qualquier, pechelo por dos tanto (*c*) à aquel à quien lo tomó: è aquellos que con él fueron, peche cada uno dellos veinte maravedis al Rey: è si no hobieren de que los pechar, pechen aquello que hobieren, è por lo demás estén à merced del Rey.

Ley XVI. Qué pena ha el que mostráre à otro cosa que robe.

QUien al robador mostráre (*d*) alguna cosa que robe, peche la valía de aquello que fuere robado por su demostramiento (*e*), y el robador haya la pena que manda la Ley sobredicha.

Ley XVII. Como es obligado de mostrar, è decir los compañeros el que fuere fallado con el robo.

SI algun robo fuere fecho, è falláren à alguno alguna cosa de aquello que robaron, él sea tenudo de decir (*f*) los otros que

---

(*a*) SI PARA FACER, DE SU SEÑORÍO. Secus de his qui sunt sub domino mandantis qui tenentur necesse parere: *ut suprà eod. tit. l.* 10. *& vide quòd ibi dixi.*

(*b*) E FICIERE ROBO. Vel potest dici, quòd ibi loquitur de violentia, hic vero de rapina quæ acrius punitur: *& vide foro juz. lib.* 8. *tit.* 1. *l.* 6.

(*c*) CON DOS TANTO. Quæ est differentia inter hanc legem, *& suprà ead. l.* 10. ubi minor pœna imponitur, & potest dici quòd ibi punitur affectus, quòd patet ibi dum dicit ayuntare, hic verò punitur effectus, quòd patet hic dum dicitur.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 38. *de las Ordenanzas Reales, lib.* 8. *la qual pone la pena de esta Ley, è la declara.*

(*d*) QUIEN AL ROBADOR MOSTRARE. De auxilio, & ope præstante maleficio: *vide per Di. in cap. nullus ex consilio, extra de reg. jur. lib.* 6. *de mandato verò dixi suprà eod. tit. l.* 10. De persuadente, vel conducente: *vide Bar. in l. non solum*, §. *si mandato, ff. de injurijs, & in l. sæpè, ff. de verb. signifi.*

(*e*) POR SU DEMOSTRAMIENTO. Licèt ei furtum dici non potest, cum rem alienam non contractavit: *ut not. in alleg. l. is qui opem*: tenetur tamen ad pœnam hujus legis, quia hortatus est ad furtum faciendum: *ut inst. de obli. quæ ex delic. nas.* §. *certe*, & in casu hujus legis nullam operam dedit ad furtum faciendum: *ut l. qui serv. ff. de furtis, & alleg. l. sæpè, ff. de verb. signifi.* & si post illam persuasionem, vel hortationem delictum sequatur incontinenti, si autem ex intervallo non tenetur: *ut not. glos. in alleg.* §. *certe*, aliàs qui opem, & consilium furto dedit, si fur non erat aliàs facturus tenetur furti: *ut inst. eod. tit.* §. *si verò, facit ad hanc l. ff. de servo corrupt. l.* 1. §. *persuadere.*

ADDICION.

Vey por esta Ley, la Ley del Estilo, que es 9. *que declara esta Ley: è vey la Ley* 109. *del Estilo. Vey la Ley* 13. *lib.* 8. *tit. de los homicidios en las Ordenanzas Reales.*

(*f*) SI ALGUN, DECIR. Nota quòd socius tenetur indicare socium criminis: *concord. ff. de cond. ob turpem causam, l. idem est*, §. *fi.* & ad hoc potest

fueron con él (a) en aquel robo: è si los no quisiere manifestar, haya la pena del robo.

Ley XVIII. Qué pena ha el que robáre viandante, ò que estuviere fuera labrando.

NIngun home no sea osado de furtar, ni de robar, ni de forzar en camino à home viandante, ni à home (b) que esté en labor de bueyes, ò en otra labor de fuera: y el que robáre, ò forzáre tales homes, peche quatro tanto à aquellos que robáre: è si otro daño ficiere, tambien de muerte como de otra cosa, peche el daño segun manda la Ley: ca los caminos, è los Labradores con sus cosas, seguros deben ser.

Ley XIX. Qué pena ha el que abriere sylo, ò pozo, ò otra cosa en camino, ò en carrera.

SI alguno abriere sylo, ò pozo, ò otra foya (c) en car-

---

test eum Judex ex officio compellere, ut sic purget provinciam à malis hominibus: *ut ff. de offic. præsi. l. congruit*: & est ratio hujus legis, quia publicè interest ne maleficia remaneant impunita: *ut ff. de fideicommis. l. si quis à reo*, §. *pe.* potest enim indicans socium criminis habere premium à statuto: *ut not. Bar. in alleg. l. idem est*, *in fi. & de hoc vide l. in civile est*, *C. de furtis*, *& ibi glos. & Bal. & extra de testi. cogen. cap. fi. glos. fi.* & in defectum probationis minus idonei testes admittuntur: *ut C. de hæreti. l. ultima*, 4. *q.* 3. §. *saltem secundum.* An autem quis teneatur furem indicare, & sit ad hoc cogendus: *vide ad hoc Hen. in c. qui cum fure, extra de furt.*

(a) Fueron con el. De jure tamen socius criminis non admittitur in testimonium contra consocium, ut ei credatur: *ut cap.* 1. *extra de confessis*, *& c. veniens*, *in princ. extra de test.* creditur tamen ei quoad præsumptionem inducendam: *ut notanter dicit glos. in alleg. c.* 1. *de confessis*, *& sic intelligitur*, *l. provinciarum*, *C. de ferijs*, *& l.* 1. *C. de fal. mo. & l. divus*, *ff. de custo. reo*: ubi auditur confessio unius latronis contra alium, non quantum ad convincendum sed quantum ad præsumptionem tantum: *de quo vide quòd latius notat Henr. in alleg. cap.* 1. *extra de confessis*, *& vide foro juz. lib.* 8. *tit.* 1. *l.* 10.

ADDICION.

Esta Ley está declarada por la Ley 71. *è* 72. *del Estilo, que dice, que se entiende quando no tenia razon de lo robar, ni en tal caso pagará el quatro tanto, è mas cient maravedis; pero si tenia alguna razon, ò causa para ello, no tiene pena alguna. Vey en el lib.* 8. *tit.* 13. *Ley* 6.

(b) Ningun home, ni a home. Hi enim de quibus in hac lege necnon & Præsbyteri, Monachi, conversi peregrini, mercatores, rustici euntes, & redeuntes, & in agricultura existentes, & animalia sua cum quibus arant debent congrua securitate lætari: *ut c.* 2. *extra de treu. & pace*: debent enim esse tuti, & sine molestia oratores, & itinerantes cum omnibus rebus suis quas ferunt: *ut cap. si quis Romipetas*, *& cap. paternarum* 24. *q.* 3. hinc est quòd tales deprædantes tenentur in quadruplum ut hic: *& in auct. agricultores*, *& circa hoc vide quòd dixi suprà lib.* 3. *tit.* 16. *l.* 5. *concord. foro novo de Alcalá*, *l.* 31. *quæ incipit*: Establecemos: & vide quòd ibi scripsi, de jure canonico tales subduntur excommunicationi: *ut extra de rap. cap. excommunicamus*, *& facit l. in eum*, *C. de furtis*, *vide Styll. l.* 71.

ADDICION.

Vey la Ley del Estilo, que es 74. *que pone pena de muerte à quien foradáre casa, ò subiere por cima de pared, ò ventana, ò abriere puerta agena con llave. Concuerda con esta Ley, la Ley* 7. *tit.* 15. *de la* 7. *Partida, que dispone lo que esta Ley mas copiosamente que esta. Vey la Ley* 28. *del lib.* 8. *tit. de las penas de las Ordenanzas Reales.*

(c) Si alguno, otra foya. Idem, de alio quocumque ædificio, ex quo damnum causari potest, cum eadem sit

rera (*a*), ò en plaza, ò en otro lugar donde daño pueda venir, no lo dexe descubierto, mas cubralo de guisa porque à aquellos que pasáren no pueda venir daño: è si de otra guisa lo dexáre, è siervo, ò buey, ò bestia y muriere, peche à su dueño otro tal, è tan bueno, ò la valía, è tome para sí aquello que y murió: è si no muriere, è otra lision y presiere, peche la enmienda, segun que fue fecho el daño: è si home libre y muriere, ò otra lision y rescibiere, el dueño del sylo, ò de la foya sea tenudo de la caloña, ò de la muerte, ò del daño, asi como manda la Ley.

Ley XX. Como debe pagar el daño el que diere causa à él.

QUando algun daño (*b*) viniere à alguno por culpa de otro, ò por su conse-

---

sit ratio: *ut not. Florianus in l. qui foveas in princ. ff. ad l. Aquil.*

(*a*) En carrera. *Concord. alleg. l. qui foveas.* Idem, in allio quocumque loco non solito, per quem iter habetur, & homines conversantur, tenetur enim utili Aquilia, vel in factum actione de damno secuto: *ut ibi concord. cap.* 2. *extra de injurijs*, & hoc quòd hic dicitur de fovea, &c. extenditur de jure etiam ad ponentes laqueos in loco non solito: *ut l. quemadmodum, ff. ad l. Aquil.* unum tamen nota, quòd hæc actio non datur ei cui est denunciatum, vel sciverint, & providere potuit: *ut alleg. l. qui foveas, & l. qui putator, eod. tit. facit infrà eod. tit. l. ult.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 6. *tit. de los daños de la* 7. *Partida: è vey la Ley* 10. *del dicho tit. concuerda la Ley* 11. *è* 12. *è* 13. *è* 14. *è* 15. *è* 18. *è* 21. *è* 22. *è* 23. *è* 24. *del dicho tit.*

(*b*) Quando, daño. Et circa damnum vel interesse qualiter æstimabitur, est notandum secundum *Bal. in l. unica, C. de sen.* quæ pro eo, quòd interest, quòd casibus cæteris interesse venit usque ad duplum, in cæteris verò certum, & justum interesse est per judicem æstimandum, tàm in lucro, quàm in damno, nam, & pœnæ non exiguntur, nisi justo liberamine meditatæ, vel à lege taxatæ: *ut ibi, & est text. in dicta l. unica.* Item, nota secundum Bal. ibi, quòd interesse singulare non potest excedere duplum interesse conventi, vel communis, & sermones intelligendi sunt secundum subjectam materiam, & circa hanc materiam nota, quòd omnis res quæ non potest emi vel vendi, vel locari, nec ad proportionem deduci, dicitur incerta, tàm quantitate, quàm natura, & ita teneas in materia contractuum. Item, nota secundum Bal. ubi suprà, quòd interesse conventuum probatur instrumentis, testibus, & interdum jurejurando: *ut inst. de verb. obli. §. pe.* & debet plenè probari: *ut not. glos.* 1. *in dicta l. unica.* Item nota, quòd interesse singulare probatur per testes non singulares, sed concordes, & concordabunt, & signabunt rationem dicti sui referendo affectionem ad homines ejusdem qualitatis non ad se solos: *ut ff. de verb. obli. l. continuus, §. cum ita porro.* Singulares sunt, quando non dicit unus quòd dicit alius, sed si conclusive unus testis dicit idem quòd alius, ibi in nulla materia mundi sunt singulares: *ut not. glos. in dicta l. unica*, & interesse venit indistincte in lucro, si lucrum sit rationabile: *ut ibi glos. & Bal.* Item nota, quòd si pœna apponitur per nomina respectiva non potest excedere quantitatem legis. Si autem per nomina simplicia, ut centum, vel mille, & tunc tota pœna petitur: ratio est, quia primò casu pœna est commensurabilis simplo, sed secundò casu non potest dici commensurabilis. Alij tenent, quòd nullo modo excedatur legis taxatio: & hoc credit *Bal. in dicta l. unica.* Ubi etiam notat, quòd si

jo (*a*), ò por su mandado (*b*), sea tenudo de pecharle (*c*) el daño (*d*), asi como si él mismo lo ficiese: è si por aventura buey, ò can, ò otra bestia qualquier que de su natura debe ser mansa (*e*), ficiere daño,

---

si uxor dat rem æstimatam in dotem: non ut sit vera venditio, soluto tamen matrimonio, re deteriorata, vel perempta petitur ista æstimatio: *ut C. de jure dotis*, *l. si inter virum*, *& ff. solu. matri. l. æstimatis*: utrum autem obligatus ad factum, id est, ad domum ædificandam possit ad hoc præcisè compelli, si stipulator magis vult factum quam interesse: *& glos. in hac l. unica*, *suprà alleg. dicit quòd sic*. Sed tu dic secundum Bal. ibi, quòd bene potest petere factum, sed reus liberatur præstando interesse, quòd in obligatione succedit, per quòd fit novatio quantum ad præstationem, non dico quoad petitionem quin procedat libellus super facto, quia obligatio ad interesse est introducta favore actoris: *ut ff. de ver. obli. l. stipulationes non dividuntur*, §. *celsus*, *ar. ff. de re jud. l. miles*, §. *si decem*, & quòd dixi quòd reus potest solvere interesse invito actore, fallit in casibus. Primò, propter prætoris mortui contemptam auctoritatem: *ff. de novi operis nunci. l. stipulatio*, §. *sivè*. Secundò, propter vigorem judiciorum servandum: *ff. de procura. l. non cogendum*, §. *Sabinus*. Tertiò, propter publicam utilitatem, saltim secundario, ut in scriptore qui promisit scribere libros legum, vel medicinæ, vel alios similes, nam iste scriptor potest poni in compedibus: *ut not. in dict.* §. *sivè*. Quartò, fallit si super ipso facto est appositum juramentum: *ff. de condi. ob causam*, *l. si pecuniam*, *in princ. glos. parve*. Quintò, fallit si debet fieri aliquod opus pium, vel ad honorem Dei, ut sepulchrum, vel capella: *ut l. fideicommis.* §. *fi. dele.* 3. *hæc not. Bal. in alleg. l. unica*, *C. de sen. quæ pro eo quòd*, *in princ.*

(*a*) Consejo. Scilicèt, fraudulento. Si is cui datum consilium erat aliàs facturus, si autem non erat aliàs facturus, tunc tenetur consulens etiamsi fraudulentum non sit consilium, juxta doctrinam *Di. in cap. nullus ex consilio*, *extra de reg. jur. lib.* 6. Si autem consilium præbetur delinquenti, *vide Di. ibi.*

(*b*) Mandado. De quo mandato vide quòd scripsi *suprà eod. tit. l.* 10.

(*c*) De pecharle. Nota ex hac lege, quòd dans occasionem damni videtur damnum dedisse: *concord. cap. fi. extra de injurijs*, *& de test. cap. sicut*, *& de homici. de cætero*, *& ff. ad l. Aquiliam*, *l. qui occidit*, §. *in hac*: & hoc verum si dat operam rei illicitæ, & est occasio propinqua, & ad damnum ordinata, non autem si occasio est remota, nec ad illud est ordinata: *ut latius notat Henr. in alleg. cap. de cætero*, *facit ad hoc q. notata per Jo. An. in addi. Spec. tit. de injurijs*, *in* 8. *columna circa fi.* Si autem dat operam rei licitæ, & adhibet diligentiam quam potest, tunc non tenetur: *ut not. in alleg. cap. sicut*, *& l. si putator*, *suprà alleg.* Si vero non adhibet diligentiam quam potest, & est occasio propinqua, tenetur: *ut alleg. l. qui occidit*, *& l. si putator*. Si vero est occasio remota, non tenetur: *ut ff. loca. l. qui domum.*

(*d*) El daño. Nomine cujus etiam expensæ continentur, cum damnum dicatur à diminutione patrimonij, & expensæ minuant illud: *ut latius per Doct. signanter per Henr. in c. in nostra*, *extra de injurijs*. Et circa hanc materiam nota dictum, & doctrinam, quòd ubicumque in materia interesse dicitur haberi consideratio lucri, quòd glossa dicit esse generale: *ut alleg. l.* 1. *C. de sent. quæ pro eo quòd inter.* quòd illud habet locum si lucrum potest percipi sine alterius injuria, aliàs secus: *ita dicit glos. quam Di. dicit non esse alibi*, *in l. si quis uxor.* §. *pe. ff. de furt. ut refert Florian. in l. si servum*, *ff. ad l. Aquil.* & circa damnum nota incidenter, quòd in damnis evitandis utilitas publica præfertur privatæ, ideo faber non potest malleare juxta scholas, quia eveniret damnum reipublicæ: *ut not. glos. C. de studijs liberalibus*, *l. unica*, *lib.* 10.

(*e*) Debe ser mansa. Nota, quòd si animal tuum contra naturam sui generis dedit damnum mihi, ut quia bos, vel equus, & destruxit fossas, agam contra te actione de pauperie, quæ est, aut dare animal quòd noxam fecit, aut æstimationem noxæ offerre: *ut ff. si quadru.*

ò en home, ò en bestia, ò en otra cosa, el dueño sea tenudo de emendar el daño, ò de dar el dañador (*a*) que lo fizo: è si fuere bestia braba por su natura, asi como leon, ò oso, ò lobo, ò otra bestia semejable, sea tenudo de emendar el daño (*b*) si no la ató,

---

dru. pau. fe. di. l. 1. *in princ. & hic.* Aut animal naturaliter mansuetum dat noxam secundum naturam sui generis, & tunc si potest mihi dolus vel culpa imputari, habet locum contra me actio: *l. Aquil. ut C. ad l. Aquil. l. fi. & in cap. si læserit, extra de injurijs*, & intellige culpa non solum lata, sed etiam levi, & levissima, quæ venit *in l. Aquil. ut l. in lege* 2. *ff. ad l. Aquil. & l. scientiam*, §. *qui cum aliter eod. tit.* culpa enim hominis requiritur ad hoc, ut habeat locum *l. Aquil. ut l.* 1. *ff. si quadru. pau. fe. di.* quæ quidem culpa intelligitur esse probata eo ipso quòd probatum erit damnum, nisi aliud probetur: *ar. l.* 1. *C. ad l. Cornel. de sicca. & Ci. in l. contra negantem, & Bal. in l. leg. Aquil.* Est ergo differentia inter hanc actionem, & actionem injuriarum, quia in lege Aquilia venit non tantum dolus, sed etiam culpa, in actione verò injuriarum venit tantum dolus. Item, est alia differentia, quia in Aquilia agitur ad damnum, sed in actione injuriarum agitur ad vindictam, & sapit instar causæ criminalis: *ut ff. de injurijs, l. prætor edixit*, §. 1. competit enim actio legis Aquiliæ ad interesse: *ut inst. de leg. Aquil. in princ.* ex primò capite legis Aquiliæ condemnatur damnificans quanti plurimi eo anno res valuit: *ut l.* 2. *& l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. de quo vide* 7. *Part. tit.* 15. *l.* 4. Si autem culpa non potest domino animalis imputari, & tunc nulla introducitur actio, sed imputabitur pro casu fortuito: *ut ff. ad l. Aquil. l. qui occidit*, §. *si quis alienum*: tenetur tamen dominus actione utili in facto de pauperie: *ut in dicto* §. *si quis alienum*, de quibus actionibus competentibus pro damno dato: *vide plenè per Spec. tit. de injurijs*, §. *sequitur videre.*

(*a*) O DE EL DAÑADOR. Et nota quòd licèt animal pro noxa dare veniat in solutione condemnari de damno, non tamen venit in petitione, nec in condemnatione nisi solum damnum datum: *ut notat Bar. in l. sæpè, ff. de re jud.* dando enim dominus animal pro noxa se liberat à damno dato si non est in culpa: *ut ff. de noxa. l. in delictum.* Item nota, quòd possum alienum animal quòd mihi in mea segete damnum dedit licite includere, & retinere si ignoratur cujus sit: *de quo vide quòd not. per Doct. signanter per Henr. in cap. si læserit, de injurijs, & Bart. in l. hoc amplius, ff. de damno infect. & idem Bart. insti. de l. Aquil.* §. *pe. & Florianus, ff. ad l. Aquil. l. quintus.* Est tamen notandum, quòd si quis per vim arriperet animalia tua, quæ facilius pereunt, vel vineas, quæ si remanerent incultæ facilius destruerentur, quòd faciliter permittitur, quòd tua auctoritate ea recuperes: *notat Bar. in l. si alius*, §. *bellissime, ff. quòd vi aut clam.*

(*b*) ENMENDAR EL DAÑO. Formam hujus actionis *vide in Spec. tit. de empt. & vend.* §. *nunc dicendum, ver. quarto competit tamen Jaco. Butr. & Florian. in l.* 1. §. *in bestijs, ff. si quadru. pau. fe. di.* distinguit circa hoc, quia aut fera non evasit, sed nocuit, & tunc habet locum utilis actio de pauperie non directa, aut prorsus evasit, & tunc non tenetur nec utili nec directa: *ut d.* §. *in bestijs, &* 7. *Part. tit.* 15. *l.* 20. & hic an autem possum propria auctoritate retinere pecudem, quòd in segete mea damnum dedit: *vide Spec. tit. de actor.* §. 1. *ver. sed pone invenio pecudem, & Henr. in cap. si læserit, extra eod. tit.* 3. *dist. vide foro juz. lib.* 8. *tit.* 4. *l.* 12. *&* 19. *& vide Florianum in l. qui partus, ff. ad l. Aquil.* Item nota, quòd apes damnum dantes inter feras computantur: *inst. de rerum divi.* §. *apum, & ff. de acqui. re. do. l. naturalem*, §. *apum.* Quæro apes cujusdam alvei plurium dominorum circundati tempore veris à vasis suis exeuntes, mulum, & asinos quos juxta alveum pascendo ligatos reperierunt, feritate sua occiderunt, dominus autem bestiarum damnum cum duplo petit à dominis alvei, & unus eorum nomi-

ò no la guardó asi como debia: è si la ató, è la guardó asi como debia, è por ocasion ficiere algun daño, no sea tenudo el dueño de pechar el daño, mas dé el dañador que lo fizo.

---

mine aliorum litem contestatus est sine mandato præstito satisdare actor. Replicat, quòd litem alij non sunt contestati, & remanent confessi, prout lex regni disponit ex parte dominorum alvei, triplicatur quòd unus eorum potuit respondere, & litem contestare, eo quia erant omnes consortes ex communitate causæ, & litis, & ratione rei quam simul defendunt, & unus eorum etiam ante litem contestatam admittitur ad defendendum pro omnibus per notata *per Ci. in l.* 1. *C. de consor. ejusdem litis, & facit*, *l.* 2. *eod. tit. in fi.* & in hoc casu sufficit ex parte rei nuda promissio *per alleg.* §. *l.* 1. *C. de procurato. & melius in l. sancimus*, *C. de verb. sig.* ibi tamen tenet Ci. contrarium, ubi cautio defertur à lege Bal. tamen ibi tenet contrarium Ci. dicens, quòd si persona non est suspecta sufficit simplex promissio, quæ arbitrio judicis committitur: *est tex. secundum eum in l. pe. ff. de petiti. hære. & ibi glos.* Item, præsupposito quòd apum fera natura est: *inst. de rerum divi.* §. *apum*, & §. *pavonum*, *in fi. & ff. de acquiren. re. do. l. naturalem*, §. *apum*, dicunt non teneri de damno. Primò, quia non habet locum actio de pauperie, nisi ubi animal mansuetum delinquit contra naturam sui generis: *ut inst. si quadru. pau. fe. di.* §. *hæc autem actio. & ibi Joan. Fa. & ff. eod. tit. l.* 1. §. *& generaliter.* Item habet locum de pauperie, quando sine hominis culpa damnum datum est: *ut l.* 1. §. 1. *ff. si qua. pau. fe. di.* Cum ergo apes in tali casu non delinquunt contra naturam sui generis, imò fecerunt secundum eam, & insuper earum natura est fera, ut ita dixerim, ergo, &c. Nam in apibus illis non potest deprehendi culpa, nec cadere operando secundum naturam sui generis: *ut est conclusio Fa. in alleg.* §. 1. *super glos. inst. si qua. pau. fe. di.* ex quo etiam concludit secundum eum, quòd etiam actio de pauperie in tali casu locum non habet. Secundò, dicunt non teneri aliqua actione utili, nec directa quæ omnino cessat, cum apes illæ feræ naturæ evaserunt ab alveo, & receptæ sunt in naturalem libertatem, & ad dominum numquam sunt reversæ: *ut est text. in l.* 1. §. *in bestijs*, *ff. si qua. pau. fe. di. & ibi Jac. Butr. & Florianus facit text. in l. possideri*, §. *item feras*, *ff. de acqui. posse.* Tertiò, quia apes illæ quæ noxam dederunt decesserunt ante litis contestationem ex quo videtur quòd est omnino extincta dicta actio *per alleg. l.* 1. §. *plane.* Quartò, quia bestiæ illæ concitaverunt apes ut damnum darent: tenentur ergo concitantes *per alleg. l.* 1. §. *& generaliter, nec obstat ad hoc foro legum*, *lib.* 4. *tit.* 4. *l.* 20. *cum qua concord.* 7. *Part. tit.* 7. *l. leon*, *ò oso*, *&c.* Quia loquuntur in animalibus sui natura feris quæ possunt ligari, ut ibi innuit textus apes autem ligari non possunt, imò esset impossibile, & impossibilium nulla est obligatio, &c. per regulam juris. Nec obstat alveum illud stare prope locum & iter, quia ille locus est circundatus, antiquus, & notorius scientia, & consensu, & etiam licentia totius populi ædificatus, & tolleratus sine aliqua contradictione, & imputet sibi actor si tempore maximè examinum bestias suas ibi ponere jussit per regulam juris, damnum, &c. Contra hoc tamen facit *l. hi enim cum duabus*, *ll. seq. ff. de edil. edi.* ubi idem dicendum est de animalibus si contineri vinculo non possunt. Nam damnum cum duplo dominus animalis solvet, ut ibi, & ideo solvet centum solidos pro homine occiso: *cum qua concord. l. parti. leon suprà alleg.* non obstat, quia loquuntur, quando dominus animalis est in dolo vel culpa, non tamen cum rem licitam gerit. Item, loquuntur de animalibus quæ nullam utilitatem afferunt, sed causa lasciviæ tenentur, in apibus vero secus, quia utiles sunt. Item, loquitur quando homo occiditur, quia tunc est actio popularis: *ut declarat Spec. tit. de empt. & vend.* §. *nunc dicendum*, *ver.* 4. Quòd autem apes habere permissum est patet *per l. si quis fumo. ff. ad l. Aquil. in princ.* ubi eas fugans, quia mortis causam præbet tenetur in factum, ad æstimationem, nec dicitur damnum dare qui utitur re ad usum destinatum: *ut l. qui occidit*, §. *si quis*

Ley XXI. Qué pena ha el que ficiere, ò aconsejáre moneda falsa.

SIervo, ò vasallo (*a*), ò otro home qualquier que esté à mandado de otro, è si por mandado de aquel su señor ficiere falsa moneda, ò fuere en consejo (*b*) de la facer, ò fuere encobridor (*c*) dello: otrosí, si ficiere, ò consejáre, ò encubriere algun fecho malo contra Señorío de Rey (*d*), ò para traher la Villa (*e*) en que

---

quis alienum, ff. ad l. Aquil. Item, licèt arguatur culpa ex parte tenentis alveum juxta iter, tamen præponderat culpæ ejus qui potuit evitare periculum: *ut l. qui foveas, ff. ad l. Aquil. & ibi Floria.* Scivit enim petitor, & ideo imputatur ei, ut ibi. Item, quando datur damnum facto hominis licito non culpabili, cum non fiat animo nocendi, nulla datur actio: *notatur in l. si servus, §. si furtum, eod. tit. vide quòd not. suprà lib. 3. tit. 4. l. 17.*

ADDICION.

Vey en la Ley 10. deste tit. la Addicion.

(*a*) SIERVO, Ò VASALLO. Nota quòd licèt regulariter jussus domini excuset à delicto: *ut suprà eod. tit. l. 10. cum ibi nota.* Fallit hoc tamen in crimine falsæ monetæ cujus obnoxius majestatis crimen committit: *ut ibi in fi. & l. 1. §. si vero, & l. 2. C. de fal. mo.* An autem si servus, vel quadrupes plurium dominorum damnum dederit, an quilibet dominorum potest in solidum conveniri: *not. per Doct. in l. 1. §. commune, ff. si qua. pau. fe. di.*

(*b*) EN CONSEJO. Nota quòd æqualiter punitur in hoc crimine consulens sicut faciens, & hoc credo verum, dum tamen consilium sit fraudulentum, & faciens non erat aliàs facturus: *ut l. qui serv. ff. de furtis, notat Ci. in cap. nullus, extra de reg. jur. lib. 6. & in cle. si quis suadente de pœnis, & idem in mandato, ff. manda. l. 2. & not. extra de sen. excom. cap. mulieres, & dixi suprà eod. tit. l. 10.* aliàs enim non puniretur æqualiter consulens sicut faciens: *ut not. in cap. 1. extra de offi. dele. & Doct. signanter Henr. in cap. sicut dignum, 2. dist. extra de homici.*

(*c*) ENCUBRIDOR. Nota unum speciale in crimine falsæ monetæ, scilicèt, quòd æqualiter punitur celans sicut faciens, quòd non habet locum in alijs criminibus: *ut notat Bart. in l. qui vas. §. 1. ff. de furtis*, nisi in crimine furti de jure nostro: *ut infrà eod. lib. tit. de furtis, l. 1.* Est & aliud speciale, quia inquiritur contra falsum monetarium, cum regula sit, quòd sine accusatore nemo puniatur: *ut l. rescripto, §. si quis accusatorem non habens, ff. de mune. & hono.* Item, absque Judicis mandato exhibetur Judici: *ut notat glos. in l. 1. C. de fal. mo. contr. l. fi. C. de exhibi. re.* & potest esse ratio, quia exhibens mandatum habet à lege. Item, interrogatur de socijs: *ut dicta l. 1. quòd est speciale contr. l. fi. C. de accusa.* Item, accusatori immunitas conceditur, quia de præsumpta calumnia non tenetur: *quòd est speciale contra alleg. l. fi. C. de accusa.* Item, damnatus de hoc crimine non auditur appellans: *ut alleg. l. 1. C. de fal. mo.* ubi vide alia specialia in hoc crimine.

(*d*) SEÑORÍO DE REY. Nota casum similem falsæ monetæ in quo committitur proditio, eo quòd est in offensam regiæ majestatis: *de quo vide quòd dixi suprà eod. for. lib. 1. tit. 2. l. 2. & vide l. ordinationis de Alcalá, quæ incipit: Traycion es la mas vil cosa, &c.*

(*e*) TRAHER LA VILLA. In quo casu etiam committitur proditio: *ut alleg. l. traycion.* Parere enim debemus magis patriæ quam parentibus: *ut Bart. in l. post liminium, ff. de capti. & post li. rever. ff. ad l. Jul. majest. l. pe.* juxta notata per Catonem, dum dicit, pugna pro patria: *not. in l. veluti, ff. de just. & jure.* Licitum enim est pro patria mori: *ut ordi. Regis Jo. in Segovia, l. pe. 7. Part. tit. 2. l. 1.* ob quam patriam sicut pro fide pater in filium, & è contra insurgere debet: *ut ff. de reli. & sumpti. fu. l. minime*: & maritus in uxorem: *ut not. glos. in cap. 1. extra de convers. in fide, vide cap. fortitudo 23. q. 3. & q. 8. c. omni timore.*

moráre, ò el Pueblo en poder de sus enemigos, muera por ello (*a*) él: è su señor pierda quanto hubiere, è sea del Rey (*b*): è no se pueda escusar (*c*) porque diga que lo fizo por mandado de su señor.

Ley XXII. Como es tenudo de pagar el daño el que ficiere lazos, ò foyas, si por su causa viniere.

SI alguno (*d*) ficiere en su heredad, ò de otri foyas, ò paráre lazos para prender puercos monteses, ò otras bestias brutas, è cayere y cavallo, ò otra bestia, è muriere, ò se firiere, aquel que fizo las foyas, ò paró los lazos, pechelo à su señor, maguer que las foyas, ò los lazos sean en montes, ò en lugares apartados (*e*) que no sean caminos, si no lo fizo saber (*f*) à los homes (*g*) de la tierra: ca si gelo fizo saber, è no se quisieron guardar, no sea tenudo de pechar el daño.

(*a*) Muera por ello. *Concord. pœna lib.* 1. *&* 2. *C. de fal. mo. & alleg. l. traycion, &* 7. *Part. tit.* 2. *l.* 2.

(*b*) Sea del Rey. Ad quem autem devolvantur de jure talia bona vide per *Henr. in cap. in quibus, extra eod. tit.* 1. *dist.*

(*c*) Escusar. *Concord. suprà eod. tit. l.* 10. 2. *responso.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 7. tit. 15. de la 7. Partida. Vey la Addicion que está en la Ley 19. deste tit.

(*d*) SI alguno. *Vide suprà eod. tit. l.* 19. *& quòd ibi notatur.* Est tamen differentia inter hanc legem, & illam, quia ibi loquitur de loco per quem iter habetur, & homines conversantur, hic verò de loco privato. Ex qua lege nota, quòd licèt quis det operam rei licitæ, & sit occasio remota, tenetur etiam de levissima culpa in hac actione: *concord. l. si putatur* 1. *responso, ff. ad l. Aquil. de quo vide quòd not. suprà eod. tit. l.* 20.

(*e*) Apartados. Contra hanc legem est expressè *alleg. l. si putatur* 2. *responso*: ubi si in privato loco iter non est, dolum dumtaxat præstari. Nam culpa ab eo exigenda non est, cum divinare non potuerit, an per eum locum quis transiturus sit. Sic ergo nota, quòd solum factum in hac actione consideratur, & levissima culpa: *ut not. suprà eod. tit. l.* 19.

(*f*) Fizo saber. Tunc, scilicèt, cum periculum evitari possit, aliàs denunciatio non excusat denunciantem: *ut alleg. l. si putator.* Nota tamen, quòd ubi adest scientia non requiritur denunciatio: *& sic facit ad notata per glos. in l. emptor, C. de evict. per Di. in regula qui certus, extra de reg. jur. lib.* 6. *de quo vide per Bart. in l. denunciasse, ff. de adult.* ex quo nota, quòd licèt arguatur culpa facientis foveam, vel ponentis laqueum, cum preponderat culpæ ejus qui potuit evitare periculum: *ut l. qui foveas, & ibi per Florian. ff. ad l. Aquil.*

(*g*) A los homes. Vel nisi signum consuetum apponi positum fuerit, quia tunc perinde est ac si proclamasset: *ff. de exraord. crim. l. sæcularij, §. sunt quædam.* Et ex hac lege nota, quòd excusatur à delicto postea secuto ille qui exclamat: ut periculum evitetur, si dolus ejus non precessit, & hoc verum quando attentat rem licitam: *ut l. itaque, ff. ad l. Aquil.* & sic potest adduci ad currentes equos qui debent exclamare, etiamsi in loco privato currant: *facit quòd not. in l. item mella, in princ. ff. ad l. Aquil. & in c. signifi. extra de homi.* & potest adduci ad alias quæstiones quas vide *per Bald. & per Florian. in alleg. l. si putator. & quòd not. in l.* 1. *§. sivè autem, ff. si qua. pau. fe. di. & vide for. juzg. lib.* 8. *tit.* 4. *l.* 22.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 8. de la 7. Parti-

TITULO V.

DE LAS PENAS.

Ley primera.

TOdo home que alguna cosa ficiere porque deba haber pena en su cuerpo, reciba la pena que debe haber en el tiempo (*a*) que fizo la culpa, è no en el tiempo que es dada la sentencia. E por ende mandamos, que si alguno era siervo en tiempo que fizo el mal, maguer que en el tiempo de la sentencia sea ahorrado, à tal pena haya como manda la Ley que den à siervo (*b*), è no como à libre. Otrosí, mandamos, que si en el tiempo de la pena era libre, y en el tiempo de la sentencia era siervo, que haya la pena de como libre.

---

tida, tit. de las penas, la qual pone muchas cosas que han de considerar los Jueces que han de sentenciar, entre las quales es una lo contenido en esta Ley.

(*a*) TODO HOME, EN EL TIEMPO. Et sic nota, quòd inspicitur conditio delinquentis tempore delicti: *concord. l. 1. ff. de pœnis. Nec obstat l. sed si statur, ff. si ex noxa. causa agatur, nec quòd ibi notat glos. quia Bart. ibi, & in l. omnes populi in sua repetitione, ut refert Bal. in alleg. l. sed si statu. & in alleg. l. 1. de pœnis distinguit*: quia aut loquimur de pœna ordinaria, & à jure limitata, & habet locum ista lex, & inspicitur tempus delicti: *ut alleg. l. 1. de pœnis*: & hic, aut in pœna arbitraria: *ut in cap. de causis, extra de offic. deleg.* & tunc inspicitur tempus condemnationis: *ut est casus in alleg. l. sed si statu.* & est ratio in promptu, quia prima pœna est certa à principio, & uniformis, & invariabilis: *ut dicit Bal. ibi*, & statim cum quis delinquit est astrictus ad illam pœnam, sed quando imponitur pœna arbitrio Judicis non est certa à principio sed tempore sententiæ, certificatur pro motu Judicis: *C. de contrahen. emptio. l. fi.* habito respectu ad qualitatem delinquentis tempore sententiæ: *ut alleg. l. sed si statu. & l. odia, de pœnis.* Est tamen notandum, quòd furiosus, si ante furorem crimen commisit, etiamsi pœna sit criminalis ordinaria punitur civiliter non criminaliter, dato sibi curatore: *ff. de publicis judicijs, l. pe. §. ad crimen*, quia in criminalibus causis curator admittitur, ut accessorius: *C. de auc. præstan. l. clarum*: sed non admittitur tanquam fundans judicium, quia regulæ juris non patiuntur aliquem per administrationem criminaliter damnari: *ut ff. de procurat. l. servum quoque, §. publice, cum ibi notatis per Bart.* & idem forte in freneratico, & venenato, cui propter venenum ad tempus est ablatus intellectus: *ut notat Bal. in lib. feu. tit. an ille qui interficit fratrem domini sui feudum amittit, cap. 1.* ubi concludit Bal. quòd furiosus civiliter de eo quòd committit ante furorem condemnatur, non criminaliter, de eo autem quòd fecit in furore non punitur, quia exilium mentis patitur: *ut ff. de offi. præsi. l. divus, & cle. si furiosus, de homi.* facit ista lex ad quæstionem vulgarem, an scilicèt, si quis commisit delictum, & postea factus est de novo clericus, an debeat puniri ab Ecclesiastico Judice, an seculare: *de qua per Bart. in alleg. leg. 1. de pœnis, & Spec. in titul. de reo. §. 1. ver. sed quid si pendente, & Joan. An. multum latè, extra de obli. ad ratio.*

(*b*) COMO A SIERVO. Vindicta enim corporalis non ita imponitur servo ut libero, quia acrius: *ut ff. ad l. Corne. de fal. l. 1. in fi. & ff. de incen. rui. nau. l. pedius, 7. Part. tit. 31. l. 6.* Item, condemnatio pecuniaria non imponitur servo: *ut ff. de accu. l. hos accusare, §. omnibus, & not. glos. in alleg. l. pe. si ex noxa. causa agatur.*

Ley II. Como la muger preñada no ha de ser justiciada.

SI alguna muger por culpa que faga, fuere juzgada à muerte, ò à pena de su cuerpo, è fuere preñada (*a*), no sea justiciada, ni haya pena alguna en el cuerpo (*b*) hasta que sea parida. Pero si alguna deuda debiere, è no hubiere de que la pagar, mandamos que la recauden por prision, ò por otra guisa, sin pena del cuerpo, hasta que pague lo que debe.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 11. de la 7. Partida, tit. de las penas, que pone cómo los Jueces han de egecutar las sentencias, y entre otras cosas que se requiere es una, que no se egecute con muger preñada.

(*a*) SI ALGUNA, PREÑADA. Nota quòd differtur mortis executio, vel afflictiva corporis in muliere prægnante donec pariat: *concord. l. prægnantis, ff. eod. tit.*

(*b*) PENA EN EL CUERPO. Scilicèt, ex qua partus posset lædi ut quæstio: *ut alleg. l. prægnantis.* Idem, in pœna relegationis, cum mulier eundo posset partum lædere, maxime si est debilis, & circa tempus partus: *ar. ff. si quis cautio, l. 2. §. si quid præsertim*, quia lex ista, *& alleg. l. prægnantis* loquuntur de pœna corporis afflictiva, & de quæstione, cum nomine quæstionis mala mansio contineatur: *ut ff. de injurijs, l. item, §. quæstionis, ff. de ven. inspi. l. 1. §. de inspiciendo facit ad hanc l. ff. de statu. ho. l. imperator* 2. Ubi textus dicit, quòd licèt differatur executio sententiæ corporalis non tamen differtur executio exilij, cum partui non officit nascituro, & sic delictum matris non nocet ei qui est in utero. Item nota, quòd si de facto mulier prægnans torquetur, & partum deposuit Judex, est homicida, vel quasi: *ut not. Bald. in d. l. imperator*: ubi ipse credit, quòd sicut lex prohibet mulierem prægnantem torqueri, quòd non valeat ejus confessio in tormentis facta, cum enim licita non est tortura non valet quòd sequitur ex ipsa: *ar. ff. de quæstio. l. maritus.* Item, mulier prægnans non cogitur venire ad testificandum, si est periculum, ne deponat partum in itinere: *ff. si quis cautio. l. 2. §. sed si non*: differtur etiam executio si partùs est adulterinus, vel in carcere conceptus eadem ratione, & idem si sit tantum per decem, vel viginti dies prægnans. Et ex his nota, quòd lex nocentem propter innocentem præcipit vivere: *ut notat Bal. in alleg. l. imperator*: ubi ipse notat, quòd pater potest etiam filiam prægnantem in fragranti delicto adulterij repertam impune occidere. Idem, est dicendum hodie de marito de jure regni. Item, quærit Bal. *in alleg. l. prægnantis*: quid si mulier pariat, nec reperitur qui puerum nutriat? Respondet quòd si non reperitur nutrix defectu pecuniæ, tunc debet nutrici solvi de publico, ne executio differatur. Idem, *notat Bar. in alleg. l. imperator 2. ff. de sta. homi.* Sed si non reperitur nutrix propter defectum personæ, tunc debet differri executio donec nutrix reperiatur, quia eadem est ratio: *ar. l. sed si is, §. an autem, ff. ad Trebell. & sic tenet Ol. & dicit Bar.* sic fuisse observatum Paduæ: *facit ad hanc l. 4. Part. tit. 1. & 7. Part. tit. 23. l. 2.* Sed quid si mulier prægnans ad mortem condemnata se fecit in carcerem toxicari, an corpus mortuum debet Judex mittere ad furcas, & an perdat bona: *vide Bal. in l. 2. C. qui testa. facere possunt.* Et circa hujus legis materiam est notandum, quòd statuta pœnalia debent benigne interpretari, ideo si statuto cavetur, si quis extraxerit sanguinem puniatur, non intelligitur de medico, vel barbitonsore: *ff. de ll. l. benignius, not. C. de ll. l. non dubium, ver. sequitur videre*: ubi ipse dicit, quòd si statutum dicit, quòd homicida decapitetur, intelligitur de homicida voluntario non de casuali, nec de homicidio licito, undè statutum debet intelligi ita ut careat vitio. Nam si disponat, quòd si quis rapuerit mulierem capite puniatur, & vir de lupanari arripiat sponsam, vel uxorem non punietur, quia talis intellectus es-

Ley III. Qué pena han los que firieren à otros en la cara, ò en otros lugares del su cuerpo.

TOdo home (*a*) que firiere à otro en la cabeza, ò en la cara, de que no saliere sangre, peche por cada ferida dos maravedis: è si le firiere tal ferida en el cuerpo, peche por cada ferida un maravedí: è si firiere cuchillada, ò otra ferida que rompa el cuerpo, y llegáre al hueso, peche por

---

esset vitiosus: *ff. de legi. l. in ambigua.* Item, si statutum dicit, quòd extrahens aliquem de domo puniatur, vis debet intelligi in extracto per vim, non in eo qui extrahitur volens: *ff. de l. legi. nulla.* Nam verba quantumcumque simpliciter, & generaliter prolata intelliguntur, & restringuntur ad ea quæ sunt rationis: *C. de Sacrosan. Eccles. aut ingressi, & ibi Bal. & ubi suprà.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 6. è 20. de la 7. Partida, tit. de las deshonras, las quales ponen singularmente en quántas maneras puede uno à otro deshonrar, è injuriar, è cómo se ha de considerar la injuria, è quándo se dirá grande, ò pequeña.

(*a*) TOdo home. Nota quòd ista lex est localis. Et circa eam est notandum, quòd has pœnas pecuniarias pro delictis prosequitur quilibet de populo: *ut not. Bar. super rubrica de popu. ac.* dubito tamen an per has pœnas pecuniarias sit recessum à pœnis juris communis. Hanc quæstionem tangit *Ci. in l. qui sepulchra, C. de sepul. vio. & Bar. in l.* 1. *ff. vi bo. rap.* ubi videtur concludere, quòd non sint sublatæ pœnæ criminales, quæ à jure communi infliguuntur: *ut l. quotiens, ff. de act. & obli.* non enim videtur recessum, nisi nominatim sit dictum: *facit C. de novat. l. fi.* Idem si apparet aliquibus præsumptionibus tacitè voluisse legis conditorem à lege antiqua recedi, quia tunc actio ex lege antiqua tolleretur, saltim ope exceptionis: *ut not. ff. de novat. l. fin. facit ff. de adimen. lega. l.* 4. & tunc in hac lege istæ pœnæ prosequuntur rem familiarem, ne utraque pœna tendat ad vindictam, non videtur à jure communi recessum: *ut Bar. ubi suprà, & qualiter hoc intelligatur, vide ad plenum Bar. in l. prætor edixit, §. sed dicam, ff. de injurijs, & Salic. in l. qui sepulchra, ff. de sepul. vio. & Bal. in l. in eum, C. de fur.* An autem si pars remittit injuriam suam possit præjudicare fisco ad has pœnas consequendas: *vide Bar. in l.* 1. *ff. de injurijs, & nota suprà eod. lib. tit.* 3. *l.* 1. Item, an vulnerans seipsum incurrat pœnam hujus legis: *vide per Jo. An. in addit. Spec. tit. de homic. in ultim. col.* Item, an si uno ictu, vel uno impetu fiant plures percussiones, de quibus in hac lege an percutiens puniatur pluribus pœnis, vel una tantum: *vide Bar. ff. arbor. fur. ce. l. si gemina, & ibi notabiliter per eum, & per Henr. in c.* 1. *extra eod. tit.* Item, an Judex propter senectutem, vel amicitiam, vel aliàs potest has pœnas moderari: *vide c. tanta,* 86. *dist. & c. nisi, extra de offi. leg.* 2. *q.* 3. §. *notandum, & q.* 6. §. *diffinitiva, ver. cum circa.* Item, an si pro eodem delicto diversæ pœnæ statuuntur quam imponet Judex: *vide Inno. in c. de causis extra de offi. dele. &* 23. *q.* 5. *c. relegentes.* Item, an pœnæ pecuniariæ, de quibus in hac lege applicentur fisco, vel parti: *not. C. de Sacrosanct. Eccles. l. jubemus,* §. *his quoque glos. bonorum, & Bar. ff. de termi. amo. l. agraria, & Spec. tit. de dolo, & contu.* §. *restat circa princ.* Regula tamen est, quòd quando agitur criminaliter pœna pecuniaria applicatur fisco. Si vero civiliter applicatur parti: *not. insti. de injurijs,* §. *in sum. & ibi glos. & C. de pœn. au. l. pen. glos.* 2. *& ff. de priva. delic. l. fi. glos. fi.* Item, an potest quis pluries puniri ex eodem delicto iterato: *vide Ci. C. de Sacrosanct. Eccles. l. placet, in princ. & not. de servis fugi. l. quicumque, glos.* 3. *& ubi Ci. q.* 2. *ff. de priv. l. nunquam plura, & not. C. de primicerio, l.* 2. *in glos. lib.* 11. *& Bar. ff. de furtis, l. inficiando,* §. *infans, & l. vulgaris, eod. tit. & in Spec. tit. de sen. prolatio,* §. 2. *ver. pe. & ibi Jo. An. in addi. & extra de reg. jur. c. delic-*

lictum, *lib.* 6. *& vide quòd scripsi suprà tit. de las injurias*, *l.* 2. Quando autem civilis, & criminalis possunt in eodem judicio cumulari: *vide plenè per Bal. in l.* 1. *C. de appel.* ubi notat ipse, quòd illa regula quando civilis actio criminali præjudicet non habet locum in quæsitore, quia nullum præambulum judicium pendet cum eo, licèt coram eo. Et nota novam conclusionem, quòd civilis potest cumulari criminali ubicumque imminet pœna mortalis: *ut l. interdum*, §. *qui furem*, *ff. de furtis*: imò etiamsi imminet alia pœna, ut ictus fustium, non prius dimittitur fur quam furtum restituat: *ut in auct. ut judi. sine quoquo suffra.* §. *oportet enim*, *& in auct. ut li. ma. & aviæ*, §. *illud verum*: delictum autem non potest aliter purgari, nisi fiat restitutio: *ut ff. de pos. l. bona fides*, *not. Bal. in alleg. l.* 1. *C. de appel.* Item, facit ad hoc quòd non valens solvere luit in corpore in criminalibus, licèt in civilibus fit dubium: *ut in l. si is qui. ff. de juris. om. jud. & c. fi. de dolo*, *& contu.* & si post lutionem corporis quis pervenerit ad pinguiorem fortunam non tenetur amplius solvere: *ut notat Bal. in l. fi. ff. de in jus vo.* ex eo quòd luitio corporalis cedit loco solutionis: *ut est text. quem Bal. commendat in l. sed si unius*, §. *si autem*, *ff. de injurijs*, *tamen est glos. ordinaria idem dicens in c. sicut dignum*, *de homicidio*, *& similis glos. in regula peccatum*, *de reg. jur. lib.* 6. 14. *q.* 6. *si res aliena*: est tamen notandum, quòd regula illa, qui non habet undè solvat luat in corpore: *ut l. si sine venia*, *ff. de in jus vocan.* est verum ubicumque quis convenitur ratione maleficij, vel doli non in simplici delicto quòd ex maleficio non descendit: *ut C. de exac. tribu. l. nemo carcerem*, *lib.* 11. *qui est text. notabilis.* Nota tamen, quòd pœna luitionis in corpore non infringitur, nisi quatenus ab offenso petitur, undè eo invito non posset Judex loco pecuniariæ castigare in corpus debitorem: *quòd est notandum*, *hoc tenet Bal. in alleg. l. si sine*: ubi notat, quòd hæc castigatio loco solutionis habetur, & ei succedit, & à pœna pecuniaria liberat: *ut alleg. l. sed si unius*: pœna autem corporalis loco pecuniariæ non irrogatur, nisi in subsidium facta excussione bonorum. Nec etiam potest quis detineri in carcerem pro debito, nisi sit facta excussio bonorum *per glos. notabilem*, *& singularem*, *ff. de suspec. tu. l.* 3. §. *tutorum*, *& notat Bal. in l.* 1. *C. de cessio. bono. hoc idem Bal. notat in alleg. l. si sine*, quæ autem differentia sit inter pœnam, & mulctam: *notat Bal. in l. certa ratione*, *C. quando provo. non est necesse*: ubi dicit, quòd pœna proprie respicit delictum, ea imposita, & soluta est quis absolutus à delicto: *ut ff. de jure patro. l. divus*: sed multa proprie concernit contumacem, & per eam non purgatur delictum: *ut Bal. in alleg. l. certa ratione*; ubi etiam notat, quòd si ex mero Judicis officio pœna de qua in lege ista imponatur non infamat, quia nulla lege cavetur, quòd merum Judicis officium infamet, imò de jure communi talis processus est prohibitus: *ut ff. de mune. & hono. l. rescripto*, §. *si quis in accusatorem*: nisi aliàs sint famosi: *ut l. congruit*, *ff. de offi. præsi.* An autem si sunt plures condemnati ex maleficio, unius solutio liberet alios: *vide per Bal. in l.* 1. *C. si plures una sen. condemnati sunt.* Sed circa materiam hujus legis quæro, quid si consuetudine, vel statuto civitatis ubi limitatum est quantum debeat solvere homicida percussor in capite, vel in alijs membris: *& Host. in c. cum tanto*, *extra de consue.* dicit, quòd talis consuetudo, vel statutum non valet: *ut c. ex parte*, *de consue. & l. si unus*, §. *pact. ff. de pactis*, *& in auct. de manda. princ.* §. *oportet*, *&* 23. *q.* 4. §. *item illud*, *& l. humana non est suprà l. divinam*, *sed subest ei*, 10. *dist. c.* 1. Sed si per tale statutum vel consuetudinem non aufertur pœna juris communis valet, ut in hac lege, & circa hoc quæritur qualiter debeat puniri de jure communi ille qui abscidit alicui membrum. Respondeo, quòd lex Cornelia de siccarijs, quia partem hominis occidit: *facit quòd not. ff. de fur. l. vulgaris*, *in princ.* nam isti qui habent animum occidendi, cum actu tam gravi ultore ferro puniendi sunt: *ut insti. de publi. judi.* §. *item lex Cornel.* sed in divina scriptura dicitur, quòd tantum debetur pro tanto non totum pro toto, dicitur enim oculum pro oculo dentem pro dente. Hoc idem dicebat lex duodecim tabularum: *ut patet insti. de injurijs*, §. *pœna*: & hoc si constat de dolo, & personæ sunt æquales, aliàs est pœna arbitraria, ut ibi notatur, quia in his quæ non habent certam quantitatem, vel na-

cada ferida doce maravedis: è si rompiere (*a*) el cuerpo, è no llegáre al hueso, peche (*b*) seis maravedis: y estas feridas no monten mas de fasta treinta maravedis. E si le sacaren hueso de la ferida, por cada hueso peche cient sueldos (*c*), fasta cinco huesos: è si le firiere en el rostro de guisa que finque señalado, peche la caloña doblada: è si le firiere ferida porque pierda ojo, ò mano, ò pie, ò toda la nariz, ò todo el labro, peche por cada miembro docientos y cinquenta sueldos; y esto monte fasta quinientos sueldos: è si perdiere el pulgar, peche veinte y cinco maravedis: è por el otro dedo cabel, peche veinte maravedís: è por el tercero dedo, pe-

---

naturam, ut est actio injuriarum ex lege Cornelia, opus est arbitrio æquitatis: *ut ff. de injurijs, l. injuriarum æstimatio, ad hoc facit glos. parvul. ff. de jurisdi. om. judi. l. imperium*: & si non invenitur simile membrum transmutabitur pœna, & servabit Judex æqualitatem in quantum potest, sed si non potest puniet magis gravius quam remissius: *ut l. 2. C. ut infrà cer. tempus crimi. q. termi.* & est ratio, quia offensus membrum perdidit innocenter, iste autem punitur culpabiliter, & ideo magis, quia inter innocentiam, & dolum nulla est proportio: *ut ista notat Bal. lib. feu. tit. de pa. jura. fir. l. hac edictal. §. injuria.* Item nota, quòd si statuto cavetur, quòd si ex percussione sanguis exiverit non valet pax, modo ego projeci te in terram, & inde percussisti caput in lapide, & inde sanguis exivit, quòd valeat pax, quia ego non percussi lapide, sed manu vacua, undè non sum usus lapide loco instrumenti: *ut l. si de interpretatione, & ibi Bal. ff. de legi.* & sic credo, quòd si ex manu vacua ex impulso contingunt vulnera de quibus in hac lege non habeat locum pœna de qua hic. Item nota, quòd pœna statutaria est sequenda, & non pœna juris communis: & est ratio, quia potestas jurat servare statuta, & juramentum obligat in forma, undè est servandum omnino: *ut notat ff. de condi. ob causam, l. si pecuniam, in princ. notat Bald. in l. non est novum, ff. de leg.*

(*a*) E SI ROMPIERE. Nota, quòd varietas delictorum inducit varietatem pœnarum: 29. *dist. cap. ult.* 14. *q.* 5. *c.* 1.

(*b*) PECHE. Quid autem interest sivè pœna imponatur affirmative, ut hic, sivè imponatur negative: *vide per Inno. in cap. extirpandæ, extra de præbendis.*

(*c*) SUELDOS. Nota, quòd unus solidus est unus aureus: *ut insti. de pœna teme. lit. §. fi. &* 72. aurei faciunt libram: *ut C. de suscept. & archa. l. quotiens, lib.* 10. *secundum Jo. An. & Henr. in c. fi. extra de Judæis.* Hic enim est solidus legalis non vulgaris: *ut notat Ci. in l. si quis pro redemptione, C. de dona. §. cæteris cum ibi notatis per eum, & de his morabetinis, de quibus in hac l. vide quòd notatur, suprà eod. for. lib.* 2. *tit. de las ferias, l.* 1. *vide for. juz. lib.* 6. *tit.* 4. *l.* 1. *&* 2. vide tamen omnino de valore horum solidorum *suprà eod. lib.* 1. *tit. de los Escribanos, l.* 1. An autem circa pœnas hujus legis, eis solutis debeant etiam solvi mercedes præstitæ medicis, & alia impendia, quæ in curatione facta sunt: *vide l. fi. ff. de his qui deje. vel effu. & ibi Bar.* Item, an habeatur ratio expensarum, vel amissionis operarum: *not. Bal. in l. ex hac l. ff. si qua pau. fe. di.* Item nota, quòd constitutio pœnalis non extenditur ad alios casus: *ut notat glos. c.* 1. *de tempo. ordin. lib.* 6. *& c. sciant cuncti, & c. statutum, & c. licèt canon, de elec. eod. lib.* sed licèt propter identitatem rationis extendatur, non tamen ejus pœna: *ut notat Jo. An. in c. dispendia, de rescriptis, & Dominicus in c. si forte, de elect. lib.* 6.

ADDICION.

La Ley 15. *de la* 7. *Partida, tit.* 29. *pone, que qualquiera que hiciere carcel sin mandado del Rey, ni usáre de la fecha, è prendiere alguno en ella sin mandado de la justicia, muera por ello: è si los Jueces, sabiendolo, no lo castigaren, caygan en la misma pe-*

che quince maravedis: è por el quarto, diez maravedis: è por el quinto, cinco maravedis: è la meitad desta caloña peche por los dedos de los pies, en la manera que es dicha de las manos: si perdiere dientes, por cada diente peche diez maravedis: è si fuere de los quatro dientes de delante, quier de los de suso, quier de los de yuso, peche por cada diente quince maravedis: è por la oreja diez maravedis: y estas caloñas puedan montar fasta quinientos sueldos, si tantas fueren: y destas caloñas haya el Rey tres quintos, y el ferido dos quintos, ò sus herederos, si muriere de las feridas: è si le enturbiáre el ojo, è guaresciere dél, peche doce maravedis: è si le menguáre algo del viso, ó si le rompiere el bezo, ò la nariz, de guisa que mengue algo della, por cada ferida veinte y cinco sueldos; y esto no pueda montar mas de quinientos sueldos, si tantas fueren las feridas.

Ley IV. Qué pena ha el que prendiere à otro sin derecho.

TOdo home que presiere à otro sin derecho (*a*), por la presion peche doce maravedis: è si le metiere en casa (*b*), ò en fierros, ò en otra presion, peche

---

pena; pero bien se permite tener cepos para guardar los Captivos, è Moros en sus casas sin pena alguna. E la Ley 1. del dicho tit. pone, por cuyo mandado los presos se han de guardar, è cómo: è sobre esto dispone la Ley 1. tit. 17. lib. 8. è la Ley 2. de la dicha 7. Partida pone quatro casos, en los quales uno no puede prender à otro sin licencia de la justicia, è sin pena alguna. Vey la Ley 7. è 10. de las Ordenanzas Reales, tit. 14. lib. 2. è por todo el dicho tit.

(*a*) TODO HOME, SIN DERECHO. Nota primò, quòd per istam legem non tollitur pœna juris communis de privato carcere: *ut not. suprà l. proxim.* undè notandum est circa hoc, quòd sunt qui habent jus capiendi, ut pater filium, & dominus servum, & hi non committunt carcerem privatum, quia faciunt ad morum coertionem: *ut ff. de hæred. inst. l. ex facto, §. proinde, & l. 1. & 2. C. de patria pot.* quidam habent jus capiendi, sed non retinendi, & isti carcerem privatum committunt si ultra viginti horas captum detinent: *ut l. cap. 5. ff. de adult. not. in l. fi. C. de exhi. re.* quidam sunt qui non habent jus capiendi, nec retinendi, & tunc aut isti captum dumtaxat retinent, & hoc crimen committunt: *ut l. 1. C. de priva. carce.* & capite puniuntur, ut ibi, & mulctantur ut hic, aut non retinent captum, sed immediatè occidunt, vel vulnerant, & vulneratum dimittunt, & tunc solum de occiso, vel de vulnerato tenentur: *ut l. illud, ff. ad l. Aquil.* aut capiunt, & ex intervallo hoc faciunt, & de utraque tenentur: *ut l. nunquam plura, ff. de priva. delic. §. pro hac diversitate, facit quòd notat glos. & Salic. C. de accus. l. qui de crimine, & hoc notat Salic. in alleg. l. 1. C. de priva. car.* de Judice autem injuste aliquem incarcerante: *vide 3. Part. tit. 4. l. 14.* An & quando criminosus incarcerari debeat: *vide Henr. in c. ex rescripto, extra de jurejur.*

(*b*) EN CASA. Nota ex hac lege, quòd ad commissionem hujus criminis exigitur inclusio, ut hic: *facit leg. si quis, & quòd ibi not. C. de custod. reo.* undè concludit Salic. ubi suprà, quòd quando quis retinetur, ita quòd volens non potest recedere privatum carcerem committit, sivè in domo, sivè in compedibus, sivè in vinculis, sivè sit ligatus: *ar. dict. l. 1. de priva. car. in princ. & l. succurritur, ff. ex qui. cau. ma.* & lato sumpto vocabulo quocumque istorum modorum potest dici inclusus: *& notat glos. C. ad l. Jul. de*

trecientos sueldos, y destas caloñas haya la meitad (*a*) el Rey, è la meitad el preso.

Ley V. Qué pena ha la muger que se fuere de su marido.

SI alguna muger se partiere de su marido, è se fuere afrontandola el marido que se no vaya dél, sin la pena de las arras que es puesta en la ley (*b*), pierda todo quanto ganaron en uno, y hayalo el marido.

Ley VI. Como el que foradáre casa, ò Iglesia por fuerza, merece muerte.

TOdo home que foradáre casa, ò quebrantáre Iglesia

---

de vi publi. l. 3. Et circa hanc legem nota, quòd officiali de facto aliquem incarcerari volenti, vel bona alicujus capere attentanti, potest violenter resisti per eos quorum interest: *ut l. prohibitum, C. de jure fisci*: & hoc etiamsi fuerit Principis officialis, & idem si lite pendente ante sententiam officialis voluerit bona auferre: *ut l. defensionis facultas, & l. fi. eod. tit. de jure fisc. l.* 10.

(*a*) La meitad. Aliàs regulariter servatur, quòd habetur *infra eod. tit. l. fi.* Ultimo circa materiam hujus legis nota, quòd qui est in carcere potest recomendari, & citari pro alia causa re, & verbo: *ut not. in l.* 2. *C. ex qui. cau. ma. ut refert Bal. in l. quicumque, ff. de in jus vocan.* nisi in actibus qui impediunt se concursu, quia tunc cuilibet Judici est obediendum: *ut notatur in l.* 2. §. *fi. ff. de custo. reo.* Nota tamen, quòd quicquid potest opponi citationi, potest opponi recommendationi, quæ fit in carcere. Dicit tamen Bart. in quæstione sua, quæ incipit: lapsus: quòd si principalis captura non tenet recommendatio fieri non potest, quia spoliatus libertate sua est ante omnia restituendus, & quia si non tenet principale, nec tenet accessorium *per l. cum unus, in princ. ff. de bo. auct. ju. po. ut not. Bart. in alleg. l. quicumque.* Item nota, quòd citans aliquem realiter in domo sua, videtur ei vim inferre: *ut in l. plerique de in jus vo. ex quo duo sequuntur secundum Bal.* Primò, quòd tanquam illicite captus est ante omnia relaxandus: *ut ff. de verb. sig. l. quoque*: ubi dicitur, quòd ille qui est in domo sua si sponte non accedit cum nuncio ad Judicem, potest eum ducere per vim. Secundò, quia capiens tenetur actione injuriarum, & addit Bal. tertium effectum, quòd capienti potest armis resisti: *ut C. de mœcha. l. devotum, lib.* 12. *& C. de jur. fisc. l. prohibitum, lib.* 10.

ADDICION.

En quanto esta Ley dispone, que la muger que se fuere de casa del marido, pierde la dote, y arras, è los bienes gananciales. Concuerda con esta Ley, la Ley 15. *de la* 7. *Partida, tit. de los adulterios, è la Ley* 1. *del dicho tit. Vey la Ley* 4. *tit. de las ganancias, lib.* 5. *de las Ordenanzas Reales, que pone un caso en el qual la muger pierde las ganancias.*

(*b*) Si alguna, Ley. *Quæ est suprà eod. for. lib.* 3. *tit. de las arras, l. fi. & quòd ibi scripsi, vide infrà tit.* 1. *l.* 1.

ADDICION.

En quanto esta Ley dice, que el que foradáre casa, ò quebrantáre Iglesia por robar, muera por ello: en quanto à la Iglesia, vey la Ley 4. *tit. de la guarda de las Iglesias, lib.* 1. *de las Ordenanzas Reales, que pone allende desta pena, pena de sacrilegio: è vey la Ley* 1. *tit.* 18. *lib.* 8. *de las Ordenanzas Reales. Item, en quanto al que forada casa, la Ley* 29. *de las dichas Ordenanzas Reales, lib.* 8. *tit. de las penas, pone, que el que lo ficiere cae en caso de aleve, è pierde la meitad de sus bienes, è se confiscan à la Cámara del Rey: è si pusiere fuego en alguna casa, encurre en la misma pena. E concuerda con esta Ley en amos casos, la Ley* 18. *de la* 7. *Partida, tit.* 14. *Y en quanto esta Ley habla de las penas de los que hurtan, de otra manera lo dispone la dicha Ley* 18. *que pone, que si el que furta hace el delito encubiertamente, ha de pechar dos tanto. E si publicamente, ha de volver la cosa con el quatro tanto: è lo mismo dispone la Ley* 3. *tit.* 13. *de la* 7. *Partida.*

por furtar (*a*), muera por ello (*b*). E si alguno furtáre alguna cosa que vala quarenta maravedis, ò dende ayuso, peche las novenas (*c*),

---

(*a*) TODO HOME, POR FURTAR. Nota primò ex hac lege, quòd punitur conatus vel effectus cum processu ad actus exteriores: *& de hoc vide ad plenum Henr. in c. cum venissent, extra de eo qui mit. in pos. & Bar. in l. si quis non dicam, C. de Episcopis, & Cler. facit ad hanc l. l. capitalium, §. grassatores, ff. de pœnis.* Ubi aggressor, & si furtum non perficiat capite punitur, deprehenditur enim voluntas, & animus furandi, si domus quam perforaverat, vel Ecclesia quam fregerat divitijs abundabat, sicut dicimus, si aliquis deprehenditur in domo alicujus, ubi erat pulchra mulier, facit adulterium manifestum: *ut l. cap.* 5. *ff. de adulte.* Idem, si aliquis visus est aufugere cum gladio evaginato, & reperitur homo mortuus, est homicida manifestus, sicut dicitur manifestus fur deprehensus cum furto, licèt non visus sit furari: *ut hæc not. Bar. in l.* 1. *&* 2. *ff. de furtis.* Si enim non fecit hoc animo furandi non tenetur de hoc genere delicti: *ut not. per Doct. signanter per Henr. in cap. cum voluntate, extra de sen. excom.*

(*b*) MUERA POR ELLO. Nota, quòd licèt regulariter pro primò furto quis furca non suspendatur, ut infrà nota tamen pro uno furto multum enormi fur debet mori ut hic, deprehenditur enim enormitas delicti ex quantitate, & qualitate furti, & ex animo delinquentis: *ut l. aut facta, §. sed hæc minor, cum sequentibus, ff. eod. tit. & in lib. declarationum hujus fori, l.* 75. quæ disponit, quòd fur debet mori si ascendat per parietem, vel per fenestram, vel per alium locum suprà tectum ingrediatur domum ad furandum. Idem, si cum clave, vel cum effractione archam aperiat, & idem si reperiat januam apertam, & inventus est latens in domo. Idem, dico si est magnum furtum, quòd æquivalet sæpè tribus parvis: *ar. ff. de accu. tu. l. si quis*, & quia propter enormitatem delicti permissum est leges transgredi: *ut not. Inno. extra de consti. c.* 1. Idem, etiam dico si fur deprehendatur cum furto, taliter quòd fiat manifestum: *ut lib. Stylli, l.* 66. quis enim dicatur fur manifestus: *not. Bal. in l. falsus, C. de furtis.* Item, exacerbantur supplicia maleficiorum quoties nimium multis personis crassantibus exemplo opus est: *ut alleg. l. aut facta, in fi. ubi vide glos. & Bar.* debet etiam mori pro primò furto furans decem oves ex pascuis, vel quatuor, vel quinque porcos, vel boves qui faciunt gregem: *ut ff. de abig. l.* 1. *&* 2. *&* 7. *Part. tit.* 14. *l.* 19. vel equum in stabulo, ut ibi. Item nota, quòd non solum latrones furca suspenduntur, sed etiam pyrate, & similes: *ut in auct. ut novo jur. C. de servis fugit.* & debent suspendi versus locum in quo furati sunt: *ut alleg. l. capitalium, §. famosos, ff. de pœnis.* Item, sunt suspendendi sacrilegi, & transfuga ad hostes. Item, denunciantes consilia Principis. Item, actor seditionis vel tumultus: *ut ff. de re. mili. l.* 3. §. *& is qui.* Item, servitor regis, qui mortem intulerit alicui, debet super fossam ipsius mortui suspendi: *ut in legi. Lombardorum, tit. de culpis servorum, l.* 1. *& homic. lib.* 5. *l. si servus regis.* Item, Principes adorantes falsos Deos suspenduntur in patibulis contra solem, & ita potest dici, quòd Principes, & Reges hostium debent in patibulis suspendi si capiantur, sed ultra eandem diem non debent in eis morari: *Deuter. cap.* 10. *& Josuæ, cap.* 8. & ex hoc apparet, quòd schismatici qui adorant falsam Ecclesiam, si in libello capiantur debent furca suspendi: *ut ista not. Bal. in l. feu. tit. de pa. jur. fir. l.* 1. §. *injuria.* Est etiam notandum circa hoc, quòd convicto non potest Judex dare electionem mortis, sed ipse Judex debet eligere: *ut l.* 1. *C. qui non po. ad liber. perve. & ibi Bal. & not. glos. in l. aut damnum, §. si animadvertis, ff. de pœnis.*

(*c*) LAS NOVENAS. Nota approbatum quòd ponitur *in auct. sed novo jure, & non servatur quòd ponitur in auct. de pace tenenda, §. si quis, colla.* 10. *& C. ubi ca. est fisca. l. universi, & not. in aut. de pace jur. fir. &* 7. *Part. tit.* 13. *l.* 18. Nam pro primò furto regulariter quis non debet mori, nisi in casibus suprà notatis. Est tamen notandum, quòd taliter condemnatus in pecuniam poterit il-

las dos partes al dueño del furto, è las siete partes al Rey: è si no hubiere de que lo pechar, pierda lo que hubiere, è cortenle las orejas (*a*); y esto sea por el primer furto: è si furtáre otra vez (*b*),

illam usque ad sententiam solvere: *ut not. Bar. in l. uxor. ff. de penu. lega.* & nota quòd hic non ponderatur dolus, ex quo ista lex non facit mentionem doli, culpa tamen requiritur, quia requiritur quòd sit delictum, & forte non sufficeret culpa levissima, quia culpa levissima non punitur criminaliter: *ut notat Ci. C. de Episc. & Cler. l. si quis non dicam rapere, & Bal. in l.* 1. *§. fi. ff. ne quis eum qui in jus vo. est vi. exi.*

(*a*) Las orejas. Nota quòd condemnatus propter crimen ad pœnam pecuniariam, si elidit condemnationem, cum non potest solvere, convertitur pœna pecuniaria in corporalem, & luit in corpore: *ut hic concord. l.* 1. *§. fi. ff. eod. tit. facit l. qui ædes, ff. de incen. rui. & nau.* & nota, quòd si fur condemnatur ad pœnam, & tradatur per villam, prout consuevit fieri debent secum deferri res furatæ: *ut l. jubemus, C. de defen. civi. circa princ.* & quòd hic dicitur procedit in pœna quæ est irrogata à jure. Secus si à Judice foret imposita, quia illa videtur propter paupertatem debere remitti: *ut l. illicitas, §. fi. de offic. præsi. & C. de modo mulctam, l. fi. in fi. ut Florian. in l. ait lex, §. hæc actio. in fi. ff. ad l. Aquil.* Item, est notandum circa hujus legis materiam, quòd si statuto cavetur, ut in hac lege, quòd condemnatus de furto solvat certe pecuniæ quantitatem, quòd condemnatus de expilatione hæreditatis, vel rapina dictam pecuniam debeat solvere, quia statutum loquitur de furto in genere, & sic de qualibet ejus specie: *ff. deleg.* 3. *si chorus, & ff. si cer. pe. l.* 1. *& deleg. præstan. l.* 1. *§. generaliter.* Item, quia major ratio prohibitionis est in expilatione hæreditatis, & in rapina quam in simplici furto cum illa sint furta improbiora: *ut not. glos. in l. ut te, C. ex qui. cau. infa. irro. notat Salic. in alleg. l. ut te, circa fi.*

(*b*) Furtare otra vez. Nota quòd pro secundò furto fur suspenditur furca, ut hic: de jure tamen non, nisi pro tertiò furto: *ut alleg. auct. sed novo jure*, & sic nota, quòd quandocumque delictum deducitur in consuetudinem aggravatur delicti pœna, ut hic. Et hoc etiam est de generali consuetudine, quæ eo ipso reputat furem publicum, & famosum, quia duo furta fecit, vel saltim reputat eum grassatorem: *ut alleg. l. capitalium, §. grassatores, & §. famosos*, & hoc intelligo verum, etiamsi fur sit mercenarius, & committat plura furta, etiam circa res viles cum frequentia furandi punitur: *ut not. Bald. in l. apud antiquos, in fi. C. de furtis, undè versus.* Qui malè consuevit, cui pravus mos inolevit. Raro delevit quòd consuetudine crevit: *not. Spec. tit. de instrum. edi. §. instrumentum ergo, ver. item opponitur quòd tabellio.* Dubitatur tamen secundum *Bal. in auct. sed novo jure*: nunquid furta de quibus non potest cognosci propter præscriptionem temporis, vel quia extra territorium sunt commissa aggravent furtum quòd de novo committitur, & si connumerentur in numero furtorum, videtur quòd non, quia paria sunt commissa non esse, vel de eis cognosci non posse. Nam si non potest cognosci, ergo non potest constare judici: *ut jud. ad hoc, ff. de ferijs, l.* 2. *in fi.* Item, delictum tempore aboletur: *ut ff. de injurijs, l. sed si unius, §. si autem, & ff. quòd metus caus. l. si cum exceptione, §.* 1. Idem si quis pro præteritis furtis solvisset condemnationem, quia pro absoluto debet haberi ex quo solvit: *ut ff. de jure patro. l. divus, & not. ff. de exce. rei jud. l. si quis cum totum, §. planè.* In contrarium videtur quia ratione aliorum furtorum remanet infamia, & de eo de quo non potest principaliter cognosci, cognoscitur in consequentiam, seu in concomitantiam: *ar. de judicijs, l. quotiens, & hæc vera, ut not. in auct. ut nulli jud. §. si quis vero comprehensorum per Jaco. de Bel. & ff. de accusa. l. si cui. §. sacrilegium per Bar. hoc idem tenet Bal. in l. fi. ff. de jurisdi. om. judi. per rationes alleg.* Item, quærit Bal. utrum plura furta facta eodem loco, & tempore dinumerentur ut plura, dico quòd non, quia mens legis est quòd intendit gravius punire propter consuetudinem delinquendi, in

muera por ello : è si el furto primero valiere mas de quarenta maravedis , peche las novenas (*a*), asi como sobredicho es : è si no hubiere de que lo pechar , cortenle las orejas , y el puño (*b*).

---

in qua consuetudine requiritur temporis intervallum : *ad hoc facit* , *ff. de furtis*, *l. eum qui* , *& ibi glos. & Bar. & in l. vulgaris* , *eod. tit.* Idem , si unam rem quis contrectavit in diversis territorijs. Nam licèt in quolibet territorio deprehensus posset puniri , ex quo ibi contractavit : *ut notatur* , *ff. de furtis* , *l. dominium per Bar.* tamen proprie non sunt plura furta , sed unum , & idem sæpius repetitum. Sed pone quòd quis confitetur se fecisse plura furta diversis locis, & temporibus. Nunquid est standum huic confessioni ? Respondeo , quòd non , quia confessio generalis , & incerta , cum non constet de rebus subtractis : *ar. ff. ad Silla. l.* 1. §. *undè illud.* Item , quid si confitetur se fecisse plura furta pro eodem loco , diversis tamen temporibus ? Respondeo , ista verba diversis tamen temporibus sunt obscura , quia possunt intelligi diversis temporibus continuatis, & sic non reputantur plura : *ut notatur ff. de actio. & obli. l. numquam actiones*, & pro confitente interpretamur in mitiorem partem : *ut ff. de judi. l. si quis intentionem* , *& extra de accusa. c. cum dilectus* , nisi dicatur in confessione cum temporis intervallo. Sed quid si appareat de furtis , & persona cui sunt facta, est cogitata tàm judici quàm furi ? Respondeo , non ideo minus punitur delictum: *ut notatur in simili* 2. *q.* 8. *libellorum.* Item , circa hanc materiam nota , quòd si statuto cavetur , quòd homicida , vel fur puniatur in centum , alio statuto cavetur , quòd si quis fecerit duo homicidia , vel furta decapitetur. Quidam pro primò delicto solvit centum , deinde commisit secundum an debeat decapitari , & videtur quòd non , quia de primò est satisfactum , ergo non debet ulterius puniri. Contrarium dico secundum *Bal. in auct. qui semel* , *C. quomodo* , *& quando ju.* quia primum delictum pro infecto non debet haberi , & licèt quoad primum obligatio sit extincta , primum tamen aggravat secundum , sicut in dicta *auct. qui semel* , contumacia prima pro qua est satisfactum per refectionem expensarum est extincta, cum aggravat contumaciam secundam , ut gravior imponatur pœna. Idem , si maleficium primum esset consumptum præscriptione temporis. Nam aggravat secundum, & non obstante præscriptione cognoscitur de illo non propter ipsum , sed incidenter propter aliud aggravantur: quòd commendat *Bal. in alleg. auct. qui semel.* Item , nota circa hanc materiam , quòd accessores non debent pati aliquem advocare pro insignibus furibus vel latronibus , quorum periculi sui nescia feruet insania : *ut C. de defenso civi. l. per omnes* , *notat Bal. in alleg. auct. sed novo jure.* Item nota, quòd licèt fur corporaliter puniatur , ut hic. Non tamen dimittitur, nisi re furata prius restituta : *ut in auct. ut jud. si quo, su.* §. *opus autem* , *& in auct. ut li. ma. & aviæ* , §. *illud* , *& Bal. in l. ex more* , *C. ad l. Aquil. & vide quòd notat Bar. in l. interdum* , *ff. de furtis.*

(*a*) Las novenas. Scilicèt , valoris rei furatæ , cum agitur de furto respectu veri dominij : *ut not. Bar. in l. in furti circa princ. ff. de fur.*

(*b*) El puño. Et sic potest colligi ex hac lege , quòd in eo instrumento corporis quis principaliter delinquit , undè si cursor est dignus mutilatione membri amputatur sibi pes. Si testis lingua. Si tabellio manus : *ut l. si fugitivi* , *C. de servis fugi.* sed hodie excepta manu nullum membrum debet mutilari : *ut in auct. sed novo jur. C. de servit fugi.* nisi aliter se haberet consuetudo : *notat Bald. in alleg. l. si fugitivi* , *in princ.* Item , *vide Florian. in l. si quis* , *ff. de noxa. actio.* Hoc etiam intellige de manu debiliori: *ut notat glos. approbata per Doct. signanter per Bald. in alleg. auct. sed novo jure.* Quid si nullam manum habet , vel si habet unam tantum , vel si una est arida, & inutilis : *vide Bald. notabiliter in alleg. auct. sed novo jure.* An autem actio persecutoria tollatur in casu hujus legis pœnalem , vel jam per minorem pœnam, jam inflictam tollatur major: *vide notabiliter per Bal. in l. ancillæ* , *C. de furtis.* Item, an inopia excusat à furto: *vide* 12. *q.* 2. *cap. fraternitas* , *extra de furtis* , *cap.* 2. *&* 23. *q.* 5. *in sum. concord.*

Ley VII. Como el que robáre, si no fuere ladron conoscido, debe pecharlo con el doblo lo que furtó.

TOdo home que no fuere ladron conoscido (*a*), ò encartado (*b*), è robáre camino (*c*), peche lo que robáre doblado (*d*) à su dueño, y al Rey cient maravedis: è si fuere ladron conoscido, ò encartado, è robáre cami-

---

cord. foro juzg. lib. 7. *tit.* 1. *l.* 1. Ultimo nota incidenter, quòd si est aliquis condemnatus ad mortem, vel ad mutilationem membri, potestas potest committere executionem alteri, & non solum committere, sed etiam compellere, dum tamen non sit sacerdos, vel honesta persona: *ut notat Guil. de Cun. in l. fi. ff. de pig. act.* viles enim personæ ad talia debent deputari: *ut ff. de judicijs, l. fi.* quoniam ignominiosum officium est plusquam alia officia mundi: *not. Bal. in l. fi. in fi. C. de execu. rei judi.*

ADDICION.

La Ley 3. *de la* 7. *Partida, tit. de los robos, dispone, que el que roba à otro es tenudo de bolver lo que robó con tres tanto de lo que valía: y esta pena se puede pedir fasta un año desde el dia que robó, el qual ha de ser utile, & non continuo; pero pasado el año no se puede pedir la pena, salvo la cosa robada con los frutos, ò la estimacion: è la Ley* 18. *del dicho tit. de los adulterios de la* 7. *Partida, declara esta Ley, è la entiende singularmente. Vey la Ley* 7. *tit. de los robos, lib.* 8. *de las Ordenanzas Reales.*

(*a*) TODO HOME, CONOSCIDO. Scilicèt, per sententiam, vel per confessionem in forma judicij factam, vel per rei evidentiam: *ut not. in c. vestra, & c. fi. extra de coha. Cle. & mulie.* vel dic: conocido, ut famosus: *ut not. Bar. in l. capitalium, §. famosus, ff. eod. tit.* vel conocido, ut publicus latro, vel qui itinera frequentata insidijs aggressionis obsederit, qui impunè possunt occidi si resistant: *ut l.* 1. *&* 2. *C. quando li. unicui. sine judi. se. vin. & extra de immu. Eccles. c. inter alia*: vel potest dici, conocido, ut manifestus: *ut l.* 1. *&* 2. *ff. de furtis, & insti. vi bo. rap.* §. 1. Item, & piratæ possunt à quolibet impunè derobari, cum sint diffidati à jure: *ut l. navigia, & ibi Bal. C. de furtis.*

(*b*) O ENCARTADO. Scilicèt, in absentia propter ejus contumaciam: *ut suprà eod. for. lib.* 2. *tit. de los emplazamientos, l.* 4.

(*c*) E ROBARE CAMINO. Habendo, scilicèt, animum rapiendi tantum bona transeuntis, vel peregrinantis, dicitur etiam raptor non fur si habebat animum rapiendi si reperisset resistentem, & illum non reperijt: *ut ff. de furtis, l. si quis ex domo.* Nec ista talis rapina cadit in crimine publico, de vi publica vel privata, sed in crimine privato: *ut notat Bar. in l. infamem, ff. de publi. jud. & in l. si vendidero, §. cum raptor, ff. de furtis*: est tamen notandum, quòd ista lex habet locum quandocumque raptor habet coloratam causam capiendi, ut suum debitorem itinerantem, vel fugientem si eum deprædavit: *ut Styll. l.* 73. *quòd not.* Alia pœna est contra fures *suprà tit. de las fuerzas, l.* 18. *quæ loquitur in suo casu.*

LOS viandantes (*a*) puedan meter sus bestias, è los otros ganados à pacer en los lugares que no son cerrados, ni defendidos, y puedan y descargar, y folgar por un dia, ò por dos al mas, si el dueño del lugar gelo otorgáre: è guardense de desraygar, ni de cortar arboles que lleven fruto, ò otros arboles grandes que sean para labores, que no sean de cortar.

ADDICION.

Vey la Ley 4. de la 3. Partida, tit. 28. que manda, que las fuentes, y plazas, è riberas, è egidos, è caminos, è todos los lugares concegiles, ninguno puede ocuparles; pero que los vasallos, è moradores puedan dellos usar libremente: è concuerda la Ley 1. è 3. è 5. è 10. de las Ordenanzas Reales, lib. 7. tit. 3. Vey la Ley 12. de la 3. Partid. tit. 28.

(*a*) LOS VIANDANTES. *Concord. cum l. ista l. quoniam divina favente gratia, §. fi. qui incipit, quicumque per terram transiens, lib. feu. tit. de pace tenen. & ejus vio.* ubi transeuntibus iter, licèt in herba, & similia viridi pro sua commoditate, sivè vastatione equum proprium pabulando reficere: *& notat Henr. in cap. si læserit, extra de injurijs, in princ.* prata tamen publica non debent devastari per pascua animalium: *ut l. 2. C. de pascuis pu. lib.* 11. peregrinando tamen licèt ibi etiam domino invito stare in via, & capere herbam: *ut alleg. l.* 1. Item, nota ad hanc legem, quòd domini terrarum non possunt sine causa expellere mercatores forenses de suis terris, & si non recesserint auferre eis bona: *ut in lib. feu. tit. de forma fidelitatis, cap.* 1. & est ratio secundum Bal. quòd mundus est omnibus communis patria, & ideo non possunt compelli, nisi ex causa ex quæ possent banniri. Nam expellere, & interdicere est pœna, quæ sine causa non potest imponi: *ut ff. de inter. & rele. l. relegatorum*: venturis tamen ad patriam alienam bene possunt interdici ingressus: *ar. de servi. rus. prædio, l. dominus, ff. de usufru. l. hæres, ff. si servi. ven. l. sicuti, §. Aristo.* postquam verò venerunt, & ingressi sunt sicut reliquus populus, ideo tamen contra naturalem æquitatem quam contra bonum publicum est si expellantur: *facit auct. de quæstor. post princ.* ibi dum dicit: civitas nostra populosa, &c. Ubi est textus singularis quòd appellatione, & nomine popularium continentur advenæ habentes incolatum, quòd alibi non reperitur, & facit ad multa statuta terrarum: *ut notat Bal. ubi suprà, concord. cum hac l. foro juz. lib. 8. tit. 4. l. 27.*

Addicion de la Ley 4.

ADDICION.

Con estas Leyes 4. è 5. concuerda la Ley 4. de la 3. Partida, tit. 28. è la Ley 5. del dicho tit. dice, que estas Leyes no han lugar en los campos, ò viñas, ò huertas, olivares, ò otras heredades semejantes que pueden algo rentar, porque caso que las tales heredades sean de comun, pero particularmente los vasallos de los tales heredamientos no se pueden dellos aprovechar: è con estas Leyes concuerda la Ley 9. è 11. è 12. del dicho tit.

Ley V. Como ninguno debe sacar las bestias de los viandantes de los caminos.

NIngun home no sea osado de sacar de los campos que fueren abiertos bestias, ò otro ganado que fuere de homes viandantes: è quien lo ficiere, è los encerráre en su casa, peche por cada cabeza dós sueldos: è si los no encerráre en casa, è los sacáre del campo, peche por cada cabeza un sueldo, la meitad al Rey, è la meitad al dueño del ganado.

Ley VI. Qué pena ha el que cierra Rio que entra en la Mar.

NIngun home no sea osado de cerrar los Rios mayores que entran en la Mar, porque salen los Salmones, è los Sollos, è los otros pescados del Mar, è por donde andan las Naves con las mercaderias de las unas tierras à las otras: mas si alguno fuere heredero en ribera de tal Rio, è quisiere facer pesquera, ò Molinos, fagalos en tal guisa que no tuelga la pasada (*a*) à las Naves, ni à los Pescadores: è quien contra esto fuere, desfaga quanto y ficiere con su mision, è por la osadia peche treinta sueldos al Rey.

TITULO VII.

DE LOS ADULTERIOS.

Ley primera.

SI muger (*b*) casada ficiere adulterio, ella y el adulterador,

(*a*) NINGUN, LA PASADA. *De quo vide ff. ne quid in flumi. pu. l. 1. §. deinde, & vide formam libellandi per Spec. tit. de cau. posset proprie. §. quia verò, ver. sextum interdictum, concord. for. juz. l. 8. tit. 4. l. 26.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 1. tit. de los adulterios de la 7. Partida, en quanto dispone que el marido puede acusar à su muger de adulterio: y en quanto esta Ley manda, que la muger que cometiere adulterio pierda sus bienes, concuerda la Ley 15. del dicho tit. de los adulterios, que dice, que pierde la dote, y las arras, è todos los otros bienes que tiene, è la meitad de las ganancias: è la Ley del Estilo, que es 93. declara esta Ley, en quanto dice, que no pueda matar al uno, è dexar al otro, que ha lugar pudiendòlos haber; pero si el uno se fuese, bien puede acusar, è condemnar al que quedó; pero sobrese ese la egecucion hasta que haya al que se fue.

(*b*) SI MUGER. Cujus venenis inficiuntur animæ perditorum. Nam sicut veneno occiditur corpus, sic animns mulierum conversatione: *ut l. 1. C. de natu. libe.* & ibi notat glossa gratia cujus secundum vires debilis ingenij mei quoddam oposculum intrepide compilavi de fœminarum conversatione vitanda, quòd incipit, ut sequitur. Cum in vanitate sensus, & obscuritate mentis in juventutis ætate ingressus in carnis lapsu me multipliciter rerum sentirem. Lustravi cum Salomone universa animo meo, ut scirem, & considerarem, ut quærerem sapientiam, & rationem, & ut cognoscerem impietatem stulti, & errorem imprudentum, & inveni acriorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena mortis, vincula sunt manus illius, qui placet Deo effugiet illam, qui autem peccator est capietur ab ea: *ut legitur Eccle. 7. cap.* Consideravi insuper, quòd cum vir secundum Ambrosium animi virtute appellatur: *ut §. sed illud*

illud 23. *q.* 7. virtutis effectu carere temerarium est, carnis concupiscentiam sequendo contra illud, post concupiscentias tuas ne eas. Mens enim potentiæ avida nec abstinere novit à vetitis, nec gaudere concessis: 47. *dist. c. virum*: nec pascere sicut jumentum carnem suam quis debet luxuriose vivendo, & fœminis adhærendo: *ut c. sexto die*, 35. *dist.* contra Psalmistam dicentem: Nolite fieri sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus. Nam Seneca etiam propter solam animi virtutem inquit si scirem Deos ignoscituros, homines autem nescituros, tamen dedignarer peccare: *not. glos. in cap. merito* 15. *q.* 1. & si non propter odium criminis timore, tamen utilitatis peccati ab eo fugiendum est: *ut* §. *quicumque*, 50. *dist.* & licèt sine carnis luxuria pauci inveniuntur: *ut cap. quia tua*, 50. *dist.* & castitas non aliter quam Deo inspirante habetur, & ipsam servare est per viam arctissimam, & difficilem incedere: *ut cap. de his*, 28. *dist. & cap. tunc salvabitur* 33. *q.* 5. debet tamen homo cum ratione sensualitati resistere, ne sensus corporei dominentur: undè Propheta. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, &c. Dolendum est enim non solum quia homo sic peccavit, sed quòd sic se virtute privavit: *de pœni. dist.* 5. §. 1. *ver. dolendum*: defleat etiam, quia offendens in uno factus est omnium reus, ingratus enim Deo extitit, quia donis aliquarum virtutum receptis Deum omnino non timuit, in hoc enim peccator fit culpabilior quo est Deo acceptior, ut ibi, & omnis virtus patitur detrimentum ab uno vitio: *ut di. ver. dolendum, cum seq.* Deliberavi itaque primò circa fœminarum deteriorem conditionem. Secundò, circa causas adulterij, & fornicationis quas evitare debemus. Tertiò, circa hujusmodi reatus utilitatem. Ultimo de bonis mulieribus aliqua sub brevi compendio ad mei doctrinam scribere. Circa primum cum mulier virum in mundi exordio decepit: *Genes.* 3. Cavere debemus, ne sicut Adam in statu innocentiæ à Domino creatum omnibus virtutibus imbutum fœmina seduxit nos, sic in hac ætate debiles in peccatoque lapsos decipiat, & ad mortis vincula perducat. Legimus enim quòd multi dementes facti sunt propter mulieres, etiam proprias uxores, & servi facti sunt propter illas, quarum occasione multi perierunt, occisi sunt, & peccaverunt: 2. *Esdræ.* 4. *cap.* » Nam Thamar nurus » Judæ incestui causam præbuit, & à » Juda socero suo gravida fuit dolo: « *Genes.* 38. » Item, & filiæ Loth dolo » cum patre concubuerunt, & propter » luxuriæ ardorem, prolisque desiderium incestum nefandissimum commiserunt: « *Genes.* 19. Ægyptij autem Regis uxor propter adulterij concupiscentiam miscens oculos in Joseph, ut secum coiret, eum decipere non erubuit, & quia ipse timens Deum relicto palio in manu mulieris se impetentis aufugit, morti eum tradere non formidavit: *Genes.* 39. Item, prima uxor Sanson, quia fidem rumpit matrimonij, & alterum virum accepit, causam dedit plurimorum virorum cedi: *Judic.* 16. *tangitur* 23. *q.* 5. *c. si non licèt*, §. *item non occides*. Dalia etiam secunda Sanson uxor, licèt ipse vir fortis, & amabilis erat, & spiritum Dei habebat, virum proprium blandicijs decepit, & morti cum pluribus tradidit: *Judic.* 17. In quam plurimis chronicis, & antiquorum historijs, & libris auctorum multa leguntur nefanda contigisse mulierum occasione, quarum exempla confusione plena longum esset describere, mulieres inquam deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & eos prævaricari fecerunt in domino super peccato Phegor. *Nu.* 31. hoc enim à natura à mulieribus est insitum, quòd sunt magis vitales, & concupiscentes quam viri, & propria mulierum passio est luxuria: *ut Philoso. 7. ethico. ut recitat Henri. in cap. quemadmodum de jurejuran.* 5. *dist.* Est enim mulier tanquam cera liquescens, quæ semper est parata novam suscipere formam, & ad significationem cujuslibet impressionis mutari. Varium, & mutabile semper fœmina habet propositum, non ergo speres de quacumque mulieris sponsione civilia jura servari, sed ad earum sponsionem semper venias cum saculo paratus. Item, nullus posset homo tanta mulieris familiaritate vel affectione gaudere, qui ejus possit animi secreta cognoscere, vel qua fide sibi loquatur, mulier enim neminem confidit amicum, & quemlibet credit penitus deceptorem, & ideo ipsa semper in deceptionis animo perseverat, & cuncta quæ loquitur in duplicitate cordis est, nar-

narrat, & mentis plica fatetur. Sunt autem fœminæ sicut animalia quæ absque ulla discretione indesinenter libidini serviunt, quas ego nec mutis pecudibus continuerim, pecora enim cum concipiunt ultra non indulgent maribus copiam sui: 32. *q.* 7. *cap. non solum*: nam os vuluæ insaturabile est, & difficile est mihi, ut ait Salomon, via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum dicit, non sum operata malum: *Proverb.* 30. Quis tamen poterit à muliere evadere? cum vinum, & mulier apostatare faciunt etiam sapientes, & arguunt sensatos: *Eccle.* 19. Et quis poterit mulierum pericula evitare, cum etiam Salomon immoderato usu, atque assiduitate mulierum ad hoc usque perductus est, ut templum idolis fabricaret: *ut cap. Salomon.* 32. *q.* 4. fuitque deprabatum per mulieres cor Salomonis in senectute sua, ut Deos sequeretur alienos: 3. *Reg.* 9. *&* *in* §. *item Salomon.* 3. *q.* 7. nam cum amabilis esset Deo, cui vix fuerat dominus revelatus, quia amator mulierum fuit à Dei amore discessit: *de pœni. dist.* 2. §. *David electus.* Mulier inquit, sapientes infatuat, ut Salomon: *ut alleg. cap. Salo.* fortes debilitat, ut Sanson: *Judi.* 16. *&* §. *item non occides* 23. *q.* 5. *sacros dejicit, ut David* 2. *Reg.* 12. *de pœni. di.* 2. §. *idem judica me*, 50. *dist.* §. *è contrario, &* §. *item cum bella. ver. item cum David*, 2. *q.* 7. Accedit quòd Paulus ait *ad Roma.* 7. Infelix ego sum, quis me liberabit de corpore mortis hujus videlicet de dominio carnis in quo est mors: *ut cap. si Paulus* 32. *q.* 5. *& in* §. *ex voluntate* 15. *q.* 1. Ve enim populo cui mulieres dominatæ sunt: *Isa.* 3. *undè Salo.* Virum de mille unum reperij, mulierem ex omnibus non inveni: *Eccle.* 7. Item, non solum propria mulierum passio est luxuria, sed etiam ira, & litigium earum grande est hominem periculum. Nam melius est sedere in angulo dogmatis quam cum muliere litigiosa, & melius est habitare in terra deserta quam cum muliere rixosa, & iracunda: *Proverb.* 21. Tecta enim jugiter perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier æquiparantur, qui retinet eam, quasi qui ventum teneat, & dexteræ suæ oleum enotet: *Proverb.* 27. Non enim est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Item, omnis plaga tristitia córdis est, & omnis malitia nequicia mulieris, commorari leoni, & draconi placebit quam habitare cum muliere nequam, nequicia mulieris mutat faciem ejus, & obcæcat vultum suum tanquam ursus, & quasi saccum ostendit in medio proximorum, ingemuit vir ejus, & audiens suspirabit modicum, brevis omnis malitia super malitia mulieris, mors peccatorum cadat super illam, sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto. Mulieris enim ira irreverentia confusio magna, & mulier si primatum habeat contraria est viro suo, cor humile, & facies tristis, & plaga mortis est mulier nequam, manus debiles, & genua dissoluta mulier quæ non beatificat virum suum, à muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur: *Eccle.* 25. Item, dolor cordis, & luctus mulier, zelotypa quæ est flagellum linguæ omnibus communicans, sicut bonum jugum quòd movetur, ita & mulier nequam, qui tenet illam quasi qui apprehendit scorpionem. Mulier ebriosa ira mala, & contumelia, turpitudo illius non contegetur: *Eccle.* 26. Mulier enim laborat adversus commoda: *C. de spon. l. si pater, est avara, C. de dona. ante nup. l. si à spons. & ff. de dona. inter vi. & uxo. l. si stipulatam in fi.* est inconstans, & momentanea: *C. de inoffi. testa. l. filiam*: nam varium, & mutabile semper fœmina: *ut c. forus, de verb. sig. est locax*, ideo à postulatione est prohibita: *ut l.* 1. §. *sexui, ff. de postu.* semper præsumitur malè agere: *ff. de offic. pro consu. observare*, §. 1. *ff. de legi. l. de quibus*, est falsa, ideo prohibetur ne sit testis in testamentis: *insti. de testa.* §. *testis.* Item, semper allegat turpitudinem suam: *ut cap. ex literis, de divor.* Item, cum mulier non corporis sexu, sed mollitie mentis nominatur: *ut* §. *sed illud* 32. *q.* 7. semper conantur ad delicta, & prohibita: *ut cap.* 1. *de inter. ma. & est sagax, ut l. conventiones, ff. de jurejur.* & qui eam plus castigat, plus in amore ligat: *ut C. de admini. tu. l. lex quæ tutores.* Iccirco decem milibus castigationibus subjacent, & nondum possunt castigari: *ut in auct. de testi. & ea quæ parit*, §. *quamobrem, colla.* 4. Item, mulier luxuriose vivendo est suæ personæ prodiga, & præsumitur, & rerum, ideo de jure interdicitur ei bonis: *ut l. ut mulier. ff. de cu-*

cura. furi. Quid enim levius fumo flamma, quid flaminæ ventus, quid vento mulier, quid muliere nihil: *notat glos. in cap. forus, de verb. sig.* Fœmina enim dicitur valde volubilis animi, & dicitur motus habere momentaneos: *ff. de inoffic. testa. l. filia*, & propter causas jam dictas de jure constat mulierem subjectam dominio viri esse, & nullam auctoritatem habere, nec docere, nec testificari, nec fidem dare, nec judicare seu postulare potest: *ut cap. mulierem* 33. *q. fi.* virilia namque officia mulieribus sunt interdicta: 3. *q.* 7. §. *tria.* 25. *q.* 3. §. 1. *& ff. ad Vell. l.* 2. & quia Adam per Evam deceptus est, non Eva per Adam, quæ enim vocavit ad culpam mulier justum est ut eam in gubernationem assumat, ne iterum fœmina facilitate labatur: *ut dicto cap. mulierem*, & quia prævaricatio per mulierem inchoata est, ideo non habet caput liberum, sed velamine tectum, quia non est imago Dei: *ut cap. hæc imago*, *& cap. mulier* 33. *q. fi.* Præterea regulariter mulier est deterioris conditionis quam vir: *ut l. in multis*, *ff. de sta. ho. notat Spe. tit. de procura.* §. 1. *ver. regulariter autem.* Undè mulier est hominis confusio, insatiabilis bestia, solicitudo continua, indeficiens pugna, quotidianum damnum, domus tempestatis, impedimentum castitatis, hominis continentis naufragium, secundum Ber. Non enim cadit in homine varietates, & dolos mulierum posse describere, cum magis quam dici possit sint earum volubilia proposita nequiora. Nulla spes est ergo revera tam fallax quam ea quæ in mulieribus residet, & procedit ab eis. Undè fatuus ille juvenis merito censeri potest, & multo fortius, ætate provectus, qui in mulierum blandicijs fidem gerit, & eorum fallacijs se committit. Ad secundum verò ob causas quæ sequuntur ad fornicationis peccatum pervenitur. Primò enim per visum, seu aspectum, quia non solo tactu, vel affectu sed aspectu appetitur, sed appetit concupiscentiam fœminarum, nec vos dicatis animos habere pudicos, si oculos habetis impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius: *ut c. nec solo.* 32. *q.* 5. *undè Salo.* » Ne » respicias mulierem multivolam ne for» tè incidias in laqueos illius, virginem » ne concupiscas, ne fortè scandalizeris » in decore illius, non des fornicariè ani» mam tuam in nullo, ne perdas te, & » hæreditatem tuam, averte faciem tuam » à muliere corrupta, & non circunspi» cias speciem alienam, propter speciem » mulieris multi perierunt: « & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit, & speciem mulieris multi admirati reprobi facti sunt: *Eccles.* 9. Nec respicias mulieris speciem, & non concupiscas mulierem in specie: *Eccles.* 25. Pulchra enim mulier occasionem præbet morti, & dat causam adulterio, & raptui: *Genes.* 12. Et aspectus mulieris pulchræ causam præbet stuprui, & multarum gentium cedi, ut legitur de Dina filia Jacob: *Genes.* 34. Pulchritudo etiam Bersabeæ occasionem præbuit adulterio David, & neci Uriæ mariti sui: 2. *Reg.* 11. ex solo enim visu fornicatio acuitur, & intuens peccat. » Nam » omnis qui viderit mulierem ad concu» piscendum eam, jam mœchatus est » eam in corde suo: « *Matth.* 5. *& c. sicut*, *& c. qui viderit* 32. *q.* 5. Meretrix etiam speciosa, & grata vendit gentes in fornicationibus suis, & familias in malicijs suis: *Nau.* 3. » Erubesce » ergo te à respectu mulieris fornicariæ, » ne respicias mulierem alieni viri, & » ne scruteris ancillam ejus, ne steteris » ad lectum ejus: « *Eccles.* 49. » Ne cum » adulteris portionem tuam ponas: « *Psal.* 49. » Ne dederis mulieribus subs» tantiam tuam: « *Proverb.* 31. » Intrat » enim mors per fenestras nostras, in» gressa est domos nostras: « *Jere.* 9. » Mulier tamen pulchra, & meretrix » abominabilem facit decorem suum: « *Ezech.* 16. » Non concupiscat cor tuum » pulchritudinem malæ mulieris, ne ca» piaris nutibus illius: « *Proverb.* 6. » Fugies ergo aspectus vanæ pulchritu» dinis mulierum. « Nam qualis perfecta est in pulchritudine carnis novæ, sicut fænum siccatur mulier, & fugit pulchritudo ejus sicut umbra, & quando mors evenerit, dic, quanta pulchritudo in corpore manebit cum videris totum corpus tumidum esse, & in fœtorem conversum, nonne claudes nares tuas ut non sustineas fœtorem fœtidissimum: dic ergo ubi tunc pulchritudo vultus? ubi blanda verba quæ corda audientium molliebantur? ubi tunc sermones dulces, qui homines lætificabant? dic mihi ubi tunc erit immoderatus risus, & jocus ipsius? ubi tunc vana, & inuti-

utilis lætitia, quæ in risum homines commovebat? perijt, & ad nihilum devenit. Ista est consummatio pulchritudinis carnis, & consummatio corporis: *ut ait Ber. in contemplationibus ad sororem*, *c.* 23. Item, & ornatus mulierum, & mutatio faciei per colores, & earum incessus ut pulchriores appareant, inducunt homines ad peccandum, & quid si vir hoc permittitur? *vide elegantissime per Jo. An. in mercur. in c. ea quæ fiunt*, *de reg. jur. lib.* 6. *& idem Jo. An. in novella super rubric. ne Clerici*, *vel Monach.* Item, Poeta inquit, vanæ voluntatis desiderabilis appetitus, qui mulierum animos inconsulta fragrantia concitat: *undè Salom.* Fallax gratia, & vana est pulchritudo: *Proverb.* 31. *in fi.* Item, mulieris colloquium causam præbet adulterio: *undè Salo.* Colloquium illius quasi ignis exardescit, cum aliena muliere ne sedeas omnino, nec accubes cum ea super cubitum, & non alterceris cum ea in vino, ne forte declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditione: *Eccles.* 9. Collocutio enim, & convivium causam dant fornicationi, cum periculosa sit sexuum commixtio: *ut c. diffinimus* 18. *q.* 2. Acuitur enim luxuria à vino, & ab eo recipit fomentum, ideo nolite inebriari vino in quo est luxuria: *ut c. luxuriosa*, *& c. vinolentum*, 35. *dist.* Venter enim mero æstuans cito spumat in libidinem, ubi ebrietas ibi libido dominatur & furor: *ut cap. venter*, *cap. di.* percipitur etiam adulterium ex mulierum vagatione, quia vagari eas non convenit, nec virorum cætibus immisceri: *ut c.* 2. *de judicijs*, *lib.* 6. O quam plurimas fœminas duxit ad labem itus & reditus, & facilis ad vulgaria loca discursus, & sub prætextu liciti ad illicita sæpè declinant: *undè Salom.* Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum, nec mulieri nequam veniam prodeundi, si non ambulaverit ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum, à carnibus tuis abscide illam, ne semper te abutatur: *Eccles.* 25. Item, fornicatio mulieris in extolentia oculorum, & palpebris illius agnoscetur: *Eccles.* 26. Causam etiam præbet fornicationi ociositas, quia ociositas & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captivandas: *ut c. nisi cum pridem de renunc.* Semper enim aliquid boni operis facito, ut te diabolus semper occupatum inveniat: *ut c. nunquam*, *de cons. dist.* 5. Prohibetur etiam incauta fœminarum communicatione, hac occasione humani generis inimicus sua homines calliditate decipit: *c. pervenit* 18. *q.* 2. evitanda est ergo mulierum cohabitatio, quia adulterum intercipit cohabitationem: *ut cap. diffinimus* 18. *q.* 2. *& c. nec aliqua* 27. *q.* 1. *& c. ab isto* 25. *q.* 6. In medio enim mulierum periculosum est commorari, nam de vestimentis procedit tinea, & à muliere iniquitas viri, & melior est iniquitas viri quam benefaciens mulier confundens in opprobrium: *Eccles.* 42. Evitari etiam debet tactus, & affectus, qui sunt adulterij nuncij: *ut alleg. cap. nec solo* 32. *q.* 4. *undè versus.* Nisi fugias tactus vix evitabitur actus: hos ergo vita, ne moriaris ita. Non enim potest toto corde habitare cum Deo, qui fœminarum accessibus copulatur, fœmina conscientiam secum pariter habitantis exurit, nunquam de mulierum formis disputes, fœminæ nomen tuum nesciant, fœminam quam benè videris conversantem mente dilige non corporali frequentia, quia malum est mulierem tangere: *ut c. hospitiolum*, 32. *dist.* Item, hujusmodi peccati delectatio ei consensum præbet, nam ex delectatione fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus Regnum Dei clauditur, ut homo à Deo separetur: *cap. non solum* 32. *q.* 7. Mulier enim decipit dum aspicitur, inflammat dum alloquitur, polluit dum tangitur, ad suspendium ducit dum osculatur, ne intenderis ergo fallaciæ mulieris. Favus enim distilans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus, novissima autem illius amara quasi absyntium, & lingua ejus acuta, quasi gladius biceps pedes ejus descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius penetrant per semitam vitæ non ambulat, vagi sunt gressus ejus, & investigabiles: *Prov.* 5. Circa tertium hujus peccati grandis est vilitas. Nam jugem habet scabiem, cui carnis luxuria, & petulantia sine cessatione dominatur, & cum luxuria in cogitatione non reprimitur, in actione dominatur: *ut §. hinc etenim post medium*, 49. *dist.* Item, omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur: *Eccles.* 9. Nam adultera mulier polluit terram in fornicationibus suis,

suis, & in malitijs suis, quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluviarum, & serotinus imber non fuit: *Jere.* 3. Juxta Deum enim sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: *Apoc.* 14. Et qui se jungit fornicarijs erit nequam, putredo, & vermes hæreditabunt illum, & extollentur in exemplum malum, & tolletur anima ejus: *Eccles.* 19. Mulierum namque venenis inficiuntur animæ perditorum, nam sicut veneno occiditur corpus, sic animus mulierum fornicatione seu conversatione: *ut l.* 1. *C. de natu. libe. & ibi glos.* pretium enim scorti vix unius panis, mulier autem viri pretiosam animam capit: *Proverb.* 6. Per fornicationis namque peccatum homo est totus carneus, & corpus suum enervat, & animam polluit: *secundum Hug.* 26. *q.* 2. *c. sed illud*, *notat Laurent. & Archi. in c. Domino Sancto*, 50. *dist. undè Psal. perdidisti omnes qui fornicantur*: *Psal.* 71. Inter cætera enim vitia fornicatio maximi est sceleris, quia per carnis immundiciam templum Dei violatur: *ut alleg. cap. non solum* 32. *q.* 7. Quid in omnibus peccatis est adulterio gravius, secundum namque in pœnis obtinet locum: *ut c. quid in omnibus*, *ead. caus. & q.* Est enim adulterium alijs criminibus enormius, cum omne peccatum est extra corpus, nisi fornicatio secundum Apostolum, & dicitur enormius, id est, communius, vel frequentius: *ut notat in c. atsi Clerici*, §. *de adulterijs*, *de judicijs.* Ideoque enormiter læditur, & punitur hoc crimen lege divina, & humana. Nam si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum uxore proximi sui morte moriatur, & mœchus, & adultera: *Levi.* 20. *Deuteron.* 22. *& C. & ff. ad l. Jul. de adult. per totum.* Cavendum est ergo ab adulterio, non solum propter ejus gravitatem, & pœnam, sed quia cognoscimus velut præsulem custodemque esse conjugij Deum qui non patitur alienum thorum pollui, & si quis fecerit, cognoscimus peccare eum in Deum, cujus violat legem, & gratiam Dei solvit, & quia in Deum peccat sacramenti cœlestis amittit consortium: *ut cap. nemo* 32. *q.* 4. quia præcepto divino non est mœchandum: *Deuteron.* 5. *Exod.* 15. *& c. non mœchaberis* 32. *q.* 5. Longe ergo fac à muliere vitam tuam, & ne appropinques foribus domus ejus, ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in novissimis quando non consumpseris carnes tuas, & corpus tuum. Bibe aquam de cisterna tua, sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ, &c. *Proverb.* 5. Item, propter fornicationes quæ vigent non est pax in terra: 4. *Reg.* 9. Et propter hanc fœdam vitam de tali commixtione meretricum degeneres populi innobiles, & furentes libidine procreantur: *ut c. si gens Angelorum*, 56. *dist.* Non ergo erit mundus qui ad alieni viri mulierem accesserit, & qui adulter est propter cordis inopiam, perdet animam suam, turpitudinem, & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur: *Proverb.* 6. Prudentia ergo custodiat te à muliere extranea, & ab aliena quæ verba sua dulcia facit. Ne abstrahatur in vijs illius mens tua, ne despiciaris semitis ejus, multos enim vulneratos dejecit, fortissimi quoque interfecti sunt ab ea, viæ inferi domus ejus penetrantes in inferiora mortis: *Prov.* 7. Maxima tamen virtus est juvenibus continentiam debitam servare, undè Hieron. ait: Quidam in juventute luxuriosè viventes, & in senectute continentes fieri volunt, & tunc volunt castitatem servare, quando eos luxuria servos habere contempsit, tales non habent præmium, quia non habuerunt laboris certamen, ad eos verò spectat gloria quibus fuerunt laboriosa certamina. Item, luxuria debilitat carnem, & hominem celeriter ducit ad senectutem: *ut Ber. ad sororem*, *cap.* 22. Si autem continere non possumus, unusquisque habeat suam propter fornicationem vitandam: 1. *Corinth.* 7. *c. Thobiæ* 4. *& cap. sicut non omnis*, §. *undè Apostolus* 32. *q.* 2. Fugiamus itaque hujus peccati fœditatem, & sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Lumbos præcingimus cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus, lucernas in manibus tenemus quando proximis nostris exempla lucis monstramus, telum ergo luxuriæ fugiat omnis homo, nam adolescentibus arridet, juvenibus senibusque adhæret, ex visu acuitur, ex colloquio fungitur, ex tactu ignitur, ex cibo sævit, ex potu insanit, ex sono calefacit, plures damnat, fœdos præcipitat, letos pos-

possidet, tristes non admittit; & quando miserabilius est fit, ut in apparenti, vel exteriori sanctitate liberius, & facilius exerceatur, & difficilius deprehendatur: ergo telum luxuriæ, quòd sic omnes vulnerat, fugiat omnis homo, ad hoc enim nullum est remedium, nisi fuga exemplo Joseph: *Genes.* 39. Ultimo enim id quòd non licèt fœminis, æque non licèt viris: *ut c. apud nos* 32. *q.* 5. Nam occurrit illud in quo alterum judicas teipsum non condemnas: *c. nihil iniquius*, *ead. caus. q.* 6. tu enim exigis hoc, & non vis reddere hoc uxori, & cum debeas in virtute præcedere uxorem tuam, quoniam castitas virtus est, & tu sub uno impetu libidinis cadis, & vis uxorem tuam victricem esse, tu victus jaces, & tu cum caput sis uxoris præcedit te quoad Deum cujus caput es, vis tuam domum capite deorsum pendere, caput enim est mulieris vir, ubi autem melius vivit mulier quam vir, capite deorsum pendet domus, si caput vir est, melius debet vivere vir quam mulier, & uxorem suam præcedere in omnibus bonis factis: *hæc omnia in cap. non mœchaberis* 32. *q.* 5. Mulier inquit gloria viri est, quia non vir ex muliere est, sed mulier est viro, & enim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum: 1. *Corinth.* 11. Dignum est ergo ut vir in virtutis castitate mulierem præcedat, ut dictum est. Quæ autem suprà intimata sunt, de malis tantum fœminis sunt intelligenda, non tamen de bonis, legimus enim quam plurimas mulieres sanctitate, gratia, & virtutibus resplenduisse, quarum exempla lucent in hoc mundo, necnon earum pudicitia, & sobrietas, & fidelitas inter nos floruisse. Virgo namque gloriosa propter ejus humilitatem per Spiritum Sanctum Filium Dei concipere meruit: *Lucæ* 1. » Item, obstetrices mulieres » Deum timentes, mandatum Pharaonis » Regis præterierunt, nec occidere Ju» dæorum natos voluerunt: « *Exod.* 1. » Benedicta inter mulieres Jabel uxor » Abuer, quæ permissu Domini occidit » Sysaram propter salutem Israel: « *Judic.* 6. » Ruth etiam post viri mortem » reliquit parentes suos, & terram in » qua nata est, & venit cum socru sua » Noœmi ad populum quem antea nes» ciebat: « *Ruth.* 2. » Erat enim mu» lier virtutis: « *Ruth.* 3. Item, propter Judith viduam, & sanctam, & propter ejus orationem, consilium, & fortitudinem populus Domini ab inimicis meruit liberari: *Jud.* 12. *& per totum.* Et idem per Hester: *Hester* 1. *& per totum.* Magna fuit fides mulieris Cananeæ: *Matth.* 15. & magna fuit spes mulieris Gentilis: *de qua Marc.* 7. Magna fuit sanctitas, necnon, & fidelitas gloriosæ virginis Catharinæ, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ, cui primò post Resurrectionem Christum apparuisse legimus. De alijs quam plurimis sanctis mulieribus in Dei Ecclesia historias mirabiles, & virtutum exempla videmus, & alias in conjugio remanentes Dei benedictionem consecutas esse legimus: » Ut de » Sara, Rachel, & Rebecha: « *Genes.* 11. *& seq.* Mulieris namque bonæ beatus vir, numerus enim annorum illorum duplex, mulier fortis oblectat virum suum, & annos vitæ illius in pacem implebit, pars bona mulier bona, & in parte bona timentium Deum dabitur viro pro factis bonis, divitis autem, & pauperis bonum, & in omni tempore vultus illorum hilaris, & sequitur gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit disciplina illius, datum Dei est mulier sensata, non est immutatio eruditæ animæ, nec gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata, &c. *& Eccles.* 26. » Et beatus qui habi» tat cum muliere sensata: « *Eccles.* 25. Item, species mulieris exhilarat faciem viri sui, & super omnem concupiscentiam hominis perducet desiderium, qui possidet mulierem bonam inchoat possessionem, & adjutorium secundum illi est, & in columna ut requies, ubi non est mulier ingemiscet æger: *Eccles.* 26. Nam sapiens mulier ædificat domum suam, insipiens extructam quoque destruet manibus: *Proverb.* 14. Qui enim invenit mulierem bonam, invenit bonum, & hauriet jucunditatem à Domino, qui expellit mulierem bonam expellit bonum, qui autem tenet adulteram stultus est, & insipiens: *Proverb.* 18. Noli ergo discedere à muliere sensata, & bona quam sortitus es in timore Dei, gratia enim verecundiæ illius super aurum: *Eccles.* 7. » Quis tamen inveniet mulierem fortem? » procul, & de ultimis finibus pretium » ejus, confidit in ea cor viri sui, & spo» lijs non indigebit, reddet ei bonum, & » non malum omnibus diebus vitæ suæ, » &c.

amos sean (*a*) en poder del marido, è faga dellos lo que quisiere, è de quanto (*b*) han: asi que no pueda matar (*c*) al uno, è dexar al otro (*d*); pero si fijos derechos hobieren amos, ò el uno dellos, hereden sus bienes: è si por aventura la muger no fue en

---

» &c. Et sequitur, nobilis in portis vir » ejus quando sederit cum senatoribus » terræ, fallax gratia, & vana est pul- » chritudo mulieris, timens dominum ip- » sa laudabitur, &c. « *Proverb. ulti. c. explicit.*

Adulterio. Quòd est alieni thori violatio: *ut alleg. cap. non mœchaberis* 32. *q.* 5. vel est deturbatio sui, nam quandoque dicitur committi adulterium respectu utriusque, scilicèt, cognoscentis, & cognitæ, cum uterque est conjugatus, quandoque respectu cognoscentis vel cognitæ, ut cum conjugatus ad solutam accedit, quia tunc uxorem suam coinquinat: *ut* 32. *q.* 1. in conjugio vel cum solutus ad conjugatam accedit, nam & illa coinquinat virum suum, quia vir, & uxor non ad imparia judicantur: *ut extra de divor. c. gaudemus*, §. *quia verò* 32. *q.* 1. si quis uxorem proprie tamen loquendo, adulterium in nupta committitur, ut hic: *& ff. de adulte. l. inter liberas*, §. *lex Julia. &* 7. *Part. tit.* 17. *lib.* 1. & ideo pœna hic apposita est conjugatæ adulteranti, & potest esse ratio, quia majus præjudicium, & injuriam patitur vir, eo quia interdum sordidæ stirpes splendidis natalibus præferuntur: *ut C. de quæst. l. super statu*, *&* 7. *Part. eod. tit. l.* 1. & quia nedum mulier afficitur, & ejusdem liberi, & parentes, & affines injuriam non levem patiuntur: *ut tenet Salic. super rubrica de adulterijs*, *C. quòd non sequitur ex viri adulterio*: hinc est, quòd mulier in adulterio deprehensa diffamatur non vir: *ut ff. de ritu nup. l. palam*, §. *qui in adulterio*: hæc ergo de causa non permittitur de jure uxori jure mariti, nec extranei virum suum adulterum accusare: *ut C. eod. tit. l.* 1. *eod.* quia viri coitus non violat uxoris thorum, ut ibi nota licèt de jure isto possit contra eum excipere: *ut infrà ead. l.* 4. potest tamen uxor virum civiliter accusare de adulterio, ut ipsa recipiat dotem suam, & donationem lucretur: *ut l. consensu.* §. *in causis*, *C. de repu.* & tunc non debet dicere mulier in libello, quòd vir suus adulterium commisit, sed quòd impudicè, & luxuriose vivit: *ut alleg. l. consensu*, *& Doct. in alleg. l.* 1. *C. eod. tit.* potest etiam eum accusare secundum canones: *ut in cap. tuæ*, *extra de procurato.*

(*a*) Amos sean. Nota quòd hodie non habet locum pœna, quamvis *in fi. C. eod. tit.* ubi sacrilegos nuptiarum gladio puniri oportet, nec habet locum jus vetus quo cavetur, quòd mulier in adulterio deprehensa dilapidabatur, non autem vir: *ut* 33. *quæst.* 5. *hæc imago*: nec habet locum pœna quæ propter adulterium imponitur fœminæ: *de qua in auct. ut nulli judi.* §. *manifeste*, *coll.* 9. *& in auct. sed hodie*, *eod. tit. nec habet locum pœna apposita* 7. *Part. tit.* 17. *l.* 15.

(*b*) E de todo quanto. *Concord. suprà eod. for. lib.* 3. *tit.* 2. *l. ultima*, *& foro juzg. lib.* 3. *tit.* 2. *l. ultima*, *& foro juz. lib.* 3. *tit.* 3. *l.* 1.

(*c*) Matar. Et hoc verum secundum Episcopum quando mulier non adulteratur alij sub colore matrimonij inhærendo: *ut infrà l. proxima*, *& suprà eod. foro*, *lib.* 3. *tit.* 1. *l.* 11. *& vide quòd ibi dixi*, *& est text.* 7. *Part. tit.* 17. *l. fi.*

(*d*) E dexar el otro. Et hoc si contra utrumque fuerit judicatum. Si autem alter tantum fuerit condemnatus, illum occidet maritus: *de quo vide foro novo de Alcalá*, *l. quæ incipit*: *Contiénese*: *quæ limitat istam l. & seq. cum pe. l. hujus tit.* An vir vel hæredes viri possunt referre adulterium hæredibus uxoris ea mortua: *vide notabilem glos. in l. rei judicatæ*, §. 1. *ff. solut. matrim. & Spec. in tit. de donat. inter vir. & uxor.* §. *formantes*, *ver. quid si mulier agit*, *& vide casum notabilem*, *C. ad l. Juli. de adulter. l. fin*, *& Spec. tit. de except.* §. *dicto ver. item quæritur ecce*, *& Bar. in alleg. l. rei judicatæ.*

culpa (*a*), è fuere forzada (*b*), no haya pena.

Ley segunda.

SI muger desposada derechamente (*c*) casáre con otro (*d*), ò ficiere adulterio (*e*), él y ella, con sus bienes, sean metidos en poder del esposo, asi que sean sus siervos: mas que no los pueda matar (*f*): è otrosí, de sus bienes que faga lo que quisiere, si ninguno dellos no hobiere fijos derechos.

Ley tercera.

QUando alguna muger casada, ò desposada ficiere adulterio con otro, todo home (*g*) la pueda acusar: è si el marido no la quisiere acusar, ni

(*a*) En culpa. Nota quòd in delictis consideratur animus, & merum factum, non juris effectus, & sic in adulterio animi destinatio inspicitur: *ut hic*, *& l. eum qui duas*, *C. eod. tit.* quòd intelligo facto extrinseco secuto: *ut ibi nec obstet, l. cogitationis*, *ff. de pœnis*: & sic nota, quòd adulterium non committitur sine dolo, & mala conscientia: *not. C. de repudi. l. uxor. glos. fi. Ci. in auct. hodie, eod. tit. & C. de vi pu. vel priva. l. quoniam mult. 32. q. 5. cap. proposito.*

(*b*) Forzada. *Concord. l. si uxor. §. si quis planè*, *& l. vim passam*, *ff. eod. tit. & l. fœdissimam*, *C. eod.* nec potest dici caro corrupta, cum mens fuerit intacta: 32. *q.* 5. §. 1. *& cap. rever. cum seq.* mulier enim quæ violentiam passa est, pudicitiam amisisse probari non potest: *ut ea. causa & quæst.* §. *cum ergo.* Quid enim si constat quòd accusata de adulterio, sivè condemnata, non est uxor: *vide l. si uxor.* §. 1. *ff. de adult. & not. glos. in c. plerique*, *de dona. in inter vi. & uxo. & adde quòd not. infrà eod. lib. tit. de los que fuerzan las mugeres*, *l.* 1. *& vide Styl. l.* 82. *& l.* 93. *& foro juz. lib.* 3. *tit.* 4. *l.* 1.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. lib. 8. tit. de los adulterios, en las Ordenanzas Reales: la qual Ley restrige esta Ley en quanto dice, que el esposo pueda matar à la esposa, y al que con ella hallàre, ò tenerlos por sus siervos: è la dicha Ley dice que pueda matarlos à amos, ò acusarlos, è no à uno sin el otro, pero no los pueda tener por siervos.

(*c*) Si muger desposada derechamente. Scilicèt, per verba de præsenti: *ut suprà eod. for. lib.* 3. *tit.* 1. *l.* 1. *cum ibi notatis*, *talis enim dicitur uxor. ut l. non sine*, *C. de bonisque libe. & suprà lib.* 3. *tit.* 3. *l.* 1. *& quòd ibi dixi.*

(*d*) Con otro. Scilicèt, scienter ad hoc ut ipse vir sit culpabilis, secus si ipse sit ignorans: *ut suprà lib.* 3. *tit.* 1. *l.* 7. *cum ibi notatis.* Est tamen notandum, quòd ultra pœnam hujus legis, secundò contrahens, prima uxore viva, idem, & è contra debet in fronte cum ferro calido signari cum signo Q: *ut ordi. Regis Jo. I. in Briviesca*, *l. ultima.*

(*e*) O ficiere adulterio. Et sic nota, quòd sponsa de præsenti committit adulterium: *concord. l. si uxor.* §. *divus*, *ff. eod. tit. & l. propter*, *C. eod. tit.*

(*f*) No los puede matar. Hodie verò potest sponsus de ea sicut de uxore facere: *ut foro novo l. quinquagesima*, *quæ incipit*: *Contienese*: *& ideo circa pœnam corrigitur ista l. per alleg. l. fori novi*, *& corrigitur foro juz. lib.* 3. *tit.* 4. *l.* 2.

ADDICION.

Por esta Ley se deroga la Ley 1. de la 7. Partida, tit. de los adulterios, que dispone que qualquiera persona pueda acusar este delito de adulterio, caso que el marido deba de ser preferido si quisiere acusar: è por esta Ley solo el marido puede acusar: vey la Ley 2. de la dicha 7. Partida que habla en el caso.

(*g*) Quando, todo home. Consentiente tamen marito tacitè vel expressè: *ut infrà sequitur:* & sic nota, quòd cum adulterium est publicum crimen, facultas conceditur omnibus adulteram accusare: *ut hic*, *& l. quamvis*, *C. eod. tit. & inst. de pub. jud.* §. 1.

quiere que otro la acuse, ninguno no sea rescebido (*a*) por acusador en tal fecho como éste: ca pues que él quiere perdonar à su muger este pecado, no es derecho que otro gelo acuse, ni gelo demande por malquerencia, ni de otra guisa.

Ley quarta.

SI el marido que ficiere adulterio quisiere acusar à su muger que fizo adulterio; y ella dixere ante que diga de sí, ò de no, que no la pueda acusar porque él fizo adulterio, si gelo probáre, puedalo desechar (*b*) de la acusacion.

Ley quinta.

EL marido no pueda acusar à la muger del adulterio que ficiere por su consejo (*c*), ò por su mandado: defendemos, que

---

(*a*) No sea rescebido. Nota ex hac lege, quòd hodie locum non habet *l.* 1. §. *si similes*, *ff. eod. tit. nec alleg. l. quamvis*, ubi jure mariti dabantur viro ad accusandum sexaginta dies utiles, infrà quos pater admittebatur, & alij propinqui, & post eos extranei, & pater præferebatur marito si eum ostendebat infamem, vel cum uxore colludere: *ut ibi*, *cum l. nisi igitur*, *& l. si maritus*, *in fi. ff. eod. tit. nec etiam habet locum* 7. *Part. tit.* 17. *l.* 2. ubi marito negligente potest accusare pater, quo cessante patrinus, aut avunculus mulieris, &c. Nam ut hic vides, etiamsi maritus sit negligens, eo non consentiente, non potest ejus uxor adultera accusari, post mortem tamen viri potest quilibet post sex menses à tempore commissi adulterij connumerandos, & non ultra adulteram accusare cum talione: *ut* 7. *Part. tit.* 17. *l.* 3. Est tamen notandum, quòd etiam viro nolente possunt uno casu viri filij, aut uxoris patre non accusante adulterum accusare, quibus cessantibus viri proximiores consanguinei, & si accusare nolunt, statuet Rex accusatorem: *ut foro juzg. lib.* 3. *tit.* 4. *l.* 12. Item, nota ex lege ista, privilegium quòd habet vir, scilicèt, quòd eo nolente alius non admittitur ad uxorem suam adulteram accusandam: alia privilegia vide circa hoc *in l. quamvis* 2. *C. eod. tit. & per glos. in l. jure mariti*, *C. eod. titul.*

ADDICION.

Esta Ley está derogada por la Ley 2. *tit. de los adulterios*, *lib.* 8. *de las Ordenanzas Reales. La qual manda, que si el marido acusáre à la muger, ò à su esposa de adulterio, no se pueda ella escusar porque diga que quiere probar que el marido, y esposo adulteró con otra.*

(*b*) Si el marido, puedala desechar. *Concord. l.* 1. *si uxor*, §. *Judex*, *ff. eod. tit. & l. ita pudor*, *C. eod. tit.* & nota ex hac lege, quòd exceptio compensationis delicti opposita ante litem contestatam, & sic ante nomen rei receptum inter reos repellit accusantem, ut hic: *concord. l.* 1. §. *qui hoc dicit*, *ff. eod. tit. & ibi Bar. cum jur. suprà alleg.* Est enim ratio, quia ista exceptio est dilatoria, non peremptoria, ideoque ante litem contestatam opponitur: *ut l. si maritus*, §. *præscriptiones*, *ff. eod. tit.* & sic intelligo, quòd paria delicta mutua compensatione tolluntur: *ut cap. intelleximus*, *extra eod. tit. & l. viro atque uxore*, *ff. solut. ma. & l. si ambo. ff. de compen. & cum Eclesiast. extra de except. concord. cum hac l.* 7. *Part. tit.* 11. *l.* 49. *& ead. Part. tit.* 17. *l.* 7. Hodie tamen non habet locum ista lex, quia non prodest uxori talem exceptionem opponere: *ut foro novo de Alcalá*, *c. l. quòd incipit*: *Contienese.*

ADDICION.

Vey la Ley 7. *è* 8. *è* 9. *de la* 7. *Partida*, *tit. de los adulterios*, *que ponen muchos casos en los quales el marido no puede acusar à la muger de adulterio*, *è la muger acusada de adulterio se puede defender de su marido.*

(*c*) El marido, por su consejo. Nota unam speciem lenocinij, propter quam excipiendo repellitur vir ab

el marido despues que supiere que su muger fizo adulterio, no la tenga (a) à su mesa, ni en su lecho: y el que lo ficiere, no la pueda despues acusar, ni haya nada de sus bienes: mas hayanlo los fijos derechos, si los hobiere; è si los no hobiere, hayanlo los parientes mas propinquos que hobiere, ò à quien ella lo mandáre à su muerte.

ab accusatione adulterij uxoris: *concord. l.* 1. §. *lenocinij*, *ff. eod. tit.*

(a) No la tenga. Nota aliam speciem lenocinij, *de qua in alleg.* §. *lenocinij*, & *l. sine metu*, *C. eod. tit.* ubi qui uxorem deprehensam retinet, vel de adulterio damnatam reduxit, lenocinij crimen committit: & *l. castitati*, *C. eod. tit.* & sic non observatur jus novum: *C. ut auct. sed novo*, & *auct. sed hodie*, *C. eod.* ubi impunè licebat eam reducere, vel reconciliare, & sic ista lex reducitur ad jus antiquum suprà allegatum, & nota hanc legem cum dicitur: Despues que supiere. Ex qua nota, quòd maritus habens suspectam uxorem de adulterio eam retinendo, nisi verè sciat eam adulterium commisisse, hoc crimen lenocinij non committit. Idem si vana indignatione eam accusavit ante criminis probationem potest desistere, & eam sibi reconciliare sine lenocinij metu: *ut l. crimen*, & *l. sine metu*, *C. eod. tit.* & hoc verum si vir suspicans patientiam suam velit obumbrare prætextu ignorantiæ, & credulitatis, quia in actibus venereis uxorem non deprehendit, licèt aliqui sibi forte ferant: *ut notat glos.* & *Salic. in alleg. l. crimen.* Si tamen suam patientiam velit excusare, vel obumbrare prætextu supinæ ignorantiæ, vel injuste non excusatur, ut si vidit solam uxorem, & juvenem cum ea manum in sinu tenentem, vel osculantem, & sic suspicio erat vehemens: *ut copiose notat Salic. in alleg. l. crimen.* Item, nota ex hac lege duos casus, in quibus mulier adulterans excusatur ab adulterij pœna. Alius casus est, si post adulterium commissum transivit quinquenium: *ut l. ita nobis*, *C. eod. tit.* hodie autem est præscriptio sex annorum: *ut* 7. *Part. tit.* 17. *l.* 4. Jure mariti autem est præscriptio sexaginta dierum utilium à die divortij, & infrà sex menses jure extranei: *ut l. jure mariti*, *C. eod. tit.* & *l. mariti lenocinium*, §. *sex mensium*, *ff. eod.* hodie verò sunt quatuor menses: *ut* 7. *Part. tit.* 17. *l.* 3. Alius casus est si vir convincatur fornicari: *ut cap. significasti*, *de divortijs.* Alius si vir prostituat eam: *de eo qui cogno. consan. uxo. suæ*, *cap. discretioni*, *ff. de adul. l.* 2. §. *publico*, & *de his casibus*, & *alijs vide Henr. in alleg. cap. significasti*, *de divortijs*, & *Gof. in summ. eod. tit. in princ.* & *Host. in summ. eod. tit.* §. *quot modis.* Alius casus est, si maritus accusans semel desistat: *ut l. abolitionem*, *cum l. seq. C. eod. tit.* Alius si eam maritus noluerit accusare, vel negaverit se velle accusare: *ut suprà eod. l.* 3. *ff. eod. l. si maritus*, §. *si negaverit.* Item, si maritus accusans aliàs sit adulter, & turpis: *ut suprà ead. l.* 4. & *l. si uxor.* §. *judex*, *ff. eod. tit.* Item, si adulter accusatus est absolutus, hoc proficit adulteræ: *ut ff. eod. tit. l. denunciasse*, §. *quæritur*, & 7. *Part. eod. tit. l.* 7. & 9. Item, si vir uxorem tradidit adulterandam: *ut extra de eo qui cogno. consan. uxo. suæ*, *c. discretioni*, *ubi circa istam materiam vide Henric.* Item, si violenter fuit mulier oppressa: *ut suprà ead. l.* 1. *in fi.* & *l. vim passa*, *ff. de adul.* Item, si ignoranter esset cognita ab illo quem credebat virum suum esse fraudulenter: *ar.* 34. *q.* 2. *in letum.* Item, si credens virum absentem mortuum, hoc audito fidedigno alteri nupsit: 34. *q.* 2. *cum per bellicam*, *extra de spon. cap. in præsentia*, & *aut. hodie*, *C. de repudijs*, & *hos casus notat glos.* 32. *q.* 6. *in summ.* & *vide for. juz. lib.* 3. *tit.* 4. *l.* 4. & *l.* 5.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. tit. de los adulterios de la 7. Partida, que dispone que el marido, y el padre, è los hermanos, è tios, pueden acusar la muger de adulterio: è vey la Ley 14. del dicho titulo.

Ley sexta.

SI el padre (*a*) en su casa (*b*) falláre alguno con su fija, ò el hermano con la hermana, que no haya padre (*c*), ni madre, ò el pariente propinquo que en casa la tuviere, puedala matar (*d*) sin pena, si quisiere, è aquel que con ella falláre: è pueda matar al uno (*e*) dellos, si quisiere, è dexar al otro.

(*a*) SI EL PADRE. Nota primò, quòd in hac materia odiosa appellatione patris non continetur avus: *facit quòd not. in l. quisquis, C. ad l. Jul. majesta. & quòd notat Bart. in l. patri, ff. de adul.*

(*b*) EN CASA. In qua, scilicèt, habitat, sivè sit conducta, sivè sua propria: *ut dixi suprà eod. lib. tit.* 4. *l.* 12. *& in l. nec in ea, cum l. seq.* §. 1. *ff. eod. tit.* rationem quare patri hoc permittitur, & non marito: *vide in alleg. l. nec in ea, in fi. & in l. qui occidit, & l. nihil, ff. eod. tit.* marito enim adulterum uxoris suæ occidere permittitur, sed non quemlibet, ut patri: *ut l. marito, ff. eod. tit.* sed hodie marito ut patri permittitur: *ut in auct. ut li. ma. & aviæ*, §. *is quoque, & extra de sen. ex. cap. si verò* 1. §. 2. *&* 7. *Part. tit.* 17. *l.* 13. nisi maritus, vel etiam pater sit turpis, & vilis persona, quæ non potest accusare, ergo nec adulterum occidere: *ut not. Bart. in alleg. l. marito, in fi.* vilitas enim vitæ excludit quem à privilegio: *ut l. fratris, ff. de inoffi. testa.* Idem, si uxor sit ignominiosa contra legem *ducta*: *ut l. si uxor.* §. *planè, &* §. *sed & si ea, ff. eod. tit. licèt glos. dicat contrarium, & male, ff. ad munici. l. pe.* §. *fi. ut notat Bar. in alleg. l. marito, de marito, & filio est text. in l. Graccus, C. eod. tit.* ubi fit differentia inter adulterum vilem, quem licèt marito occidere, quocumque tempore vel diei vel noctis, & adulterum non vilem, quem de die non licèt occidere, licèt de nocte sic: 7. *Part. tit.* 17. *l.* 13. Si tamen vir occidit adulterum cum uxore deprehensum, etiam nobilem, & de die, licèt contra jus faciat mitius tamen punitur propter justum dolorem: *ut ff. ead. l. adulterium cum incestu*, §. *Imperatores, ff. ad Sill. l. si quis in gravi*, §. *si maritus, ff. ad l. Cornel. de siccarijs, l.* 1. *in fi. & alleg. l. Graccus.*

(*c*) QUE NO HAYA PADRE. Nota ex isto verbo cum sequentibus, quòd loquitur de fratre, vel consanguineo qui habet sororem, vel consanguineam in potestate: *ut alleg. l. patri, cum l. seq. & in domo, ut alleg. l. nec in ea, cum l. seq. & vide infrà tit. de los homicidios, l.* 1.

(*d*) PUEDALA MATAR. Scilicèt si fuerit deprehensa in adulterio, vel in rebus venereis. Sunt enim res venereæ antecedentia ipsum scelus, scilicèt, apparatus, colloquia: *ut ff. eod. tit. l. & si amicis, in fi.* locus sceleris constitutus, convivia, basia, tactus, nam ab ipsis argumentum sceleris inducitur: *ut notat glos. in alleg. l. quòd l.* Si ergo pater, vel is qui jus occidendi habet, adulterum inveniat cum filia, vel uxore, solum cum sola osculantem vel tangentem, hæc sufficiunt ad probationem adulterij: *ut notat Bar. in l. capite quintò*: probatur enim adulterium per præsumptionem violentam, quæ loco probationis habetur, præcipue in hoc casu, 32. q. 1. dixit dominus. Probatur etiam adulterium per testimonium de auditu, ut si testes dicant quòd audierunt adulterantes commisceri juxta tenuem parietem, & si fama publica confirmat, & alia adminicula suffragantur: *ut cap. præterea, & ibi glos. fi. extra de testibus quòd exemplifica, ut cap. literis, & cap. tertiò loco, extra de præsumptio.* Item, probatur adulterium si suspicans contra aliquem de uxoris adulterio: tertiò protestatur quòd cum ejus uxore non loquatur, nec secum in aliqua domo conveniat, si postea eos inveniat in loco segregato, potest impune eos occidere: *C. de adult. auct. si quis ei, & in auct. ut lice. ma. & aviæ*, §. *pe. coll.* 8. *de sen. ex. l. contingit, de coha. cle. & mu. cap.* 2. *quòd die, ut* 7. *Part. tit.* 17. *l.* 13. *&* 32. *q.* 2. *cap. inter hæc, & ibi glos.* Quandoque probatur adulterium per aspectum linteaminis in primò coitu non sanguinolento: *ut notat glos. in cap. satis* 33. *q. fi.*

(*e*) E PUEDA MATAR A UNO. Hodie non potest unum dimittere, sed utrumque debet occidere cum potest: *ut foro no-*

Ley septima.

SI alguna muger que no sea casada, ni desposada se fuere de su voluntad à casa de algun home à facer fornicio, aquel con quien lo face no haya pena (*a*) ninguna.

---

novo de Alcalá, *c. l. quæ incipit*: *Contienese*: *quæ concord. cum* 7. *Part. tit.* 17. *l.* 14. Item nota, quòd debet utrumque incontinenti occidere uno ictu, & uno impetu, æquali ira adversus utrumquæ sumpta: *ut alleg. l. quòd l.* §. *quòd ait*, *ff. eod. tit. quòd dic ut ibi per Bar.* Item nota, quòd si pater, vel maritus in casu permisso occidat adulteram, non solvet jus homicidij, nec aliquam multam: *ut foro juz. lib.* 3. *tit.* 3. *l.* 4. & nota quòd hoc potest pater, etiamsi filia sit prægnans: *ut not. Guil. in l. imperat. ff. de sta. ho. concord. cum hac l. foro juz. lib.* 3. *tit.* 3. *l.* 5. Et circa probationem adulterij nota, quòd in materia probationis locus à communiter accidentibus multum ponderat à jure, & ideo dicit Ja. But. quòd probatur quòd aliqua sit meretrix, licèt non probetur tractus, sed probatis circunstantijs ut plurimum verisimilibus, ut quia passim intrabant scholares de die, & de nocte, nam quando scholaris loquitur cum puella, non præsumitur dicere pater noster. Idem in eo qui visus est ire cum gladio cruentato, nam est manifestum signum quòd percussit illum qui reperitur percussus, licèt possibile esset quòd percussisset unum aliud animal, locum ergo habet in materia probationum argumentum à communiter accidentibus: *hoc sic notat*, & *concludit Bal. in l. nec natales*, *C. de proba.* & ex qualitate enim, & multitudine judiciorum indicatur veritas oculis mentis. Indicia sunt clara, lux vidit veritatem oculis corporis: *ut not. Nicho. de Mat. & Bal. in leg. sciant cuncti*, *C. de probat.*

ADDICION.

Vey la Ley 5. *de la* 7. *Partida*, *tit. de los adulterios*, *que dispone*, *que si alguno hobiere acceso con muger casada*, *no sabiendo que está casada*, *que no puede ser acusado del tal adulterio.*

(*a*) SI ALGUNA, NO HAYA PENA. Si autem est meretrix, vel alterius concubina, dum tamen non sit honesta persona, nec violenter oppressa, ejus accessus est impunibilis, etiamsi extra domum fiat coitus: *ut not. Bar. in l. si uxor. ff. eod. tit. & in l. verum*, *ff. de furtis*: ubi nota, quòd si aliquis solutam, & liberam mulierem teneat libidinis causa, quòd non potest de privato carcere accusari, quòd habet locum in meretrice: *ut ibi Bar. & circa hanc l. vide foro juzg. lib.* 3. *tit.* 2. *l.* 7. *cum seq.* An autem credens solutam cognoscere, si cognoscat conjugatam teneatur de adulterio: *not. Henr. in c. si verò* 2. *extra de sent. excomm.* 3. *dist. & eleganter per Jo. An. in mercur. in cap. cum quis in jus*, *extra de reg. jur. lib.* 6.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, *la Ley* 3. *tit. de los que yacen con sus parientas*, *de la* 7. *Partida*, *la qual manda*, *que el que se echáre con su parienta*, *ò cuñada*, *no por via de casamiento*, *que haya la pena del adulterio*, *y ella haya la misma pena*, *si à sabiendas lo ficiere*: *è si lo ficiere por via de casamiento*, *si es hombre honrado*, *pierda la honra*, *y el lugar que tenia*, *y sea desterrado perpetuamente en alguna Isla*: *è si hijos de otro casamiento no hubiere*, *los bienes sean de la Cámara del Rey*: *è si fuere hombre vil*, *denle de azotes publicamente*, *è destierrenlo publicamente*: *è la Ley* 5. *tit.* 15. *lib.* 8. *de las Ordenanzas Reales dice*, *que es crimen de heregía*, *è pierde la meitad de sus bienes.*

TITULO VIII.

DE LOS QUE YACEN CON SUS PARIENTAS, ò con sus cuñadas, ò con mugeres de Orden.

Ley primera.

NInguno no sea osado de casar (*a*) con su parienta, ni con su cuñada, fasta el grado que manda Sancta Iglesia (*b*), ni de yacer con ella (*c*): è quien contra esto ficiere à sabiendas (*d*), el ca-

---

(*a*) NINGUNO, DE CASAR. Nota quòd pœna hujus legis apponitur pro nuptijs contractis, secus enim pro solis sponsalibus, quia eis contractis locum non habebit hujus legis pœna, nec pœna confiscationis: *de qua in l. qui contra. & auct. incestas, C. de incestis, & inuti. nup.* imò repetitur dos, & donatio propter nuptias per conditionem sine causa: *l. avunculo.* Ad hoc facit quòd *not. Jo. An. in cle. eos qui, extra de consang. & affin.* ubi dicit, quòd contrahentes sponsalia tantum non ligantur illius: *cap. pœna.*

(*b*) DE SANCTA IGLESIA. Scilicèt, usque ad quartum gradum consanguinitatis, & affinitatis: *ut c. non debet, & c. fi. extra qui filij sunt legi. & 7. Part. tit.* 18. *l.* 1.

(*c*) YACER CON ELLA. Per argumentum à fortiori, nam in utroque casu committitur incestus, qui est effrænata libido: *ut not. glos. in l. si quis incesti, C. de incestis, & inuti. nup.* vel dicitur coitus contra castitatem factus: *ut alleg. l.* 1. *tit.* 18. 7. *Part.* committitur enim incestus cum consanguinea, aut affine infrà quartum gradum, ut dixi, necnon cum noverca prævigna, nuru, filiola, aut cum matre, vel Religiosa: *ut* 4. *Part. tit.* 2. *l.* 13. Unum tamen nota, quòd præsumitur scire impedimentum ille qui contrahit matrimonium cum consanguinea, & affine, quia inter cognatos, & affines præsumitur scientia: *not. Bal. in l. si filium, ff. de lib. caus.*

(*d*) A SABIENDAS. Ignorans ergo non ligatur hac pœna: *concord. alleg. cle. eos qui, & ibi glos. notabiliter, & quòd not. Ci. in alleg. l. qui contra*, ex quorum dictis collige distinctionem quam in effectu ponit *Henr. in cap. & si necessè, extra de donat. inter vir. & uxor.* quòd aut tale matrimonium incestuosum contrahitur à scientibus, aut ab ignorantibus, primò casu habet locum hæc pœna, & pœna confiscationis dotis, & donationis propter nuptias: *ut alleg. l. qui contra, & auct. incestas suprà alleg. & ff. de donat. inter vir. & uxor. l. cum hic status, §. fi. & inst. de nupt. §. si adversus.* In secundò casu non habet locum ista pœna per jura suprà allegata. Pro declaratione tamen hujus materiæ volo te scire secundum *Bar. in l. si adulterium, §. fratres, ff. de adult.* quòd quando coitus fit sine colore matrimonij, tunc isto modo punitur indistinctè iste talis coitus secundum id quòd est in veritate, non secundum id quòd putabatur, nam si erat consanguinea punitur de adulterio, quia dabat ab initio operam rei illicitæ, & erat in dolo: *ar. in l. vulgaris, ff. de furtis, §. si quis, & ff. de injurijs, l. eum qui, §. si injuria:* quandoque iste talis coitus fit sub colore matrimonij, tunc aut quæris utrum puniatur: *l. Juli. de adulterio, & de stupro, & de incestu:* aut quæris an puniatur constitutionibus quibus puniuntur contrahentes incestas nuptias. Primò casu aut ambo sciverunt jus, & factum, & puniuntur: *ut alleg. l. si adulterium, §. fratres:* ibi contumelia juris, & sanguinis, quia punitur de stupro, & incestu, *ut ibi:* aut ignoraverant utrumque, & sunt excusati: *ut alleg. l. qui contra, C. de incestis nup.* aut sciebant factum, & ignorabant jus, & isto casu siquidem est mulier excusatur: *ut alleg. l. si adulterium, ver. quoniam mulier, & §. fratres.* Si autem erat masculus, & tunc aut minor, & excusatur: *ut d. §. fratres*, aut major, & tunc si statim cum eam cogno-

samiento no vala (*a*), y ellos sean metidos en sendas Ordenes para facer penitencia por siempre : è si el uno lo supiere, y el otro no, el que lo supiere (*b*) haya la pena; pero si alguno de ellos pudiere ganar merced del Rey (*c*), pueda salir de la Orden al tiempo que el Rey mandáre.

Ley segunda.

QUalquier home que por fuerza (*d*), ò à placer, con mu-

novit, pœnituit, quæ pœnitentia ostenditur per divortium seu per supplicationem rei partitur: *ut alleg. l. si adulterium, ver. idem imperatores, cum seq.* aut statim non pœnituit, & tunc punitur, sed mitius : *ut in ver. non numquam ejusdem l.* aut dubitatur utrum sciverit vel ignoraverit, & tunc aut matrimonium est contractum clam, & præsumitur scientia : *ut l. fi. ff. de ritu nup. ut l. 1. C. de inter. ma.* aut facit palam, & tunc præsumitur ignorantia: *ut alleg. l. fi. de ritu nup.* quòd maxime præsumitur in muliere, & in eo qui statim pœnitet facto divortio, vel supplicatione porrecta : *ut suprà not.* Item, circa hanc materiam nota, quòd licèt Episcopus condemnet incestuosum ad perpetuum carcerem, cum sit crimen Ecclesiasticum, ut suprà dictum est, non tamen propter hoc impeditur sæcularis Judex, quin possit incestuosum decapitare, quia pœna Episcopi propter qualitatem jurisdictionis non correspondet processui, & ideo cum delictum non sit plenè punitum, debet plenè puniri : *ut ff. de offic. proconsu. l. si quis, de offic. præfec. ur. l. fi. C. de sportulis, l. 2. Bal. in l. cunctos, C. de sum. Tri. opi. 6. quem vide.*

(*a*) El casamiento no vala. Nota quòd de jure triplex pœna imponitur contra contrahentes incestas nuptias, duæ pœnæ sunt in hac lege, una scilicèt, quòd matrimonium non valet, & ista indistincta habet locum, nec excusatur ignorantia vel ætate : *ut l. 1. C. de inter. ma. & alleg. §. fratres* : alia est per quam admittitur lucrum seu à lucro repellitur, de qua ista lex non loquitur, & in ista distinguitur, aut hic fuit sciens, & habet locum illa pœna, aut fuit ignorans, & tunc aut fuit ignorantia justa, & pœna excusatur, aut injusta, & non excusatur : *ut alleg. l. qui contra* : & ex hoc sequitur quòd si erat juris, cum esset ignorantia injusta, nihilominus tenetur pœna illius legis qui contra. Tertia pœna est per quam punitur in persona, & in bonis, ut hic dum dicitur: E sean metidos : *ut alleg. l. si adulterium* : & illa pœna non habet locum nisi talis nuptias contraxerit scienter, & dolose, & ideo quacumque ignorantia ab ista pœna excusetur : *& sic loquitur auct. incestas, & hæc in effectu per Bart. in alleg. §. fratres.*

(*b*) El que lo supiere. Nota quòd ignorans excusatur, & sciens punitur: *concord. quòd not. in alleg. §. fratres, & per Ci. in alleg. l. qui contra.* Item nota, quòd ultra pœnam hic appositam talis incestuosus est ipso jure excommunicatus : *ut cle. unica, extra de consan. & affi. suprà alleg.*

(*c*) Merced del Rey. Et hoc quoad remissionem pœnæ ut hic, non tamen credo quòd rex possit dispensare ut quis possit contrahere contra legem divinam, secus contra legem civilem : *ut not. Ci. in alleg. l. qui contra, in fi.* Sed an Papa possit : *vide quòd scripsi suprà lib. 3. tit. de las herencias, l. fi. concord. foro juz. lib. 3. tit. 5. l. 1.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. tit. 19. de la 7. Partida, la qual Ley de otra manera dispone, y es, que qualquiera que yoguiere con muger de Religion, ò con virgen, ò con viuda honesta, que si fuere hombre honrado, ha de perder la meitad de sus bienes, è son de la Cámara del Rey : è si fuere hombre vil, ha de ser azotado publicamente, y desterrado por cinco años en alguna Isla : è si fuere siervo de casa, ha de ser quemado : è la Ley 2. del dicho tit. pone quan grave es el delito : è vey la Ley 5. de las Ordenanzas Reales, lib. 8. tit. de los adulterios, que habla en el dicho caso.

(*d*) Qualquier, por fuerza. *Concord. for. juz. lib. 3. tit. 5. l. 2.*

ger de Orden (*a*) casáre à sabiendas (*b*) despues que fuere bendicha, asi como es costumbre, sea tornada al Monasterio donde salió, so grande penitencia, asi como semejáre à su Obispo, ò à su Abadesa: y él sea echado por siempre jamás de la tierra, è no se pueda escusar por decir que ninguno no los acusa: è tan ayna como el Rey lo supiere por el Obispo, ò por el Abadesa, ò por otro home qualquier, faga facer esto que es sobredicho: è si de tal casamiento algunos fijos nascieren, è otros fijos derechos no hobieren, hayan la buena (*c*): la qual otros fijos derechos podrien haber: y esa mesma pena hayan los que con tales mugeres yoguieren, è los fijos que ende nascieren, no hereden: mas los parientes mas propinquos que hobieren hereden los sus bienes de aquel: è si Monges, ò otros homes que son en Orden esto ficieren, hayan la pena sobredicha, ellos y las mugeres con quien casáren, ò con quien yoguieren: è hereden los fijos como sobredicho es: è despues que el Obispo del Lugar, ò los Alcaldes supieren tal fecho, luego lo fagan saber al Rey, y el que lo no ficiere, peche cient maravedis al Rey.

Ley tercera.

SI alguno yoguiere con muger de su padre, faganle como à traydor (*d*): è si yoguiere con la barragana, faganle como à alevoso: è si yoguiere con muger de

---

(*a*) De Orden. *Concord. c. meminimus, extra qui cle. vel voven.*

(*b*) A sabiendas. Hodie tales sint ipso jure excommunicati: *ut cle. unica, extra de consang. & affin.*

(*c*) Hayan la buena. Nota quòd filij nati ex matrimonio de jure reprobato succedunt in parentum bonis: *ut hic, quòd non credo simpliciter verum, quòd dic ut not. per Doct. signanter per Henr. notabiliter in c. ex tenore, extra qui fil. sunt legi. & per Bart. in l. si quis in incest. C. de incest. nupt. concord. infrà tit. proxim. l. 1. circa fi. & vide foro juzg. lib. 3. tit. 5. l. 2.*

ADDICION.

La Ley 5. del titulo de los adulterios, libro 8. de las Ordenanzas Reales, dispone, que qualquier que se echáre con parienta dentro en el quarto grado, ò con madre, ò cuñada, ò con Religiosa, ò con persona de otra Ley, es crimen de heregía, è pierde la meitad de sus bienes, è son para la Cámara de los Reyes: vey la Ley 3. tit. 18. de la 7. Partida, è la Ley 2. tit. 19. de la dicha Partida: è si se hace por fuerza el delito. Vey la Ley 3. tit. 20. de la dicha 7. Partida. Item, la Ley 11. de la 6. Partida, tit. 7. dice, que el padre puede desheredar al hijo, y el hijo al padre, quando se echase con su muger, ò manceba.

(*d*) Si alguno, traydor. De pœna proditoris *vide for. novo de Alcalá, l. quæ incipit: Traycion: & suprà for. lib. 1. tit. 2. l. 1. & vide quæ ibi scripsi, concord. foro juzg. lib. 3. tit. 5. l. 7. ubi est alia pœna.* Unum tamen nota, quòd proditor qui vulgariter appellatur traydor, est ab omni facie dominorum, & Principum alienus, nec potest in Curia Principum stare: *ut ff. de execu. tu. l. sed Princeps miles, §. sed ignominiæ, & not. Bal. in lib. feu. rub.* an ille qui interficit fratrem domini sui: *feudum amittit, cap. 1.* & est ratio secundum eum, quia infamis non debet videre faciem Principis: *ut C. de dig. l. 2. lib. 12.*

su hermano, ò con su barragana, ò con aquella que supiere que su padre, ò su hermano ha yacido: è si el padre yoguiere con la muger del fijo, ò con su barragana, el Rey despues que lo supiere, echelos de la tierra por siempre: è sus bienes hayanlos sus herederos, è nunca sean Partes de otros, ni puedan testiguar en ningun Pleyto.

TITULO IX.

DE LOS QUE DEXAN LA ORDEN, è de los Sodomitas.

Ley primera.

SI algun Monge, ò otro home de Orden dexáre el habito (*a*), el Rey lo torne à la Orden (*b*), maguer que ninguno no lo acuse, ni haya nunca mayor lugar en la Orden, è sea de los menores (*c*) de la Orden, y en grave penitencia. Pero si alguno se tornáre por su voluntad à la Orden ante que sea constreñido, no haya la pena sobredicha, ni aquellos que en enfermedad, ò en sanidad tomaron Orden, y ante del año cumplido la dexáren, si promision por su voluntad ante del año no ficieren: è la buena de aquellos que sin derecho dexáren la Orden, asi como sobredicho es, hayanla sus fijos derechos, si los hobiere; si no, los parientes mas propinquos: y esto mesmo sea en las mugeres de Orden que dexáren sus Monasterios, asi como sobredicho es, quier casen despues, quier no.

ADDICION.

De la materia de los Monasterios, y Religiosos, vey en la 1. Partida, tit. 12. para todo el titulo.

(*a*) SI ALGUN, EL HABITO. Qui dari profitentibus solet, post professionem tamen tacitè vel expressè factam, aliàs autem ante professionem libertatem habuit ordinem exire, & habitum dimittere: *ut cap. statuimus extra de regu.* ubi vide glossa notabilem de habitu Religionis, & professionis, & de habitu probationis, & alia circa materiam hujus legis.

(*b*) LO TORNE A LA ORDEN. *Concord. cap. nec Religiosi, extra de regu.* Ubi Monachos fugitivos, & ejectos Prælatus tenetur ad ordinem revocare, & eos corrigere, ne sanguis eorum, &c. *concord. cap. irrefragabili, extra de offic. ordi. & cap. cum ad monasterium, extra de statu. regu. & c. ephesis. 43. dist.*

(*c*) E SEA DE LOS MENORES. *Concord. cap. intelleximus, extra de æta. & qual. & 19. q. 3. cap. mandamus, vide foro juz. lib. 3. tit. 5. l. 3.*

ADDICION.

La Ley 2. de la 7. Partida, tit. 21. dispone de otra manera, è dice, que qualquier del pueblo puede acusar de este delito, è probado el que lo hizo, y el que lo consintió, amos han de morir, excepto si alguno lo ficiese, è fuese menor de catorce años: è la misma pena han de haber los que yoguieren con bestia, è la bestia ha de ser muerta: è hoy los Reyes nuestros Señores ficieron una Pragmatica en que mandan, que los que este delito cometieren sean quemados.

Ley segunda.

MAguer que nos agravia de fablar (*a*) en cosa que es muy sin guisa de cuidar, è muy sin guisa de facer; pero porque mal pecado alguna vez aviene, que home codicia à otro por pecar con él (*b*) contra natura: mandamos, que qualesquier que sean, que tal pecado fagan, que luego que fuere sabido, que amos à dos sean castrados ante todo el pueblo, è despues, à tercer dia, sean colgados (*c*) por las piernas fasta que mueran (*d*), è nunca dende sean tollidos.

(*a*) MAGUER AGRAVIA DE FABLAR. Materia enim hujus legis fœdissima est, nam quædam sunt quæ ipso dicto sunt nepharia: *ut hic not. Ci. in l. cum vir. C. de adulter.* & qui ad hoc scelus intensa libidine, & venerea rabie movetur, non immerito si vilissima pœna puniatur, de qua hic, ut correspondeat delicto: *ut cap. quæsivit extra de his quæ fiunt à ma. parte. cap. C. de is qui latro. occul. l.* 1. *ff. de adulter. l. mulier, in fi. & de fals. l. divus.*

(*b*) POR PECAR CON EL. Nota peccatum sodomiæ esse magnum flagitium, & horribile, quia fit contra naturam ei abutendo: *ut cap. flagitia* 32. *q.* 7. *& cap. si gens Angelorum*, 56. *dist. & not. in cap. in Archiepiscopat. extra de rap. glos.* 1. propter quòd peccatum ira Dei venit in filios diffidentiæ: *ut c. Clerici, extra de exces. præla.* & propter illud sex civitates destruxit dominus juxta Jordanem, Sodomam, scilicèt, & Gomorram, Adamen, & Seboym, & Segor, & Leale, quæ est Baleam: ubi effectus est locus Aspala, quæ dicitur mare mortuum ubi aqua nec est natabilis, nec potabilis, ibi ferrum natat, & plumbum mergitur, ibi sunt poma exterius pulcherrima, interius verò plena favilla, & cinere: *ut notat glos. in cap. sed & continuo, de pœni. dist.* 1. Non enim sic homines fecit Deus ut se illo uterentur modo: *ut alleg. cap. flagitia* 32. *q.* 7. contra crimina ergo fœdissima leges armatæ debent insurgere: *ut alleg. l. cum vir.* propter hoc enim scelus fames, & terremotus, & pestilentiæ fiunt: *ut in auct. ut non luxur. contra naturam*, §. 2. *coll.* 6.

(*c*) COLGADOS. De jure est pœna ultimi supplicij: *ut in auct. ut non luxur. contra natur. colla.* 6. *& alleg. l. cum vir. & de pœni. distin.* 1. *cap. qui puero*: facienti enim, & passo dedecus, & infamia generatur, multæque propter hoc veniunt pestilentiæ: *ut* 7. *Part. tit.* 21. *leg.* 1.

(*d*) MUERAN. Nota quòd ab hac pœna excusatur qui vim patitur: *ut suprà de adulter. l.* 1. *in fi.* excusatur etiam minor quatuordecim annorum: 7. *eod. tit. l.* 2. ubi vide quòd hac eadem pœna punitur qui cojerit cum bestia, & bestia occiditur.

ADDICION.

Para esta Ley 1. *è* 2. *è* 3. *è* 4. *deste tit. vey la Ley* 3. *de la* 7. *Partida, tit.* 20. *que dispone, que qualquiera persona que robáre muger casada, ò viuda de buena fama, ò virgen, ò religiosa, è yoguiere con ella, que muera por ello haciendolo por fuerza: è todos sus bienes son de la muger forzada, salvo si ella se casase con él no seyendo casada: ca si casada fuese, los bienes son del padre, y de la madre de la muger forzada, si ellos en la fuerza no consintieron: ca si consintiesen, los bienes son de la Cámara del Rey: è si la muger forzada es Monja, los bienes son del Monasterio: è la misma pena ha lugar en el que roba su esposa de futuro.*

TITULO X.

DE LOS QUE FURTAN, O ROBAN, O ENGAÑAN las mugeres.

Ley primera.

SI algun home lleváre muger soltera (*a*) por fuerza, por

(*a*) SI ALGUN, MUGER SOLTERA. Honestam, scilicèt, secus est in meretrice, cujus coitus est impunibilis: *ut qui adulterium, ff. de adul. & not. in l. verum, ff. de furtis, & dixi suprà tit. de adul. l. fi.* & idem in meretrice si desijt meretricari, & honeste vivat, quia sufficit tempore raptus honestam esse, ut ista pœna locum habeat: *ut l. raptores, in princ. C. de rap. virgi. & pro hoc accedat in simili, ff. de adulter. l. si uxor.* Si autem desijt meretricari, sed non vivit honeste, ut quia facta est Sacerdotis concubina, non erit locus huic pœnæ, quia illa quæ exiguntur, & vita honesta deficit: *secundum Sali. in alleg. l. raptores, opi.* 1. Si autem dubitetur an sit vulgaris, & meretricari desierit, & tunc ex ejus habitu, & incessu judicabitur: *ut ff. de injurijs, l. item apud Labeonem, §. si quis virginem.* Similiter ex loco ubi morari, & conversari reperitur: *ut l. qui adulterium, C. de adulter.* nec poterit contradicere; ex eo quòd dicit nunc se velle pœnitere, quia pœnitentiam illam verbalem operis vel propositi præsumptionem contradictio non admittit, sicut non auditur qui negat se possidere, cum possederit tempore litis contestationis: *ut C. ad exhiben. l. non ignorat cum ibi notatis in glos. secundum Sali. in d. l. raptores.* Unum tamen nota, quòd si duo juvenes accusantur de stupro, & uterque eorum confitetur matrimonium contraxisse, quòd sunt absolvendi: *ut not. Bal. in l. unica, C. de confessis, de quo dicit esse glos. singularem in l. pe. C. de fidejus. facit ad q. quam not. Bal. in l. ut vim, ff. de just. & ju.* quòd propter delictum stupri factum contra aliquam mulierem mei castri, possum me vendicare, & est speciale propter violentiam castitatis: *ut l. quoniam ad l. Juli. de pub.* & hoc verum incontinenti infrà tempus, infrà quòd est licita recuperatio rerum, quòd relinquitur arbittio judicis pro rei qualitate, licèt glossa restringat se ad triduum, quòd est notandum: *ut not. Bal. in l. ut vim, de justi. & ju.* Unum tamen nota, quòd si puella rapta non est viri potens, quia immatura, eam corrumpens non patietur hanc pœnam, sed si est humilior in metallum damnatur, honestior autem in insulam relegatur, aut in exilium mittitur: *ut est text. in l. si quis aliquid, §. qui nondum, ff. de pœnis, Bal. tamen contra, C. de Episc. & Cler. auct. si quis non dicam rapere, in fi. & Jo. Fa. insti. de pub. jud.* Item nota, quòd seducens virginem, & eam corrumpens, de jure canonico tenetur eam dotare: *ut cap. 1. & 2. de adul.* de jure autem civili sine vi per dolum corrumpens virginem honestam non tenetur, tamen est flagellandus, & relegandus: *ut ibi not. glos. & est text. inst. de pub. ju. §. sed eadem, ut inst. eod. §. si autem, & de hoc vide Ci. C. de rapt. vir. l. unica.* Item, nota circa hanc materiam, quòd præsumitur in dubio mulier seducta à viro qui eam stupravit, vel adulteravit, non autem præsumitur vir seductus à muliere, nisi forte mulier ivisset ad domum viri: *de quo Bal. in l. raptores, C. de Episcop. & Cler.* Item nota, quòd non excusat raptorem consensus mulieris, quia velle mulierum ab insidijs nequissimi hominis qui meditatur rapinam inducitur. Nam nisi eam solicitaverit, & insidiosis artibus circunvenerit, non facit eam velle in tantum dedecus sese prodere: *ut text. in l. unica, §. si enim ipsi, C. de rap. vir. ubi dicit Sali. circa fi.* quòd consensus talis mulieris non est voluntas ordinata, quia est à dolosa persuasione inducta verè vel præsumptivè, quæ est plus quam violenta coactio: *C. de furtis, l. si quis serv. ff. de ser. corrup. l. 1. §. persuadere, & de*

facer con ella fornicacion, è lo ficiere, muera por ello. E si la lleváre por fuerza (*a*), è no yoguiere con ella (*b*), peche cient maravedis: è si no hobiere de que los pechar, pierda lo que hubiere, è yaga en prision fasta que cumpla los cient maravedis. E desta caloña haya la meitad el Rey, è la otra meitad la muger que presiere la fuerza.

Ley segunda.

QUando muchos se ayuntan, è llevan una muger por fuerza, si todos yoguieren (*c*) con ella, mueran por ello. E si por aventura uno fuere el forzador, è yoguiere con ella, muera por ello: è los otros que fueren con él (*d*), peche cada uno cinquenta maravedis, la meitad al

---

de libe. ho. exhi. l. 2. §. *si quis violentem*: ubi autem dolosa persuasio vera vel præsumpta non probaretur, tunc autem consensus moveret injuriam, vel dolum: *nec obstat cap. cum causa*, *de rap.* quia ibi textus copulativè exigit quòd mulier consentiat, & quòd prius desponsata fuerit: *hæc not. Sali. ubi suprà & Albe. in alleg. l. raptores*, *C. de Episc. & Cler. & vide Di. in regula scient. de re. jur. lib.* 6. Est enim ratio eorum quæ dicta sunt, quia per coactam voluntatem solum corpus corrumpitur. In illa verò quæ fiunt per persuasionem, vel dolum, corpus, & animus corrumpitur: *ut alleg.* §. *persuadere*, *& Albe. ubi suprà.*

(*a*) Por fuerza. Mulier autem dicitur vim passa, si statim in propria facie livores, & signa fecerit, & quærelam deposuit, & si vim passa est in domo, & statim vociferando ad talem exivit, & rapiens invenitur intus in domo, sufficit ad imponendam pœnam, etiam sine alia probatione, aliàs requiritur probatio: *ut lib. Styll. l.* 121. & si in loco populato mulier dicit se vim passam, non creditur ei, nisi id probet per dicta signa: *concord. Deutero. cap.* 22. desponsata namque viro, si in civitate fuerit oppressa, & non clamaverit, punitur quasi adultera, vi autem in agro oppressam innoxiam esse, & violentum legibus subjacere: *ut in libris Moysi legitur*, *ubi suprà*, *& est text. in c. non satis* 34. *q.* 2. & sic nota, quòd ratione loci præsumitur contra aliquem, & quòd imputatur alicui si non fecerit id quòd ei prodesse possit: *C. de incestis nup. cum ancillis*, & quòd præsumitur consentire cum posset reclamare: *ff. de noxa. l. si servus sciente*: quia non reclamando, tacitè consentire videtur: *ut cap. diaconi*, 28. *dist. not. glos. in alleg. cap. non satis.*

(*b*) E no yoguiere con ella. Intelligo quòd non punitur corporaliter, si ea intentione non rapuit eam, ut carnalitur commisceret cum illa, aliàs autem sola attentatio, & conatus sufficit, etiamsi non adimplevit: *ut l. si quis non dicam*, *C. de Episc. & Cler. & not. plenè per Henr. in c.* 1. *de eo qui mitti. in po. & vide quòd not. suprà tit. de pœnis*, *l.* 6. *& est expressum*, 7. *Part. tit.* 30. *l.* 23.

ADDICION.

E la misma pena ha lugar en los que le ayudaron à forzar, ò à robar la tal muger; pero si alguno forzáse otra muger que no fuese de las sobredichas, hanle de dar pena à alvedrío del Juez, considerando quién es el que fizo la fuerza, è la muger forzada.

(*c*) Quando, si todos yoguieren. Ideo enim puniuntur pœna æquali, quia omnes sunt æquæ principales, & socij in maleficio, quia propter se accedunt, & cum scientia, & dolo delinquunt, tempore maleficij opem præstando, & delinquendo: *ut l. raptores*, §. *ne igitur*, *C. de rap. vir.* Idem, etiamsi non deliquerunt, sed opem, & auxilium præstiterunt, & causam maleficio dederunt, quia tunc etiam æquæ puniuntur facientes, & opem præstantes: *de quo vide latius*, *& valde notabiliter per Sali. in alleg. l. raptores.*

(*d*) E los que fueren con el. Et hoc verum si non dederunt causam male-

Rey, è la otra meitad à la muger que prisó la fuerza: è no se pueda ninguno escusar, porque diga que fue con su señor (*a*).

Ley tercera.

TOdo home que llevåre, ò robáre muger casada por fuerza, maguer que no haya que ver con ella, sea metido (*b*) con todos sus bienes (*c*) en poder del marido, que faga dél, y de todos sus bienes lo que quisiere: è si hobiere fijos, ò dende ayuso, hereden lo suyo, y del cuerpo faga el marido lo que quisiere. E si llevåre por fuerza esposa agena, è ante que haya que ver con ella, alguna cosa le fuere tollida, todo quanto hobiere, hayalo el esposo, è la esposa, por medio: è si no hobiere nada, ò hobiere muy poco, sea metido en poder dellos, en tal manera que le puedan vender: y el precio hayanlo de consuno, si él no hobiere fijos derechos, è dende ayuso: è si los hobiere, hereden lo suyo, y él fin-

---

leficio, quia tunc puniuntur media pœna: *ut l. is qui opem, ff. de furtis*, & intellige media pœna, quia inter majorem, & minorem habito respectu, potest dici media: *ut hic, & not. C. de his qui latro. occul. l. 1. & de nili. age. non tamen, l. 1. & Sali. ubi suprà.*

(*a*) Con su señor. Nota hoc ad id quòd dixi *suprà ead. l. 4. tit. de las fuerzas, leg.* 10.

ADDICION.

La Ley 43. lib. 8. tit. de las penas de las Ordenanzas Reales, dispone, que qualquier persona que sacáre muger casada, è la truxere publicamente por manceba, que si requerido por su marido, ò por el Alcalde que la entregue, si no lo ficiere, allende de las penas del derecho, pierde la meitad de sus bienes, è son para la Cámara del Rey.

(*b*) Todo home, sea metido. Et hoc credo verum si libidinis causa vim quis committat. Si autem sit consanguineus, vel alius de quo nulla est suspicio libidinis, licèt teneatur de vi, non tamen tenetur pœna hujus legis: *ar. suprà eod. for. lib. 3. tit. 2. l. fi. & quòd ibi not.* Unum tamen nota, quòd si talis nupta, vel alterius sponsa fuerit meretrix, non tenetur rapiens pœna raptus, quia cessat violentia, habet tamen locum pœna adulterij, si sciebat nuptam esse: *ut not. Ci. in l. unica, C. de rap. vir. 2. q.* Quid si qui nuptam rapuit, & post rapinam adulterium commissit, an puniatur duplici pœna, scilicèt, pœna raptus, de qua hic, & pœna adulterij: *de qua suprà tit. de adulte. l.* 1. & credo quòd una tantum pœna puniatur: *quia ista l. & suprà eod. tit. l.* 1. non punit raptum per se, & adulterium per se, sed utrumque simul, & sic resultat unicum crimen: *ut l. illud, §. fi. ff. ad l. Aquil.* quòd credo verum si raptor libidinis causa rapuit, & factum adimplevit: *ut alleg. l. 1. suprà eod. tit. & quòd ibi not.* Si autem non libidinis causa primò eam rapuit, & ex intervallo adulteravit, & credo tunc quòd utraque pœna puniatur. Nam cum diversæ actiones ex diversis delictis circa eandem rem commissis descendunt, possunt contra eundem proponi. Est casus *in l. adversus, C. de fur.* resultant enim duo tituli criminis ex pluribus factis separatis, & sic est argumentum secundum Bal. ibi quòd si per statuum imponatur pœna de liga, & monopolio, & plures primò fecerunt liga, postea ex intervallo processerunt ad actum, ad quem finaliter tendebant, quòd puniatur de utroque propter diversum titulum criminis, & propter intervallum temporis: *per alleg. l. notabilem adversus, quòd est menti tenendum.*

(*c*) Sus bienes. Circa bona non aliter disponit lex *Part. 7. Part. tit. 20. l. 13. & l. raptores, C. de Episc. & Cler.*

que heredero dellos, è sea vendido (*a*) como sobredicho es.

Ley quarta.

QUien Monja, ò otra muger de Orden llevâre por fuerza, quier haya que ver con ella, quier no (*b*), muera por ello (*c*). E si fijos derechos, ò dende ayuso hobiere, hereden lo suyo (*d*): è si no los hobiere, haya la meitad el Rey de lo que hobiere, è la meitad el Monasterio donde fue la Monja.

(*a*) E SEA VENDIDO. Hodie credo, quòd idem quòd disponitur de nupta, disponitur de sponsa de præsenti, etiam in casu hujus legis: *per l. fori novi, quæ est lex quæ incipit*: *Contienese*: *vide foro juz. lib.* 3. *l.* 2. *&* 6.

(*b*) QUIEN MONJA, QUIER NO. *Concor. l. si quis non dicam, C. de Episc. & Cler.* Et sic nota, quòd voluntas suis terminis non contenta punitur cum processit ad actus exteriores: *de quo in l. cogitationis, ff. de pœnis, & de pœni. dist.* 1. *cap. cogitationes, & per Henr. in cap.* 1. *extra de eo qui mitti. in pos. ubi plenè per eum, & per Doct. in alleg. l. si quis non dicam rapere.*

(*c*) MUERA POR ELLO. Non immerito, quia ex eo quòd Deo dedicatæ sunt, non solum ad injuriam hominum, sed ad ipsius omnipotentis Dei irreverentiam tale scelus perpetratur: *ut l. raptores, C. de Episc. & Cler. in princ. & in l. unica, in princ. C. de rap. vir.* Ex quo nota secundum Salic. quòd etiamsi sanctimonialis remittat injuriam suam, non videtur injuria Deo facta remissa, nisi per Papam remittatur, qui vicem Dei gerit in terris: *ut c. ut nostrum, extra ut eccles. bene.* accedens enim ad monialem incestum committit, quia sponsa Dei est; *pater noster*: *ut* 12. *q.* 2. *qui abstulerit.* Item, committit adulterium, quia Dei sponsam corrumpit. Item, sacrilegium, quia est res sacra, & ideo non est dubium quòd tria peccata committuntur quoad accusationem: *ut est glos. notabilis in cap. virginibus* 27. *q.* 1.

(*d*) HEREDEN LO SUYO. De jure tamen bona talia applicantur Monasterio: *ut in juribus suprà alleg. &* 7. *Part. tit.* 20. *l.* 13. Et circa hanc materiam nota, quòd de jure isti raptores mulierum nuptarum, viduarum honestarum, & sanctimonialium puniuntur pœnis, de quibus hic, etiamsi hoc faciant volentibus mulieribus raptis: *ut dicta l. raptores, & alleg. l. unica, C. de rap. vir.* nec obstat id quòd dicitur, quòd volenti non fit injuria, nec dolus: *ut ff. de injurijs, l.* 1. §. *usque adeo*: quòd illud verum est, nisi voluntas esset deceptoria: *ut dicta l. raptores*, nec ista est voluntas ordinata, sed dolosa persuasione inducta, & sic mulier decepta pro non volente habetur, & hoc ex eo procedit, quia dolosa persuasio est plus quam violenta coactio: *ut ff. de libe. ho. exhi. l.* 2. §. *si quis volentem, & de servo corrup. l.* 1. §. *persuadere*: sed ibi dolosa persuasio non probatur, vel non præsumitur, & tunc consensus ammovet injuriam, & dolum: *secundum Di. in regula sciente, extra de reg. jur. lib.* 6. Item alia est ratio, quia ne dum ipsa rapta, sed etiam parentes, & affines injuriam patiuntur, & etiam respublica, quæ non tollitur mulieris consensu, & si est sanctimonialis, fit injuria Deo, & toti ordini sanctimonialium: *ut alleg. l. raptores, in princ. nec obstat glos. cap. cum causa, extra de rap.* quia ibi loquitur in sponsa volente, non in nupta, nec in sanctimoniali: *secundum Salic. in alleg. l. unica, C. de rap. vir. in princ.* Item, nota circa istam legem, quòd deprehensi in fragranti raptu harum mulierum: *de quibus hic, & suprà l. proxim.* possunt impunè occidi à parentibus, & consanguineis raptarum mulierum, aut à tutoribus, curatoribus, patronis, & dominis: *ut alleg. l. raptores, §. ne igitur.* Item, tales raptores possunt impunè à quocumque capi, dum tamen eos ducat ad judicem: *ut* 7. *Part. tit.* 19. *l.* 3.

Ley quinta.

SI los parientes que el padre tuviere consejáren (*a*), ò consentieren (*b*) como alguna muger sea llevada por fuerza, quier sean hermanos, quier otros, hayan la pena que es puesta (*c*) contra los que llevan las mugeres por fuerza, fueras que no mueran: è si despues de la muerte del padre, los hermanos, ò los otros parientes que la tienen en poder, la dieren al robador, ò le consentieren que la lleve, pechen la meitad (*d*) de quanto y hobieren, è hayalo aquella muger que fue llevada por fuerza.

Ley sexta.

SI el padre, ò la madre, ò el uno dellos consejáren, ò consentieren robo de su fija que fuere desposada, pechen al esposo quatro tanto de aquello que se hobieren à dar en casamiento con ella: è de todo esto haya la meitad el esposo, è la otra meitad el Rey: y el que la llevó por fuerza, haya la pena que manda la Ley.

Ley septima.

TOda muger que por alcahueta fuere en mandado (*e*) de algun home, ò de alguna muger casada, ò desposada, si pudiere

---

(*a*) SI LOS PARIENTES, CONSEJAREN. Intelligo fraudulenter in damnum, & dehonestationem mulieris: *ut notat Archi. in cap. felicis, de pœnis, lib.* 6. *& in cap. nullus ex consilio, de regu. juris, lib.* 6. *& l. consilij, ff. eod. tit. & l.* 2. *fi. ff. mand.* Si autem bona fide consilium dederunt, ut ratione matrimonij cum honesta, & decenti persona, tunc non credo quòd hac pœna teneantur *secundum distin. Di. in alleg. cap. nullus, quòd dic ut ibi, & per Salic. notabiliter in l. unica, C. de raptor. vir.*

(*b*) O CONSENTIEREN. Cum, scilicèt, peterant evitare: *ut cap.* 2. *extra de hære. & ff. ad l. Aquil. l. scientiam*, 83. *dist. cap. error.* Et talis consensus potest dici negligentia: *de quo not. glos. in cap.* 1. *extra de offic. dele.*

(*c*) QUE ES PUESTA. *In l.* 1. *suprà eod. tit.*

(*d*) PECHEN LA MEITAD. Est enim ratio quare hic imponitur minor pœna quam *suprà ead. l. in princ.* quia patre vivo fit ei injuria, & filiæ simul, eo autem mortuo fit solum injuria filiæ raptæ, & ideo mitius puniuntur consulentes vel consentientes: *vide foro juz. lib.* 3. *tit.* 3. *l.* 5.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 2. *tit.* 22. *de la* 7. *Partida, que dice, que cada uno del pueblo puede acusar este delito, è probado, si fuere alcahuetería con malas mugeres, debelos desterrar de la Villa: è si fuere alguno que diese su casa para tal delito, pierde la casa, è aplicase à la Cámara del Rey, è ha de pagar diez libras de oro: è si alguno tuviere en su casa Moras, ò captivas para hacer maldad de su cuerpo, è toman la ganancia de las tales mugeres, que si fueren esclavas, por el mismo caso sean horras, è si fueren horras, debenlas casar, è dotar segun fuere razon: è si no lo quisiesen hacer, ò no tuvieren de qué, deben morir por ello: è si alguno alcahuetase à su muger, debe de morir por ello, è la misma pena tiene el que alcahueta muger casada, ò virgen, ò Religiosa, ò viuda de buena fama por algo que le diesen, ò prometiesen de dar. E la Ley* 1. *del dicho tit. pone quántas formas hay de alcahuetería, la qual Ley es singular en la materia.*

(*e*) TODA, EN MANDADO. Scilicèt, seducendo eam, & ei dolosè consulendo, & persuadendo ut adulteretur, quæ quidem dolosa persuasio est plus quam violenta coactio: *ut dixi suprà tit. proxim. l.* 4. ideoque punitur æqualiter cum mandante: *ut hic, & l. non ideo minus cum ibi notatis: C. de accusa. & not. suprà eod. lib. tit. de las fuer-*

ser sabido por prueba, ò por señales manifiestas, el alcahueta, y el que la embió, sean presos, è metidos en poder del marido, ò del esposo, para facer de ellos lo que quisiere, sin muerte, ò sin lision de su cuerpo, si el Pleyto no fuere ayuntado: è si fuere ayuntado, muera la alcahueta por ello. E si fuere viuda de buen testimonio, ò niña en cabellos, pierda la quarta parte de lo que hobiere, si hobiere docientos maravedis, ò dende arriba: è si menos hobiere, peche veinte maravedis: è si los no hubiere, yaga la quarta parte del año en prision.

Ley octava.

PAdre, ni madre, ni otro ninguno no sea osado de casar su fija, ni otra muger por fuerza, quier sea en cabellos, quier sea viuda: el que lo ficiere, peche cient maravedis, la meitad al Rey, è la meitad à la muger que rescibió la fuerza: y el casamiento no vala, fuera si lo ella despues otorgáre. Pero si alguno lo ficiere por mandado del Rey, no peche la caloña.

TITULO XI.

DE LOS QUE CASAN CON LAS SIERVAS, ò con los que fueren siervos.

Ley primera.

DEfendemos, que ninguna muger no case con su siervo, ni franquée su siervo por casar con él: la que lo ficiere, muera por ello (*a*), tambien él como ella: è si fijos derechos hobiere de otro marido, ò nietos, ò dende

---

fuerzas, l. 10. *de quo vide per Bart. & Sali. in l. unica, C. de rap. vir.* ubi vide ad plenum an præstans opem ad delinquendum, æqualiter puniatur cum delinquente, si causam dedit maleficio: *& per Henr. in cap. sicut dignum, extra de homicidijs.*

Addicion de la Ley 8.

ADDICION.

La Ley final, tit. de los casamientos, lib. 5. *de las Ordenanzas Reales, dice, que el Rey no dé cartas para que doncella, ni viuda se case contra su voluntad.*

ADDICION.

Para esta Ley 1. *è para la* 3. *de este lib. vey la Ley* 1. *de la* 4. *Partida, tit.* 5. *por la qual estas Leyes no han lugar, antes la dicha Ley manda, que el hombre siervo pueda casar con la muger libre, y al contrario, siendo amos Christianos, caso que los señores lo contradigan, quedando à salvo su derecho à los señores: è la Ley* 2. *del dicho tit. pone, si el siervo que se casa es obligado à cumplir el mandado de su señor, ò de su muger, ò qual de ellos primero.*

(*a*) DEFENDEMOS, MUERA POR ELLO. *Concord. cum hac l. foro juzg. lib.* 3. *tit.* 2. *l.* 2. *& C. de mulier. quæ cum servis propri. se immis. l. uni. & ibi glos.* Item, cum lege secunda istius tituli, ibi dum dicitur: Sean libres: nota quòd ignorantia unius conjugum facit prolem legitimam: *concord. c. ex tenore, extra qui fil. sunt legi. & foro juzg. lib.* 9. *tit.* 1. *l.* 13. Item, *cum l.* 4. *istius tit. concord. foro juzg. lib.* 3. *tit.* 2. *l.* 5. *& cum l.* 5. *istius tit. concord. foro juzg. lib.* 3. *tit.*

ayuso, hereden sus bienes: è si los no hubiere, hayanlo los parientes mas cercanos la meitad, è la otra meitad el Rey. E si no hobiere parientes fasta aquel grado que no pueda casar, hayalo todo el Rey: y esto mesmo mandamos si alguna casáre con su franqueado, maguer que lo no franquease por razon de casar con él.

Ley segunda.

QUando algun siervo fuído casáre con muger libre, no sabiendo ella que era siervo, su señor tome el siervo quando quier que venga, è la meitad de quanto ganáre con ella, mas los fijos que fizo sean quitos è libres: è si à sabiendas casáre con él, tomelo el señor con los fijos que fizo en ella, con todos sus bienes tambien dél, como della.

Ley tercera.

SI alguna muger libre casáre con siervo à sabiendas, pierda quanto hobiere, è hayanlo los fijos derechos si los hobiere, ò dende ayuso: è si los no hobiere, hayanlo los parientes mas propinquos la meitad, è la otra meitad el Rey: è finque ella con el siervo si fuere Christiano: è si fuere Moro, ò Judio, mueran por ello amos: mas si por aventura ella no supiere que era siervo, partase dél luego que lo supiere, è no haya pena: è si luego que lo supiere no se partiere dél, haya la pena sobredicha. Y esto mismo sea de los homes libres que casáren con las mugeres que fueren siervas.

---

tit. 2. *l.* 7. Circa istam rubricam de falsarijs nota, quòd licèt largo modo sumpto vocabulo omnis mutatio veritatis sit falsum: *ut in auct. de instrum. caus. & fi. circa princ.* Cum falsum uno modo largissime, ut dicere quòd non est verum, sivè dicatur cum dolo, vel sine dolo: *ut l. si his qui ducenta*, §. *verum, ff. de rebus dubijs.* Secundò modo falsum dicitur largè omnis mutatio veritatis, quæ in se habet dolum: *ut in dicta auct. circa princ. facit l. nec exemplum, C. eod. tit.* & hoc modo dicunt quidam, quòd omnis qui committit dolum, committit falsum, hoc tamen non est verum quantum ad agendum de falso. Tertiò modo dicitur falsum strictè, & tunc illud tantum dicitur falsum quòd incidit in aliquòd capitulum: *l. Corneliæ de falsis. Casus est in l. quid sit falsum, ff. eod. tit.* ubi hoc notat Bar. non enim putat ipse quòd pro quolibet dolo ex qualibet deceptione quis incidat in falsum, ut puniatur lege Cornelia de falsis, nisi in casibus expressis in jure.

Addicion de la Ley 2.

ADDICION.

La Ley 3. *è* 4. *de la* 4. *Partida, tit.* 6. *dispone, que quando alguna persona libre se casáre con siervo sabiendolo, tal casamiento vale; pero si no lo sabía, está en escogencia del que es libre quedar con ella, ò apartarse; pero el siervo no se puede apartar.*

Addicion de la Ley 4.

ADDICION.

Para declaracion desta Ley, vey la Ley 2. *tit.* 5. *de la* 4. *Partida.*

Addicion de la Ley 5.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 1. *de la* 4. *Partida, tit.* 5. *que dice, que si el siervo casáre con muger libre, ò el libre con esclava, es-*

Ley quarta.

QUien su siervo casáre à sabiendas con sierva de otro, sin su sabiduria del señor de la sierva, los fijos que ficieren en uno sean del señor de la sierva, è la sierva con ellos: y esto mesmo mandamos que sea quando alguno casáre su sierva con siervo de otri, sin sabiduria de su señor del siervo, que haya el señor el siervo, è los fijos.

Ley quinta.

QUienquier que sus siervos casáre diciendo que son libres, no los pueda mas tornar à servidumbre: mas finquen libres con todo lo suyo, è puedan demandar al señor todo lo que les prometió: è peche el señor cinquenta maravedis al Rey.

TITULO XII.

DE LOS FALSARIOS, E DE LAS Escripturas falsas.

Ley primera.

SI el Escribano público que es dado para facer las Cartas asi como la Ley (*a*) manda, ficiere Carta falsa (*b*) en Pleyto de cient maravedis ayuso, pierda la

---

estando el señor presente, è no lo contradixese, el siervo se hace libre por el mismo caso: sobre lo qual vey la dicha Ley, que es singular.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 6. tit. 7. de la 7. Partida, que dice, que qualquier Escribano que hiciere Carta falsa, que le corten la mano con que hizo la falsedad, è finque para siempre infame. E la dicha Ley pone las penas de los otros falsarios: è la Ley 1. del dicho tit. dispone lo mesmo, è pone quántas maneras hay de falsedades.

(*a*) SI EL ESCRIBANO, LA LEY. 1. *suprà eod. foro, lib.* 1. *tit. de los Escribanos.*

(*d*) ENEMIGO CONOCIDO. Dum tamen talis sit per sententiam declaratus aliàs non: *ut infrà eod. tit. l. 4.* Quis autem dicatur inimicus manifestus: *vide quòd not. in cap. cum oportet, extra de accusa. & cap. repellantur, eod. tit.* vel potest dici inimicus notus & manifestus, is, contra quem justum bellum romanum, vel Judicis seu juris auctoritate indicitur: *de quo not. in l. hostes, ff. de capti. de quo bello vide notanter Floria. in l. si servus, §. si quis in coluctatione, ff. ad l. Aquil. & 23. q. 5. cap. de occidendis, & quæst. ulti. per totum.* Item, ex hac lege nota, quòd promissio legis occidentem excusat, sicut excusat debitorem: *ut*

dose (*a*), ò si le falláre dormiendo con su mu-

ut l. quidam, ff. de pœnis. Facit ad hoc quæstio, feci pactum cum inimico meo, & promissi non offendere eum, demum ipse fuit exbannitus, & ex forma statuti, quicumque, poterat eum impunè offendere seu occidere, ego autem occidi eum, an videar frangere pactum, & respondetur quòd non, licèt Bononien. tenuerunt contrarium: *& hoc concludit Bar. in l. qui servum mihi, de verbo obl.* & est ratio secundum eum, quia promittendo non offendere intelligitur, nisi lege permittente: *facit l. quæro, §. inter locatorem, ff. loca. & l. quidam cum filium, ff. de verb. obli. & hanc quæstionem in terminis conversis disputat Bar. in alleg. l. quidam, ff. de pe.*

(*a*) O DEFENDIENDOSE. Scilicèt, incontinenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ: *ut in cle. si furiosus, extra de homi. & l. rectè, C. unde vi. & ff. de just. & ju. l. ut vim, & ff. de re. jur. l. quòd non est licitum, extra de sen. ex. cap. dilecto, lib.* 6. & hoc dum tamen occidens principaliter ad ejus occissionem non intendat, sed ad suam propriam salvationem, & cum debito moderamine. Esto quòd si sequatur mors invasoris nihil facit contra rectum ordinem rationis, nec contra justitiam, nec contra proximi charitatem secundum ordinem rationis: *ut l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil.* de jure enim divino permissa est propriæ personæ defensio: *ut pater 2. Macha. c.* 1. *&* 2. *& alleg. c. quòd non est licitum, de re. ju.* omnis enim quicumque venerit ad nos in bello die sabbatorum pugnemus adversus eum, & non moriemur omnes sicut mortui sunt fratres nostri in occultis, &c. Est etiam permissa defensio de jure naturali, quæ à natura inest etiam brutis, videmus in omnibus brutis pro sui defensione instrumenta diversa, quibusdam rostra ut avibus, quibusdam asperas, & tenacissimas ungulas, quibusdam dentes, alijs cornua, alijs tibias & crura ad fugam ordinata, prout placuit conditori, & experimentaliter intuetur: *ut notat Flor. in alle. l. si servus, in prin. & 2. Part. tit.* 7. Probatur etiam hoc de jure divino: *per notata in alleg. cle. unica, extra de homi. nec obstat quòd notat glos. in alleg. l. ut vim*: quæ dicit quòd jure poli non est quòd licitum in alium sevire, etiam in sui defensione quia potest dici quòd illa repræhendatur per casum *in dict. cle. unica*, vel potest salvari ut intelligatur quoad satisfactionem, & beatitudinis inquisitionem, quæ non requirit pugnam corporalis resistentiæ, sed martyrij, ut fecernnt omnes martyres, undè dicit canon, quòd præcepta patientiæ servanda sunt in virtute animæ, non in ostentatione corporea, & exteriori: 23. *q.* 1. *paratur.* Permittitur etiam defensio de jure canonico: *ut alleg. c. dilecto, & extra de homic. c.* 2. *&* 3. hinc est quòd Princeps defensionem tollere non potest: *ut est expræssum in cle. pastoralis, ver. cæterum extra de re jud. quòd scire est utile propter notata per Bar. in l. filiusfamil. ff. de don. & in l.* 1. *ff. de mili. test.* de jure etiam civili est permissa, ut hic, & in juribus suprà allegatis, quòd autem hic dicitur quòd defensio est permissa, intelligo verum, nisi offensa justè inferatur, nam tunc non est permissa defensio, imò punitur, probatur: *ff. de re mili. l. milites agrum, §. juvenes, C. de his qui ad Eccles. confug. l. si servus, ff. ad sillan. l. si quis in gravi, §. si tamen maritus, facit ff. ad l. Aquil. l. itaque, & quòd ibi not. & de bo. eorum qui mor. si. consci. l.* 1. *& quòd notat Archi.* 23. *q.* 5. *c. cum homo.* Item, intelligo quòd hic dicitur. Cum defendens suum invasorem occidit, necessitate inevitabili aliter mortem evitare non valens: *ut alleg. cle. unic. eod. tit.* In tantum quòd si alius vult me occidere possum eum prævenire, nec debeo expectare, quòd primò me percutiat: *ar. C. ad l. Cornel. de siccarijs, l.* 2. ubi defensor propriæ salutis in nullo peccat: *& l.* 3. *&* 4. *ubi est expressum, facit* 50. *dist. c. de his glos. fi.* ubi etiam dicitur quòd sufficit terror armorum: *ff. de vi, & vi arma, l.* 1. *§. idem labeo, & l.* 3. *§. qui armati, & not. in c. significasti extra eod. tit.* Est tamen verum, quòd debet quis expectare aliquem actum fieri ab invadente, ut scilicèt, se insultatum armis clamore, vel terrore, nec potest prævenire omnia ista, quia qui primò incipit rixam, ille potest impune offendi: *ff.*

ff. ad l. Aquil. l. si ex plagijs, §. *tabernarius*, & *ff. si quadru. pau. fecisse di. l.* 1. §. *cum arietes*, & *est expressum* 2. *Part. tit.* 16. *l.* 3. & *vide for. juz. lib.* 6. *tit.* 4. *l.* 6. Idem si invasus posset fugere, sed fugiendo posset sibi mortis periculum verisimiliter imminere: *ut Doct. in alleg. cle. unica*, non enim debet expectare se primò percuti, quia melius est ante tempus occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere: *ut C. quando lice. uni. si. ju. se vin. l.* 1. & *C. quando in integ. rest. non est neces. l. fi.* & *l. Part. peregrin. homicid.* 5. *q. a.* Item, nec est remedium quòd reparari posset: *de appe. l. si quis provocatus*, & *de appe. rescin. l.* 2. *de caup. l. in bello*, §. *factæ.* Debet etiam defensio esse necessaria, & qualitas ejus debet probari, & quomodo: *ut not. in l.* 2. *C. de confessis.* Ideo tu asessor considera quòd ista exceptio feci ad meam defensionem, non proponitur apte, & si testis hoc probaret, non probaret sufficienter, sed debet misceri quòd fecit ad necessariam defensionem, nam defensio debet esse proportionata, puta pugnum pro pugno, baculum pro baculo, non ensem pro fustè, nisi tanta sit elegantia offensi, quòd plus ponderet fustis in ipsum quam gladius in adversarium: *ut l.* 1. *C. unde vi.* & *ibi notat Bal. in repetione quam fecit*: illud etiam est nota dignum quòd ad defensionem fecisse, probatur per conjecturas, quæ arbitrio Judicis committuntur, nam contra dolum præsumptum admittitur probatio contraria, scilicèt, dolum non præsumi: *ut not. Inno.* & *Jo. An. in cap.* 1. *extra de præsump.* & *ista not. Bal. in alleg. l.* 1. *C. de confessis.* Itèm nota, quòd si quis vult probare quòd vitam suam defendendo inimicum suum occidit: *ut in lib. feu. tit. de pace tenen. cap.* 1. §. *si quis alicui*: sufficit probare quòd adversarius animo occidendi, vel vulnerandi in eum irruebat: *ut alleg. l. si ex plagijs*, §. *tabernarius*, & *l. is qui cum telo. ff. de siccarijs*, *not. Bal. in l. multis*, *C. de libe. ca.* Quid autem de laico obtentionem vel defensionem suam vel suorum seu rerum Clericum percutiente, an incidat in canonem: *vide cap. si verò*, & *ibi Hosti.* & *Jo. An.* & *Hen.* 1. *dist. extra de sen. excom.* & vide quòd scripsi circa hanc materiam *suprà lib.* 2. *tit. de las defensiones*, *l. pe.* facit ad materiam hujus legis, quæstio disputata per Doct. quæ tangitur *in l. ut vim*, *ff. de just.* & *jur.* & *per Bal. in alleg. l. si servus*, *ff. ad l. Aquil.* quòd statutum disponens, quòd occidens alium etiam ad sui defensionem, debeat occidi non teneat, quia est contra naturalem rationem, quare non debet teneri, ut hic nota attento, quòd statutum est jus civile, quòd non potest jus naturale tollere: *ut inst. de legi. ac. tu.* §. *fi.* & *notant DD. in l.* 3. §. *vim vi*, *de vi*, & *vi arma.* Sed certe Bal. putat hoc statutum tenere, nam hæc defensio est de jure gentium: *ut notat glos. in d. l. si servus*, & *not. in alleg. l. ut vim*: sed jus civile jurigentium in sui particularitate potest derogare, licèt non in sui totalitate: *ut hoc notat glos. inst. de jure natu.* §. *fi.* Item, pro hoc quia lex potest ex causa defensionem denegare, scilicèt, si offensa juste inferatur: *ut suprà not. facit*, *l. fi. C. quando lice. se. si. judi. vin.* & *quòd ibi not.* Sed ego credo contrarium per ea quæ scripsi *suprà lib.* 3. *tit. de las herencias*, *l. fi.* Nota ibi dum dicitur cum moderamine inculpatæ tutelæ, &c. & est sensus, quòd quis in defendendo se, debet adhibere moderamen cujusdam defensionis inculpatæ, ut illa defensio non excedat terminos defensionis mere, nec accedat ad vindictam: *undè G. notabilis in cap. significasti*, *de homi.* dicit quòd hoc moderamen dumtaxat servatur, quando aliter commissa violentia repelli non potest. Idem *Bar. in l.* 1. *C. undè vi.* Si ergo potuit violentiam repellere cum minori, vel leviori percussione, & moderamen non adhibuit est in culpa, & hoc verum quando ex proposito excessit, secus si incontinenti fuit accessus furore iracundiæ, nam de facili tunc quis discernere non potest, verum, à falso: 11. *q.* 3. ita benè tunc non imputatur: *ut c. olim*, *de resti. spo. Ab. in cap. significasti*, *suprà alleg. de homi.* hoc quòd dicitur cum moderamine attenditur circa tria, videlicet ut taliter quis se defendat, ut invaditur, si cum armis, se defendat armis. Item, incontinenti. Item, non ad vindictam: *de quo vide notabiliter Jo. Fa. insti. de jure naturali*, 9. *colum.* & *vide repetitionem quam feci*, *in cap. fortitudo* 23. *q.* 3. Item nota, quòd cum permittitur resistentia insultato cum moderamine, &c. *C. undè vi*, *l.* 1. & *quòd hic not.* sed etiamsi moderamen excedat, & non ex proposito non tenetur. Casus est *in l. si ex plagijs*, §. *taberna-*

ger (*a*), do quier que lo falla-

narius, *ff. ad l. Aquil. & not. ibi Flor.* Item, percutiens immediate suum percussorem, videtur hoc fecisse ad sui defensionem, ideo non judicatur culpabilis: *ut est tex. in alleg. §. tabernarius.* Item, nota circa istam legem, quòd ex solis minis, minatus potest percutere minantem, si minator suas consuevit minas exequi, nam tales minæ terrorem inferunt: *arg. l. 1. si quacumque prædi. potes. & l. 1. si rec. per vim.* Nam consuetudo, & qualitas personæ in talibus debet attendi: *ut l. penul. si quis impera. male. & l. fi. de acti. & obli. facit quòd not. de arbi. l. licèt videtur tamen secundum Bal. in alleg. l. rectè, C. undè vi*: quòd licèt quis minetur non videtur delinquere facto, sed tantum verbo, nec procedit ad actum proximum, & ideo verbis contra verba resisti debet, non ad manus, & ferrum venire: *facit quòd not. Spec. tit. de accusa. §. 2. ver. quid si te vocavi latronem*: verumtamen si in mora expectationis esset periculum, ex quo liquet de animo, starem cum *glos. alleg. l. rectè*, quia melius est adversus injurias præparare quam se in discrimine vitæ coarctare: *C. ad l. Cornel. de siccarijs*, *l. 3. & 4. hoc concludit Bal. in l. si servus, C. de his qui ad eccle. confu.* & est ratio secundum eum, quia illata percussio non potest reparari, nec appellatione tollitur vis illata: *notat ipse in l. 1. & 2. C. quando lice. uni. si ju. se. vin.* Item, nota circa hanc materiam, quòd si quis excessit modum legitime defensionis, quòd non punitur integraliter, sed solum de modo excessus: *tex. est ad hoc notabilis*, *ff. de adul. l. si adulterium cum incestu*, *§. imperatores*, *ver. magis*, *extra de resti. spo. cap. olim*: quòd intelligo verum quando ille excessus est punibilis: *per notata per glos. ibi*, *& in cap. significasti*, *extra eod. tit.* Item, quid si Titius vulneravit Sejum, & statim fugit Sejus post eum currens eum vulneravit quòd non licuit, quia non timeret se amplius percuti pro vindicta, non pro defensa factum est: *ut not. Ci. in alleg. l. rectè*, *& archi. 50. dist. cap. de his*, *& Ber. extra de homici. cap. si perfodiens.* Numquid ergo puniatur ac si primò offensus non fuisset, & videtur nullo modo puniri, quia incontinenti factum est, & videtur fingi factum licitè. *ff. de adul. l. quòd ait*, *§. licitè.* In contrarium videtur *alleg. l. si ex plagijs*, *§. tabernarius*, *ff. ad l. Aquil.* Scilicèt, quòd taliter puniatur, quia ex animo fecit, licèt provocatus. Sed dico cum *Bal. in alleg. l. rectè*, in fine eum puniri, sed mitius tanquam culpabilem solum, non tanquam culpabilem dolosum, quia difficilimum est justum dolorem temperare, & quia inconsultus calor vicio doli caret: *ff. ad Turpil. l. 1. quòd est not. dignum.* Item, nota circa hoc, quòd si quis debito moderamine non servato se defendendo occidat alium non tenetur: *l. Cor. de siccarijs*, *cum illa l. requirit dolum*: & in hoc casu lata culpa non æquiparatur dolo: *ut ff. ad l. Cor. de siccarijs*, *l. 3. ad id inducitur*, *l. 1. C. eod. tit. & cap. olim*, *in fi. extra de resti. spo.* Tenebitur tamen de homicidio culpabili non doloso per jura prædicta: *& hoc tenet Jo. An. in addi. Spe. tit. de homi. 2. col. & not. Bar. & Bal. singulariter in lib. feu. tit. de tregua, & pace, & ejus vio. cap. 1. & est tex. in alleg. l. si adulterium cum incestu*, *§. imperatores*, *ff. de adul.* Item nota, quòd si robustus homo contra debilem utitur pugno, quòd debilis poterit uti gladio: & est ratio, quia defectum virium poterit debilis supplere cum juvamine armorum: *ut notat glos. in alleg. l. rectè.* Nam præsumitur juvenis potentior sene, sicut ad certos labores corporeos: *extra de renunci. cap. 1. de vaca. mune. l. se sextumdecimum*, *§. corpus debilitas*, *& ff. de pœnis*, *l. aut damna. §. quicumque undè dicit Arist. 7. Polithicorum.* Potentia in juvenibus, & sapientia vel prudentia in senibus præsumitur, & sanus potentior infirmo: *& vide quòd not. infrà eod. tit. l. 6.* Item nota, quòd si secundum personæ qualitatem fuga esset alicui vituperosa, non tenetur fugere: *arg. ff. ex quibus caus. ma. l. in eadem*, *& de manu vin. l. juxta*, *& melius per Florian. in l. in lege*, *qui cum aliter*, *ff. ad l. Aquil.* Nam aliàs conservatio honoris præfertur utilitati rerum: *ut ff. si quis om. cau. tes. l. Julian. not. Henr. in cap. suscepimus*, *extra eod. tit. circa quòd vide Bal. & Florian. in l. qui foveas*, *§. si navis in fi. ff. ad l. Aquil.*

(*a*) CON SU MUGER. *In l. graccus*, *cum ibi*

se (*a*), ò si lo falláre en su casa (*b*) yaciendo con su fija, ò con su hermana, ò si le falláre llevando muger forzada (*c*) para yacer con ella (*d*), ò que ha yacido con ella, è si matáre ladron (*e*) que falláre de noche en su casa furtando, ò foradandola, ò si le falláre con el furto fuyendo, ò se quisiere amparar de prision, ò si le falláre forzando lo suyo (*f*), è no lo quisiere

---

ibi notatis, *C. de adul. & suprà eod. lib. tit. de los adulterios*, *l.* 6. *& vide quòd ibi scripsi*, *& not. in cap. si verò*, *extra de sen. exc.* Homo enim intenso dolore promotus, non est in plenitudine intellectus: *ut in lib. feu. tit. de pace jura. fir.* §. *si quis verò*, *& ibi Bal.*

(*a*) Do quier quel falle. Etiam in domo adulteri: *quòd est contra notata in alleg. l. graccus.*

(*b*) En su casa. Etiamsi sit conducta: *ut dixi in alleg. l.* 6. *suprà tit. de adul.* Circa quòd nota, quòd si pater vel frater adulterum voluit in domo occidere, & ille fugit, & eum extra domum insecutus est, quòd impune potest eum occidere: *ut l. quòd ait lex*, §. *fi. ff. de adul.* *quòd est valde notandum*, *& hoc tenent Bart. & Salic. in alleg. l. graccus*, *q.* 4. *licèt alij teneant contrarium.*

(*c*) Muger forzada. Dum tamen sit virgo vel nupta seu vidua honestè vivens: *ut in l. unica*, §. 1. *C. de rapt. virgin.* Si autem rapta fuerit meretrix, quæ non desijt meretricari, & libidinis causa rapiatur, non est locus hujus pœnæ: *ut not. Bar. in l. uxor. ff. de adul.* §. *fi.* Si verò desijt meretricari, & honestè incipit vivere, locum habet hujus legis pœna, quia sufficit tempore raptus honestam esse: *ut alleg. l. raptores*, *in princ.* & nota quòd in tali casu si Clericus turpiter tangat mulierem invitam, aut vim inferat corporalem, & si illa se defendendo zelo castitatis, & justa indignatione mota, Clericum percutiat, non incidit in canonem: *ut not. Henr. in cap. si verò* 1. 2. *dist. in fi. extra de sen. excom.* Si autem desijt meretricari, sed non vivit honestè, ut quia concubina est facta Sacerdotis, adhuc non est locus huic legi, quia vita honesta quæ exigitur, deficit. Cum verò dubitatur an meretricari desierit ex ejus habitu, & incessu judicabitur: *ut ff. de injurijs*, *l. item apud labeonem*, §. *si quis virginem.* Similiter ex loco ubi morari, & conversari reperitur: *ut l. quæ adulterium*, *C. de adul. & not. Salic. in alleg. l. raptores*, §. 1.

(*d*) Para yacer con ella. Requiritur ergo quòd in fraganti delicto adulteri sint reperti: *ut d. l. raptores*: & in rebus venereis: *ut not. suprà eod. lib. tit. de adul. l. pe. concord. for. juz. lib.* 3. *tit.* 3. *l.* 7. Si verò extra hanc causam mulier patitur rapinam, non habebit locum hujus legis permissio: *ut not. in d. l. raptores*, *& ibi Salic. q.* 1. Item nota, quòd talis raptor in fraganti delicto repertus, potest impune occidi: ut hic, à personis tamen enumeratis *in alleg. l. raptores*: non tamen ab alijs extraneis, nec ista lex extraneis, hoc videtur permittere, sed tantum his quibus de jure permittitur hoc: *ut ibi per Doct.*

(*e*) Ladron. *De hoc vide quòd dixi suprà tit. de furtis*, *l.* 11. *cum juri. ibi alleg.*

(*f*) Forzando lo suyo. Id est, quòd possidet, non enim requiritur dominij probatio quoad hoc: *de quo vide plenè Doct. in alleg. l. recte*, *C. undè vi.* Item nota, quòd si tempore aggressionis, seu violentiæ præter propositum sequatur homicidium, sivè ex parte insistentis, sivè resistentis qui actor fuit, violentiæ, & aggressionis punitur: *ut hic & l. quoniam multa*, *C. ad l. Jul. de vi publi. vel priva.* ratio est, quia talis aggressor debuerat precogitare quòd violentia est apta ad cedes, & vulnera, & multa facinora inducenda: *ut ibi text.* Item nota, quòd talis resistens tenetur in resistendo moderamen inculpatæ tutelæ servare: *ut C. undè vi*, *& not. suprà circa princ.* & hoc, dum tamen aliter non potest defendens rem suam recuperare: *ut hic dum dicitur*: *E no la quisiere dexar*: *& not. in alleg. l. quoniam multa.* Item nota, quoniam jura quæ permittunt defensionem sui: *ut suprà ead. l.* permittunt etiam

dexar, ò si lo matáre por ocasion (*a*) no queriendo matarlo, ni habiendo malquerencia (*b*) con él de ante, ò si lo matáre acorriendo à su señor (*c*) quel vé matar, ò quel quiere matar à padre (*d*), ò fi-

---

etiam defensionem rerum: *ut hic*, *& ff. ad l. Corn. de sicca. l. furem*, *secundum Bar. & Salic. in l. si ut allegas*, *C. ad l. Cornel. de siccarijs*, *& c. si perfodiens*, *extra eod. tit.* Item nota, quòd pro proprijs rebus salvandis, quas alias salvare quis non potest, potest mutillare, vel occidere invasorem: *ut hic*, *& alleg. c. si perfodiens*, *& l. si ut allegas.* Est enim ratio quam reddit *Henr. in c. interfecisti*, *ult. dist. circa fi. extra eod. tit.* quia qui res suas quibus quis alimentare, vel sustentare se debet sibi aufert, vitam sibi auferre videtur: *ff. de lib. ag. l. necare*, *& in cap. sicut dignum*, *extra eod. tit.* Talis enim fovet justum bellum si præter intentionem occidat violentum principaliter intendendo circa suarum rerum conservationem: *ut not. in cap. olim causam*, *extra de rest. spol.* pro rebus tamen proprijs salvandis non credo quòd hoc liceret: *ut refert Henr. in alleg. c. interfecisti*, *extra eod. tit. ult. d. in fi.* Est tamen notandum, quòd etiam à Clerico res meas asportante possum per violentiam res illas auferre, & hoc verum antequam Clericus ad locum destinatum se recipiat, & illarum possessionem fuerit adeptus plenè, & perfectè, alias incideret in canonem, quia non licèt alicui sibi jus dicere in re sua ex intervallo, sed incontinenti: *ut not. Henr. in cap. si verò* 1. *extra de sent. excom.* 1. *dist. in fi.*

(*a*) Por ocasion. Ut si homicidium fiat à furioso, infante, vel alio intellectu carente, vel dormiente: *ut cle. unica*, *extra eod. tit.* Idem si fiat ab animali bruto, vel si regula cadat: *ut l. si servus*, *§. injuriam*, *ff. ad l. Aquil. & l. Part. peregrin. c. homicidium*, 5. *q. c.* & est ratio, quia id quòd commissum est sine dolo, vel culpa non est punibile, nam ascribitur fortuito casui: *ut ff. de admi. tut. l. fi. in fi. & de siccarijs*, *l. infans*, & casus fortuitus nunquam punitur per modum criminis: *facit ff. de offic. præsi. l. divus*, *& ff. de parric. l. pe §. fi.* & in eo quòd dixi de dormiente habet verum, nisi dormiens habeat notitiam moris sui, ut quia fortè alias hoc sibi evenerat, quia tunc tenetur, nam est in culpa quòd secum dormientes non certioravit, vel gladium non ammovit, vel cætera similia non prævidit, ex quibus poterat evitare: *probatur hoc in simili in l. putator*, *ff. ad l. Aquil. ut refert Flor. in l. si quis insulam*, §. 1. *ff. ad l. Aquil.*

(*b*) Malquerencia. Ubi enim odium vel inimicitia præcessit, præsumitur malus animus: *not. in c. repellantur*, *& c. cum oportet*, *extra de accus. & l. Part. peregrin. c. homicid.* 5. *q. c. & concord. foro juzg. lib.* 6. *tit.* 5. *l.* 1.

(*c*) Acorriendo a su señor. Et hoc sivè sit famulus conductus, sivè ascriptitius, vel vasallus qui domino suo obsequium, vel operas debet, & quasi quadam servitute ad hoc astringitur, debet ergo invadere dominum clamore armis, & quando potest sine periculo sui corporis, licèt servi teneantur mori: *ff. ad sill. l. cum dominus.* Sed possunt se morti opponere pro domino, non tamen coguntur: *ut ibi*, *& not. Bal. in alleg. l. recte.* Idem è contra quòd dominus tenetur suum famulum defendere ne occidatur, de servo non est dubium, quia defendit eum tanquam causam suam: *ut ff. de appell. l. Lutius.* Idem in vasallo ascriptitio, & similibus, licèt non subsit pleno jure, nam pro illo jure quòd quis habet interesse sua pecuniariter istos non ledi. Idem in famulo conducto, qui debet operas domino quas insanus præstare non posset: *ff. de sta. li. l. cum hæres*, *§. fi. tamen quia est de familia domini*, *ff. de usu*, *& habi. l.* 2. *C. de Episcop. & Cler. l.* 2. tamen quia sine familia vivere non potest: *ff. de judicijs*, *l. non alias*, §. 1. Omnes autem isti tempore necessitatis dominum juvare tenentur, virtus enim in necessitatibus probatur: *ut in auct. quomodo oportet Episcopos*, *§. oportet*, *coll.* 1. *& c. adversitas*, *in princ.* 7. *q.* 1.

(*d*) O a padre. Et nisi filius patrem defendat punitur: *ff. de rebus dub. l. utrum*, *& in auct. ut cum de appel. cogn. §. illud quoque*, & generale est, quòd quisque potest injuriam propulsare, sivè sibi, sivè suis illatam: *ff. de siccarijs*, *l.* 1. *§. item dicamus*, *& ibi not. per Jac.* de

jo (*a*), ò abuelo, ò hermano, ò à otro home que deba vengar por linage (*b*), ò matar en otra manera que pueda mostrar que lo mató con derecho (*c*).

Ley segunda.

TOdo home que matáre à otro à traycion (*d*), ò aleve, arrastrenle por ello, è despues enforquenlo: è todo lo del traydor

---

de Aret. Nam cum datur actio civilis, multo magis defensio: *ar. ff. de superficie, l.* 1. §. *quòd ait.* Item, carnem suam nemo unquam odio habuit: *ut ff. de injurijs, ho. l. facit, ff. de cond. & de. l. hæres meus*, §. *fi.* & injuria quæ fit alicui totam ejus gentem allidit: *ut not. ff. de injurijs, l. lex Cornel. in princ. not. Ci. in l. raptores, C. de Episcopis, & Cler.* Item nota, quòd si delictum tendit ad injuriam reipublicæ, cuilibet est licitum propulsare, sicut injuriam patris & matris: *de just. & jur. l. veluti.* Nam dicit Vegecius in prohemio quarti, de re militari, per nomen reipublicæ peperit communis utilitas cui unusquisque nascitur: *ut ff. de ven. in poss. mit. lib.* 1. §. *& generaliter, not. Bal. in lib. feu. tit. de pace jur. firm. & servanda*, §. *si quis verò.*

(*a*) O A FIJO. Nam sicut quis potest seipsum defendere, ita potest filium suum defendere, nam filius est pars patris & matris, & commune bonum conjugatorum in religione petitorum: *ff. quòd metus causa, l. isti quidem*, in quo paterni nominis diuturnitas conservatur: *ff. de ver. sig. l. libertorum, & l. pronunciatio*, §. *fi.* & intelligo sivè legitimum sivè non, quia natura communis: *ff. de accus. l. hos. accusare*, §. *fi.* nec potest institutio naturam immutare vel cohercere naturales stimulos: *ff. de accusa. tu. l. amicissimos*, §. *Lutius, & de lib. caus. l.* 2. *&* 3. nec enim de juris civilis intentione, sed de ipsa natura quærimus, nam & animalia salutem filiorum tuentur quadam naturali justitia insita, quia hoc decet omnibus animalibus, etiam feris bestijs.

(*b*) POR LINAGE. Idem, de uxore cum vir, & uxor spiritualiter sunt uniti vinculo fidelis matrimonij, sunt enim duo in carne una, & unum corpus censentur: 36. *q.* 2. *cap. admonere, ff. de lib. caus. l.* 2. An autem concubina amasium, vel sponsus sponsam, vel socius socium: *vide per Bal. in alleg. l. rectè*: ubi in effectu ponit aliqua de supradictis, & idem intelligo si sit alia quæcumque persona debito consanguinitatis vel affinitatis conjucta: *arg. C. de Epis. & Cler. l. raptores*, 1. *respons. & ff. quo metus caus. l. istud quidem*, §. *ult. & ff. ad sill. l.* 1. §. *sed cum fortè, not. glos. in auct. de pace tenen. & ejus vio. glos. suam.*

(*c*) CON DERECHO. Ut in Judice justitiam debite exercendo: 33. *q.* 5. *cap. miles, & cap. qui malos, & not. in c.* 2. *extra eod. tit. & ibi notabiliter per Henric. dist. ult.* & idem de occidente in bello justo: *ut ff. de reli. & sump. fu. l. minimè, C. undè vi, l.* 1. 23. *q.* 2. *cap. dominus, & q.* 4. *c. fortitudo.* Idem, etiam credo, quòd licitè potest quis defendere hominem ignotum, vel extraneum in casu ubi vitam invasi principaliter non ad mortem invadentis intendat: *conclusio est Henr. & Anto. in alleg. cap.* 2. *dist. fi. extra eod. tit. & Bald. in alleg. l. rectè, concord. cum hac l. foro juz. lib.* 6. *tit.* 4. *l.* 6. *&* 7. *& tit.* 5. *l.* 1. *& lib.* 3. *tit.* 3. *l.* 7. Ultimò nota, quòd Judex non debet admittere frivolas probationes homicidij, & morari super ambagibus: *ut notat Bal. in lib. feu. tit. de pace tenenda, & ejus vio. cap.* 1.

ADDICION.

Del que mata, ò hiere à otro sobre tregua, vey la Ley 43. *è* 44. *è* 45. *è* 46. *del Estilo: vey la Ley* 41. *de las Leyes del Estilo. E la Ley* 40. *del dicho Estilo declara, si el que es condemnado por fechor, si el Merino lo toma, cómo se ha de juzgar el Pleyto. Concuerda con esta Ley, la Ley* 1. *tit.* 7. *de las trayciones, lib.* 8. *de las Ordenanzas Reales, que declara qué es traycion, y en quántas maneras se comete: è la Ley* 2. *è* 3. *è* 4. *del dicho tit. pone las penas de los que à traycion matan à otros; para lo qual, vey la Ley* 8. *è* 12. *de las dichas Ordenanzas Reales, tit.* 13. *lib.* 8. *è vey la Ley* 2. *del dicho tit.*

(*d*) TODO HOME, A TRAYCION. Scilicèt, ex proposito proditorio, est autem prodere unum actibus ostende-

hayalo el Rey, y del alevoso (*a*) haya la meitad el Rey, è la meitad los herederos: è si en otra guisa lo matáre sin derecho, enforquenlo, è todos sus bienes (*b*) heredenlos sus herederos, è no peche el homecillo.

Ley tercera.

TOdo home que falláren muerto, ò livorado en alguna casa, è no supieren quién lo mató, el morador (*c*) de la casa sea tenido de mostrar quién lo mató, si no, sea tenido de responder de

---

dere, & aliud in mente gerere: *ut not. ff. de prævari. l.* 1. *& ff. ad l. Jul. majes. l.* 4. *in princ.* & ideo si venirem tecum tanquam socius itineris, & nulla interveniente rixa te percussi non possum dici contra te fecisse insultum, sed dico fecisse hoc proditoriè, quia aliud gerebam in animo pro hoc: *C. de delato. l. fi. lib.* 10. vel si sedens tecum in mensa hoc faciebam tanquam si essem tibi amicus, & inter te, & me erat rancor, & percussi te, secus si essem inimicus, quia tunc proditiosè te percutio, quia in actibus ostendo me tibi servire velle, insultus autem est in alium saltus: *ut probatur in l.* 1. §. *cum arietes, ff. si quadru. pau. fe. di. & l. qui aggressorem, ff. ad l. Cornel. de siccarijs, ut ista not. Bar. in l. respiciendum*, §. *delinquunt, ff. de pœnis.* Et nota, quòd ille qui venenat aliquem dicitur ipsum proditorie occidere: *notat Bal. in l. nemo, C. de summ. Trin.*

(*a*) Alevoso. Ut est ille qui frangit treguam, etiamsi non sit generosus: *ut Styllo, l.* 78. committitur etiam alevosia in alijs casibus: 7. *Part. tit.* 2. *l.* 1. *peregrin. proditor.* 3. *q. vide concord. peregrin. alevosus per totum.*

(*b*) Todos sus bienes. *Concord. peregrin. homicidium* 4. *q. g.* & circa hoc nota, quòd si aliquis est bannitus ad mortem non facta mentione de bonis, non debent bona publicari, etiamsi non habeant liberos, vel parentes usque ad quartum gradum: *ut plenè not. Bal. in lib. feud. tit. de pace tenen. & ejus vio. c.* 1. §. 1. illud tamen certum est, quòd bona publicantur in crimine lesæ majestatis commissum contra Principem, vel contra rempublicam, quæ verè sit respublica, non enim habeo pro republica, quando major pars civitatis injustè spoliat minorem, & tyrannicè dominatur: *ut ff. de capti. l. si quis ingenua*, §. *in civi. & quòd not. Jo. An. in c.* 1. *de cle. non resi. in novella.* Item, publicantur in crimine hæresis: *ut C. de hæreti. auct. gazaros.* Item, publicantur bona fugitivi, scilicèt, annotata, & consignata in fiscum, nam hoc non venit in consequentiam alterius pœnæ, sed ratione contumaciæ: *ut ff. de publ. l. contumacia, adde tamen quòd not. in auct. de inces. nup. in princ. ut hoc not. Bal. in alleg.* §. 1. *ubi not. quòd ibi text.* dicit, quòd ad reservationem bonorum, quæ fit liberis addit unum quòd alibi non reperitur de condemnato ex ipsis bonis non alendo, & de his confiscandis si contra fiat: *& adde quòd not. C. de jure fisc. l.* 1. *lib.* 10. Item nota, quòd occiditur homicida etiamsi in rixa occidat: *ut foro novo, c.* 44. *& eod. foro, c.* 78. *& ex* 2. ubi fallitur in generoso agricultorem occidente qui condemnatur in sex millibus morabetinis, & debet Regnum duobus annis exire, quòd dic ut ibi.

ADDICION.

La Ley del Estilo, que es 57. *habla, si muchos firieren alguno de muchas feridas, si no saben de qual ferida murió, cómo se ha de juzgar el Pleyto.*

(*c*) Todo home, el morador. Præsumptio enim est contra dominum domus, vel contra vicinos: *ut not. Bar. ff. de ædi. currilibus, l.* 1. *de l. tamen Stylli, l.* 101. tenetur Judex ex officio inquirere, an alius sit culpabilis, ne dominus domus si ignoscens est puniatur, & si neminem culpabilem invenerit inquirat contra dominum domus, & ponderatis circunstantijs, & præsumptionibus arbitrabitur Judex, an debeat absolvi, vel condemnari, vel ad quæstionem poni, aliàs in dubio venit absolvendus: *per l. eum qui nocent. ff. de pœn. &*

la muerte, salvo derecho para defenderse, si pudiere.

Ley quarta.

SI aquel que matáre à otro sin derecho fuyere que lo no pudieren haber para facer justicia dél, los Alcaldes, ò las otras Justicias del Rey tomen de sus bienes quinientos sueldos por el homecillo (*a*), è quando le pudieren haber, fagan justicia dél: è todo home que matáre su enemigo (*b*),

---

& vide eund. Styll. l. 103. *cum l. se. &* 54. Et nota ad hanc legem, quòd probatio dubia, quandoque potens condemnationem inducere, scilicèt, quando lex præsumitur vel disponit super illo dubio, quòd est notandum: *facit extra de præsum. cap. literas, & cap. afferre, & de succe. abintes. cap. fi. l. item mella.* §. *sed si plures traben. ff. ad l. Aquil. & ibi Floria.* Facit hæc lex ad quæstionem quidam homo reperitur de noctè interfectus ante domum tuam, an præsumitur interfectus ibi ut vicinia teneatur, quia non reperiuntur malefactores, & an sit aliqua præsumptio contra dominum domus, & videtur quòd sit præsumptio contra dominum domus: *per l. ædiles quæ est unica, ff. de ædi. curri. ut ibi not. Bar.* Item est notandum, quòd quis non potest se excusare prætextu ignorantiæ de re quæ facta est inter vicinos: *ut cap. quosdam, & cap. quanto, de præsumpt. & cap. nullus,* 54. *dist. & cap. qui & humanis* 12. *q.* 2. *qui ma. accu. possunt, cap. cum in tua, similis præsumptio est, C. de in inte. resti. mi. l. de tutela.* Et quia in principio fit mentio de præsumptione. Gratia hujus, nota secundum Bal. *in l. jura, ff. de legibus*, quòd præsumptiones legis frequentioribus casibus adaptantur, & locus à communiter accidentibus est validus in jure, & non locus à raro accidentibus, est autem præscriptio juris statum præsumens, & indicans, & mandans pro veritate servari, præsumptio verò hominis est probabilis animi applicatio ex conjecturis, ut suprà dixi in casu hujus legis, benè dico probabilis non necessaria, sicut dicimus de interprætatione: *C. de legi. l.* 1. dicamus ergo quòd lex non statuit aliquid propter raros casus, nec præsumitur super raris, sed super communiter contingentibus: *C. de proba. l. nec natales, quòd exemplificat Bal. in alleg. l. jura, quem vide.* Sed quæro, quidam fuit per civem Romanum vulneratus, & inventus est prostratus in via publica semi mortuus, familiaris ejus cives vulnerantis, sine mandato domini eum realiter occidit, quis eorum tenebitur de occiso. Et dico quòd civis non tenetur de occiso, sed familiaris: *per l. item mella.* §. *celsus scribit, ff. ad l. Aquil.* Item, quæro incidenter accusatus fuit Titius de homicidio, & decapitatus, tandem fuit repertum quòd non fuit ipse sed Sempronius, an debeat Sempronius decapitari: *& Bal. in l.* 2. *C. qui res judic. non noc.* tenet quòd sic, quia non fuit solutum id quòd debebatur per regulam illius, legis cum alia sequenti, & de hoc est formaliter casus: *ff. de interro. acti. l. qui servum.* Nam res inter alios acta non patrocinetur malefactori, & idem videmus in maleficijs, quæ habent extrema necessaria, ut in adulterio: *ff. de adulte. l. denunciasse,* §. *quæritur, & vide quòd not. Ci. C. qui accu. non po. l.* 1. *& quòd plenè not. ff. de infami. l. Lutius.*

ADDICION.

Para declaracion desta Ley, vey la Ley 39. *del Estilo, è la Ley* 40. *del dicho Estilo, que son singulares: è vey la Ley* 47. *è* 48. *de las Leyes del Estilo: para declaracion desta Ley, vey la Ley* 9. *è* 10. *de las Ordenanzas Reales, lib.* 3. *tit. de los emplazamientos: y vey la Addicion que está en el tit. de los emplazamientos, en la Ley* 4. *en esta copilacion.*

(*a*) SI AQUEL, POR EL HOMECILLO. *Concord. foro juz. lib.* 6. *tit.* 5. *l.* 11. Et hoc intelligo processu contra absentem legitimè facto, & in hac pœna condemnato: *ut suprà eod. foro lib.* 2. *tit. de los emplazamientos, l.* 4. *& vide quòd ibi not.*

(*b*) SU ENEMIGO. Potest enim per Judicem inimicus declarari, si hoc petatur per partem accusantem, aliàs non: *ut Styll. l.* 48. *in fi.*

maguer quel haya desafiado con derecho, si le matáre ante que el Rey, ò los Alcaldes del Lugar gelo den por enemigo, peche quinientos sueldos por el homecillo, è finque por enemigo de los parientes, è no haya otra pena del Rey, ni de quien tuviere sus veces: è si muchos fueren los matadores, no pechen mas de un homecillo (*a*): è si lo matáren despues que gelo dieren por enemigo, no haya pena ninguna. E de todo pecho de homecillo haya el Rey los tres quintos (*b*), è los parientes los dos.

(*a*) Un homecillo. Hoc declaratur quando omnes citati sunt præsentes, & condemnati, aliàs si multi sunt citati super unius hominis occisione, & sunt contumaces, quilibet absentium condemnabitur in uno homicidio: *ut Styll. l.* 70.

(*b*) Tres quintos. Algazelus habet unum quintum cum adinvenit accusatos aliàs non: *ut Styll. l.* 141. *facit ad hoc quæstio quam de facto habui, & eam determinat Bal. in l. fi. C. de fruct. & lit. expen.* Quid si Princeps concessit mihi pro certo tempore commodum jurisdictionis, aliquis commissit maleficium seu homicidium tempore meæ jurisdictionis, & in finito meo tempore condemnatus est homicida in certa quantitate, ut hic, an ista pœna pertinet ad me, vel ad condemnantem, & determinat Bal. ubi suprà quòd pertinet ad condemnantem, quia cum ista pœna sit fructus jurisdictionis, & non dum erat iste fructus reconditus in horreo meo, non pertinet ad me: *ut ff. de usufru. l. diffinitiva.* Item, in pœnis criminalibus ante sententiam nullum jus habemus: *ff. de verb. sig. l. aliud*, §. *inter multam, & l. si qua pœna.* Item, pœnæ non fiunt lucro judicibus, nisi per eorum sententiam: *ut in auct. bona damnatorum.* Nam commoda damnatorum ad eum pertinent qui condemnat: *ut ff. de mino. l.* 3. §. 1. contrarium tamen tenet ipse *Bal. in l. fi. ff. de juris. om. judi.* ubi firmat quòd licèt secundus Judex illud maleficium puniat, debeatur primò Judici, hoc jus homicidij, quia jus erat ei quæsitum: *& hoc per l. quæcumque actiones, ff. de acti. & obli. & alleg. l. is qui in pulchrum*, §. *si postea, ff. quòd vi aut clam.* Sed videtur quòd prima ejus determinatio sit verior, nam hoc jus homicidij non debetur nisi propter contumaciam: *ut l.* 4. *suprà dicta de los emplazamientos*: quòd non debetur nisi sententia prius lata *per jura suprà alleg. & per auct. bona damnatorum, & sic servatur.* Sed quid si condemnatus bona sua in fraudem alienavit, an victor vel Judex vel fiscus habeat hypothecam ante vel post condemnationem: *& Bal. in l. rescriptum, ff. de pactis*, dicit quòd cum creditor dicatur ille cui aliquid debetur ex maleficio: *re lata glos. ad tex. dictæ l. rescriptum*: hinc est quòd per sententiam criminalem, quasi contrahitur ubi pœna pecuniaria per sententiam debetur ut ibi. Est tamen distinguendum secundum *Guil. de Cun. & Bald. ubi suprà*: aut ex maleficio sequitur rerum confiscatio, tunc fiscus nullam habet hypothecam, nec ante condemnationem nec post, quòd non habeat ante condemnationem hypothecam sic probatur, quia fiscus in bonis delinquentis ante condemnationem nullum jus habet: *ut ff. de jure fisci, l. ejus qui delatorem, de accu. l. ex judiciorum*: hinc est quòd donationes factæ ante condemnationem valent, licèt secuta condemnatione revocentur: *ut ff. de dona. l. post contractum*, quòd post sententiam hypothecam non habet, sic probatur, nam post sententiam fiscus est factus dominus bonorum confiscatorum, licèt nondum habeat possessionem: *ut not. ff. pro soc. l. cum duobus*, §. *idem respondit, de publi. l. commissa.* Sed si est factus dominus sua res non est sibi hypothecata: *ut l. neque pignus, de re judi.* tamen fiscus tunc habetur loco hæredis: *ut l. tutoris, C. ad l. Jul. de vi.* Aut ex illo maleficio non sequitur condemnatio bonorum, sed imponitur aliqua pœna pecuniaria, ut hic: & tunc aut loquimur ante condemnationem, & fiscus nullam habet hypothecam, quia nondum dicitur creditor: *de ver. sig. l. si qua pœna, &*

l.

Ley quinta.

SI algun (*a*) home cayere de pared, ò de otro lugar, ò si le otro empujáre, è cayere otri, è matáre aquel sobre quien cayere, no haya pena (*b*), ni daño ninguno: mas aquel (*c*) que le empujó, si lo fizo por saña (*d*), ò por mala voluntad, peche el homecillo, è no haya otra pena (*e*).

---

l. aliud, *& l. inter multam suprà alleg.* Aut loquimur post condemnationem, & tunc refert an loquimur an fiscus habeat hypothecam in præjudicium aliorum creditorum, & dico quòd non: *ut l. quòd placuit*, *de jure fisc.* & hoc intelligo, nisi essent creditores ejusdem tituli primò ex maleficio, quia tunc credo fiscum præferri cæteris paribus, ut puta si aliqua quantitas debeatur fisco per homicidium, & aliqua debeatur hæredibus interfecti, quòd fiscus præfertur in executione propter tacitam hypothecam, aut loquimur in præjudicium delinquentis, vel aliorum qui bona possident, tunc dicit Bal. quòd fiscus habet tacitam hypothecam ex die sententiæ, quæ non porrigitur ad bona ante sententiam alienata, ut scilicèt, post contractum: *de don. de hoc not. per Ci. C. de bonis præscript. l. si quis post hac*, *q. ult. quòd commendat Bal. in dict. l. rescriptum.*

(*a*) SI ALGUN. *Concord. cum ista l. foro juzg. lib.* 6. *tit.* 5. *l.* 3.

(*b*) NO HAYA PENA. Nota primò, quòd commissum sine dolo, vel culpa non est punibile, nam ascribitur fortuito casui: *concord. ff. de admi. tut. l. fi. in fi. & de siccarijs*, *l. infans*, & casus fortuitus nunquam punitur per modum criminis: *facit ff. de offic. præsi. l. divus*, *& ff. de parric. l. pe.* §. *fi. notat Flor. in l. sed & si*, §. *injuriam*, *ff. ad l. Aquil.*

(*c*) MAS AQUEL. Nota secundò, quòd cum potest discerni in foro judiciali factum unius à damno, vel facto alterius, nullus tenebitur, nisi de suo damno, vel facto: *ut hic*, *& l. item mella*, §. *sed si plures*, *ff. ad l. Aquil. & l. si ita vulneratus*, §. *fi. & ff. de furtis*, *l. vulgaris*, §. *fi. quòd plenè not. Flor. in alleg.* §. *sed si plures.*

(*d*) POR SAÑA. Circa quòd nota, quòd quando est dubium circa mentem, & animum delinquentis, quòd fit interprætatio contra delinquentem contra quem præsumitur quòd attentat quòd est de natura prohibitorum: *ut C. de siccarijs*, *l.* 1. *& ff. de siccarijs*, *l.* 1. §. *divus*, *C. de injurijs*, *l. & si non convicij*, *& notant DD. in alleg.* §. *sed si plures.* In delictis enim semper præsumitur animus offensæ, nisi contrarium probetur: *ut not. glos. in alleg. l. & si non convicij*, *& sic not. ar. ab effectu.* Sed quòd animus præsumitur ab effectu, & ideo si statutum dicit, si quis studiosè percusserit, &c. Præsumitur studiosè factum, nisi animus defuisse probetur: *C. de siccarijs*, *l.* 1. *secundum Ci. de hoc est text. cum notatis per Bald. in* 1. *constitutione*, *ff. de veteris*, §. *fi.*

(*e*) OTRA PENA. Et hoc verum, nisi ubi dolus præponderat, ut si data opera ad vindictam quis alium impellat tenetur: *ut l. item si obstetrix*, §. *fi. in fi. ff. ad l. Aquil. & eod. tit. l. si ex plagijs*, §. *fi.* Nota ergo ex hac lege, quòd in pœnis corporalibus lata culpa non æquiparatur dolo, sed mitius punitur: *ut hic*, *& in l. in lege*, *ff. ad l. Cornel. de siccarijs*, *& l. respiciendum*, §. *delinquunt*, *ff. de pœnis*, *& not. in l. in actionibus*, *ff. de in litem jur.* Item nota, quòd non habens animum delinquendi non punitur si delinquat ordinariè, mitius tamen punitur propter culpam, quòd plenè prosequere: *ut notat Bar. in l. divus*, *ff. ad l. Cornel. de siccarijs.* Item nota, quòd præter propositum quis delinquendo non punitur: *quòd plenè not. Salic. in l. qui multam*, *C. ad l. Jul. de vi publ. vel priv. & Henr. in cap. si verò* 2. *extra de sent. excom.* 3. *dist.* Item nota, dans propinquam occasionem delicto non punitur corporaliter si ad delinquendum non fuit voluntas ordinata: *ut hic*, *circa quòd vide quòd not. Henr. in c. de cætero. extra eod. tit. & Bar. in alleg.* §. *delinquunt*, qui tenet quòd punitur etiam corporaliter, sed mitius ut dixi suprà. Item, facit hæc lex ad quæstionem, quòd si dolo clausi hostium, ne in domum meam fugientem evaderem punior: *ar. ff. de dolo*, *l. eleganter*, §. *si quadrup. & l. justi-*

Ley sexta.

QUando dos homes pelearen, y el uno quisiere ferir al otro, è por ocasion matáre à otro home alguno, el Alcalde debe saber qual dellos bolvió la pelea (*a*), è aquel que la bolvió, peche el homecillo, è aquel que lo mató por ocasion, peche medio homecillo: è si de la ferida no muriere, el que gela dió, peche la media caloña, y el que la bolvió,

---

titia, §. 1. *ff. de just. & jur.* secus si non clausi dolo: *ut l. culpa, ff. de reg. jur. not. Bal. in l. ut vim, ff. de just. & jur.* Item, nota ex hac lege, quòd ubi cogitatus non tendit verisimiliter ad finem secutum, non punitur quis ultra cogitatum: *ut l. qui injuriæ, in princ. ff. de furtis*, patet hic, quia hæc impulsio non tendebat ad finem secutum. Si verò impulsio, vel percussio, de verisimili tendit ad finem secutum, tenetur impellens, vel percutiens: *& ad hoc facit ff. ad l. Aquil. l. item mella in princ. & l. scientia, §. qui cum aliter, & c. fi. extra de homic. l.* 6. Item, nota circa hanc legem, quòd quando præsumptiones sunt contrariæ, & veniunt invicem ad conflictum reus debet absolvi: *not. Bal. in lib. feu. si controv. fue. de invest. super rubrica.* Item nota, quòd præsumptio major vincit minorem, & æquior vincit rigurosam: *ff. de inter. & rele. l. divus.* Item, paribus existentibus præsumptionibus, perinde est ac si neutra præsumptio esset: *ff. de ritu nupt. l. non solum, §. de uno. ut refert Bal. in l. quotiens, C. de fideicommissis.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 6. de la 7. Part. tit. 15. que dice, que si peleando dos, alguno dellos, queriendo ferir aquel con quien riña, firiese à otro, en tal caso, el que lo firió es obligado de emendar el daño: vey la Ley del Estilo, que es 63. que habla quando alguno hace delito por negligencia, cómo ha de ser punido: è vey la Ley 102. del dicho Estilo.

(*a*) QUANDO, BOLVIÓ LA PELEA. Nota primò, quòd ubi ex conflictu inter duos invitos malum contingit, illud imputatur aggressori, ut hic: *concord. l. 1. §. cum arietes, ff. si quadru. pa. fe. di. C. ad l. Jul. de vi. pu. l. quoniam multa*: & est ratio, quia insultans provocavit insultatum ad iracundiam, & sic quòd insultatus facit, videtur calore iracundiæ facere, & sic sibi non est imputandum: *ut ff. de reg. jur. l. quòd quis calore, & not. in cap. cum t. a. b. extra de re judi. & C. de adul. l. graccus, 2. q. 3. c. si quis iratus.* Secundò, nota ex hac lege, debere distingui quis insultaverit, ut hic: *concord. ff. ad l. Aquil. l. si ex plagijs, §. tabernarius*: quia semper præsumitur insultatum fecisse ad sui defensionem, & sic præsumitur contra primum aggressorem, quòd intelligo ex qualitate personarum genere instrumentorum, & loci qualitate: *ut not. glos. in l. 1. C. undè vi, & C. si quis impera. maledi. l. 1.* Si verò est dubium quis provocaverit, tunc debet inspici quis est fortior, ut ille dicatur alium provocasse: *arg. l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re mili.* vel præsumitur aggressor alium avertens, nisi probetur factum ad defensam, quia in delictis semper præsumitur animus offensæ, nisi contrarium probetur: *ut not. glos. in l. & si non convicij, C. de injurijs, & Florian. in alleg. §. sed cum arietes.* Sed quid si duo promiserunt se non offendere sub pœna, offenderunt se simul, nec apparet quis prius rupit, an ex utraque parte sit commissa pœna. Respondeo quòd non: *ut l. si servum, §. sequitur de eo, & ibi Bar. in fi. ff. de ver. oblig.* Si plures occidant aliquem, nec apparet ex cujus actu, an omnes puniantur: *vide cap. fi. 23. q. fi. & quòd not. Florian. ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus, ad fi. & l. huic scripturæ, ff. de siccarijs, l. fi. extra de Clerico percusso. 2. & cap. præsentium, l. di. si quis post, Salic. in l. quoniam multa facinora, C. de vi pu. vel priva.* An plures communiter teneantur ex quasi maleficio, & an unius solutio liberet alios, & an teneantur in solidum: *vide Flor. in l. 1. §. si plures, ff. de his qui deje. vel effude.* Item

peche la entera: destas caloñas sean partidas como manda la Ley, è no haya otra pena (*a*), porque ninguno dellos no lo quiso facer.

Ley septima.

SI algun home, no por razon de mal facer (*b*), mas jugan-

Item nota, quòd asocians alium tempore delicti, tenetur de ope, & auxilio si ex proposito fecit: *ut cap. continentia, de cle. percussore, ubi hoc notat Inno. facit l.* 1. *C. de rap. virg.* ex proposito autem dicitur se fecisse si erat armatus, quia tunc videtur de bello, & rixa cogitasse: *ita not. Salic. in l. licèt, C. de pactis, in fi.*

(*b*) Por pesquisa. Scilicèt, generalis, quæ varijs potest dici respectibus generalis, ut dixi suprà, & talis præparatoria generalis inquisitio clamore præcedente est permissa: *ut alleg. l. congruit, & cap. qualiter & quando 2. extra eod. tit. & extra de censi. cap. Roman. §. sane, & se. lib. 6.* Item, inquisitio generalis de speciali crimine commisso permittitur: *ut not. in cap. qualiter 1. extra eod. tit.* Generalis autem inquisitio contra certam personam non admittitur, nisi super certo crimine: *ut notat ibi Innoc.* & hoc nisi persona contra quam inquiritur esset multum graviter diffamata, cui capitula de quibus inquiritur sunt exprimenda: *ut ibi not. & in cap. qualiter 2. extra eod. tit.* Item, nota ex hac lege, quòd Judex potest per officium suum inquirere, & officium suum interponere sine accusatore quòd habet verum de jure, infamia publica præcedente, secundum formam *alleg. cap. qualiter 2. extra eod. tit.* vel etiamsi procedat in causis miserabilibus, & pijs: *ut l. mulierem, & ibi Ci. C. si manci. ita fue. ali. ut prius, & in alijs casibus ibi notatis, & in alleg. l. ea quidem, & ibi per Salic. & vide infrà l. proxima.* Est tamen notandum, quòd non potest Judex regulariter inquirere ad privatum commodum, quia congruis actionibus est agendum: *ut cap. 1. extra de libe. obla.* fallit tamen quando est preclusa via agendi propter dolum partis statuentis juramentum: *extra de jurejuran. cap. ad nostram, & c. quemadmodum, notat Anea. in cap. 1. de offic. ordi.*

(*c*) Ca razon es. *Concord. cap. ut famæ, extra de sent. excom. & l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* publicè enim interest, ne crimina remaneant impunita,

Ley

SI el Rey de su oficio ficiere pesquisa general (*a*) en Villa, ò en tierra, ò sobre el estado (*b*) de la Villa, ò de la tierra, los dichos, è las pesquisas vealas el Rey, ò quien él mandáre, è no sea tenudo de mostrarlas à otri ninguno: mas si ficiere pesquisa sobre alguno, ò sobre algunos homes se-

ta, ut ibi: & undecumque crimina claruerint punienda sunt: 24. *q.* 3. *c. ecce:* talia enim sub dissimulatione non debent transire: *ut cap.* 1. *&* 2. *extra de collus.* 86. *dist. c. si quid*, *&* 2. *q.* 3. §. *notandum*, *& vide Styllo*, *l. quinquagesima.*

(*a*) SI EL REY, GENERAL. Quòd potest infamia præcedente secundum formam: *cap. qualiter* 2. *extra eod. tit.* & sic generaliter facta inquisitione ex illa non puniat, sed ad specialem descendat: *ut not. in l.* 4. *ff. ad l. Jul. peculij*, *& in l. congruit*, *ff. de offic. præsi. & plenè per Doct. signanter per Salic. in l. ea quidem*, *C. eod. tit.*

(*b*) SOBRE EL ESTADO. Potest enim talis inquisitio generalis fieri tota Ecclesia, vel civitate diffamata, non tamen fiet propter infamiam singularum, vel majoris de civitate, secundum veram, & approbatam opinionem modernorum *in c. cum dilectus*, *extra eod. tit. licèt Innoc.* teneat ibi contrarium dicens, quòd infamia præcedente de prælato fit inquisitio de tota Ecclesia ea ratione, quia malum caput malam præsumptionem facit de malis membris: *ar.* 27. *dist.* §. 1. & exemplum, quia Regis ad exemplum totus orbis componitur, & qualis est rector civitatis, tales & habitantes in ea, undè ex præsumptione capitis præsumitur contra membra: *Eccles.* 11. *cap.* non tamen tenetur illa opinio, ut dixi, potest etiam dici generalissima inquisitio, quæ fit ex puro officio Judicis, ut quando quæritur de statu provinciæ quantum ad Ecclesias, & personas in melius reformandas: *ut extra eod. c. sicut olim*, *& extra de præbend. cap. gravè*: est & alia generalis, quæ fit tàm in capite, quàm in membris super statu civitatis, villæ, vel castri, quæ etiam fit ex mero officio: *ut hic*, *& extra de offic. ord. c.* 1. *& c. irrefragabili.* In his enim non habet locum forma: *c. qualiter* 2. *extra eod. tit.* nec sunt exponenda capitula super quibus fit inquisitio, nec fit ipsius publicatio, sed generaliter, & compendiosè fit inquisitio contra omnes, ut hic: *concord. quòd not. in c. cum* 1. *& a. extra de re jud.* An autem inquisitione facta super statu civitatis, vel villæ, ut hic, si tota civitas inveniatur culpabilis an debeat puniri, ex quo dependet alia quæstio, an scilicèt, civitas potest delinquere, & videtur quòd sic: *ut cle.* 1. *extra de pœnis*, *in princ.* quòd videtur mirum cum sit res inanimata. Nam etiam animata ratione carentia non delinqunt, ut bruta animalia, & furiosi: *ut l.* 1. §. 1. *ff. si quadru. pau. fe. dica. & in cle. unica*, *de homic.* Sed expone civitas, id est, homines habitantes in ea, ut sic ponatur continens pro contento: *ut not. in simil. in cap. tanta*, *extra de exces. præla.* & intelligo tunc demum teneri civitatem cum habitantes in ea delinquunt tanquam singuli, quòd quomodo cognoscatur: *notat Accur. in l. sicut*, §. 1. *ff. quòd cujusque universi. not. & in l. aliud*, §. *refertur*, *ff. de reg. juris*, *facit quòd notat Innoc. extra de ord. cogn. cap.* 2. ubi Jo. de ligni dicit, quòd tunc dicitur civitas facere cum hominibus communicato consilio, & tractatu habito hoc faciunt, & sic ut corpus, secus si ut singuli: *ut l. quòd autem*, §. *si in sepulchro*, *ff. quòd vi aut clam. & l. nulli*, *& quòd ibi not. ff. quòd cujusque universi. not. Innoc. in c. bone* 2. *extra de postu. prælatorum.* In contrarium facit quòd notat *Paul. in alleg. cle.* 1. *de pœnis*, scilicèt, quòd tunc civitas dicitur facere, ex quo omnes homines communiter sunt culpabiles facto consensu taciturnitate: 23. *q.* 3. *cap. ostendit*, secus si aliqui cives committerent delictum civitate non consentiente: *extra de hæreticis*, *c. ad abolendam*, *c. statuimus*, *ver. civitas* 23. *q.* 2. *Dominus noster*, *& hoc credit verius Petr. de Ancha. in alleg. cle. de pœn.* dicens, quòd tunc civitas dicitur consentire, vel facere facto cum scitur delictum commissum in populo qui commisserunt, & non ulcisci-

ñaladamente (*a*), ò sobre fechos señalados, quier lo faga de su oficio, quier à querella de otri, aquel, ò aquellos contra quien fuere fe-

citur, sed consentitur, ut si aliqui cives invaderent castrum alterius civitatis, quòd postea per commune propriè civitatis detinetur, vel si depopularent alterius terrorium, & sua civitas receptaret prædam, & captivos. Ex his enim, & similibus liquidus deprehenditur consensus etiamsi campana, vexillum, vel consilium non præcessisset: *ut in jure alleg. per Pau.* & nihil enim refert verbis expressis, vel tacito consensu voluntas civium deprehendatur: *l. de quibus, ff. de leg. & l. certum, ff. si cer. pe.* & plus est factis ipsis quam verbis intentionem, & animum declarare: *ut extra de appel. c. dilecti filij, verba sunt Pe. in alleg. cle.* 1. *de pœnis.* An autem ubi potestas vel dominus civitatis non facit justitiam, an consulens civitatis possunt se intromittere: *vide l. judices, C. de Episcopali audi. & ibi Guil.* An pars universitatis expulsa à civitate possit aliqua facere in præjudicium civitatis, & quid de partialitate in civitate: *vide plenè per Bar. in l. si quis à filio, ff. de leg.* 1.

(*a*) Señaladamente. Et sic nota, quòd specialis inquisitio contra certam personam Judicis officio habet locum, quòd intelligo de jure præambulo legitimo præcedente per quòd appareat Judici vere, vel præsumptivè certam personam illud delictum perpetrasse: *ut not. plenè in l. justissimos, ff. de offi. rec. provin. & in l.* 4. *ff. ad l. Juli. pecu.* videtur enim præcedere præambulus legitimus, quando clamor validus pervenit ad Judicem à personis providis non semel sed sæpè, ex quo infamia generatur: *ut alleg. cap. qualiter* 2. *extra eod. tit.* & licèt solus clamor non diffamet, pro tunc, diffamatione tamen reperta per inquisitionem, Judex potest ad specialem descendere, & de quocumque delicto ad vindictam procedere: *ut not. in alleg. l. ea quidem, & de hoc tractat Bal. in l. observare, ff. de officio proconsulis*: potest etiam hoc facere Judex sine aliqua diffamatione quando periculum est instans: *ut not. Joan. An. in alleg. cap. qualiter, & in cap. licèt hely. extra de simo. & Salic. ubi suprà.* Quando autem prædictæ diffamationes, vel clamores hominis, vel juris cessarent ad specialem inquisitionem non potest Judex procedere, si sibi constaret vere vel præsumptivè personam illam illud delictum commisisse, quòd patet per hæc exempla. Primò, in eo qui reperitur in inquisitione generali deliquisse: *ut alleg. l.* 4. *ff. ad l. Juli. pec. secundum quam debet intelligi, l. congruit, de offic. præsi.* Secundò, quando Judex cognovit de delicto incidenter opposito: *ut l.* 2. *§. si publico, ff. de adulte.* & est ratio, quia de hoc sibi satis constat, ut judici, ideo sub dissimulatione non debet pertransire, nec jus reipublicæ indiscussum dimittere, & per hunc modum debet intelligi, quòd de falso teste dicitur: *C. de testi. l. nullum*: videlicet ut Judex tunc inquirat quando testimonium ejus reprobavit tanquam non verum, quia contrarium apparebat per scripturam vel testes, & ita debent intelligi quòd de falsa causa dicitur: *in l. pe. C. de probatio*: Judex non potest inquirere, nisi pervenerit ad eum clamor, de quo suprà. Tertium exemplum ad prædicta habeo in eo qui accusationem quam instituit non probavit, quia præsumitur calumniasse: *ut C. de calumn. l. qui non probasse*, contra quem de calumnia potest inquiri: *ut C. de calumn. l.* 1. Simile etiam habeo quando Judex incidenter cognovit de mariti lenocinio: *ut alleg. §. si publico, ut not. Salic. in alleg. l. ea quidem.* Ubi addit quòd ex prædictis potest dici, quòd licèt statuta terrarum dent potestatem præsulibus inquirendi de crimine: *ut suprà l. proxim. & hic*: non propterea ad specialem inquisitionem possunt venire, nisi aliquid de prædictis intervenerit, quia declarationem recipiunt statuta terrarum à jure communi: *ut ff. de noxa. l.* 2. *& ff. de mune. & hono. l. ut gradatim, §. sed leg. & dixi suprà in princ. hujus fori.* Aliud exemplum est in immenso crimine: *ut l. si quis in hoc, C. de Episcop. & Cler.* & inquisitione speciali taliter facta per Principem vel potest reum punire: *ut plenè not. Bar. in alleg. l.* 2. *§. si publico, ff. de adulte.* Item nota, quòd in causis civilibus propter publicam utilitatem procedatur ad inquisitionem: *ut not. Bar. in*

cho, hayan poder de demandar los nombres (*a*), è los dichos de las pesquisas, porque se puedan defender en todo su derecho, è de-

in l. si vacantia, C. de bonis vacan. lib. 10. Sed in causis privatorum non reperitur in causis civilibus per inquisitionem posse procedi: *nisi in casu, l.* 1. §. *pe. ff. de suspec. tu.* Judex autem nemine accusante per se debet requirere latrocinia aut violentias aut rapinas, & alia delicta: *ut auct. de collationibus*, §. *jubemus*, *colla.* 9. Item nota, quòd si aliqua causa ad publicam utilitatem pertinens est cepta per delatorem, & ille removetur vel se absentat, Judex potest illam causam perficere ex suo officio: *ut l. pe. in princ. ff. de publi. jud.* & ita potest idem Judex alteri jubere, ut dictam causam ab alio ceptam prosequatur: *ut l. movente, & ibi Bart. C. de bonis vacan.* An autem quando crimen est notorium Judex procedat ad inquirendum: *not. Bart. in alleg. l. ea quidem*, *& Specul. tit. de notorio crimine*, §. 1. *& Bart. in l. si ab accusatore*, §. *denunciatorem*, *ff. ad turpil.* utrum autem superveniente accusatore cesset inquisitio: *not. Bart. in l. si maritus*, §. *si autem extraneus*, *ff. de adult. & Henr. in cap. evidentia*, *extra eod. tit. & Ci. in alleg. l. ea quidem.* An verò in inquisitione testes possunt produci post didiscita testificata: *Inno. tenet quòd sic*, *ut cap. cum clamor*, *extra de testi.* quia cessat metus subornationis: plus etiam tenet *Bar. in alleg.* §. *si publico*, quòd in qualibet causa criminali Judex ex officio suo post aperturam testium potest de novo testes producere vel recipere, tanquam ad offensam vel etiam ad defensam: *ut l.* 1. *in fi. ff. de quæst. & ibi Bar.*

(*a*) Los nombres. *Concord. extra eod. tit. cap. qualiter* 2. §. *igitur.* An autem iste ordo possit prætermitti vel renunciari: *vide Doct. signanter Henr. in cap. qualiter* 1. *extra eod. tit.* 1. *di. vide Styll. l.* 53. facit ista lex ad quæstionem disputatam per Joan. An. in regula ratihabitionem: *extra de regul. jur. lib.* 6. *in mercurialibus*: qua quæritur cum contra duos simul inquiritur contra Andream qui occiderat, & contra Joan. qui mandaverat, & contra utrumque fuerat probatum. Si ille An. probaverit se die maleficij fuisse in loco remoto vel quòd illud fecit ad sui defensionem & Jo. nil probavit, quærebat an ex actis absolvendus esset ille Jo. & arguit pro, & contra, & finaliter concludit, quòd probatur Andre. quòd ad sui defensionem occidit non relevat Jo. nam bona fides facientis non excusat maliciam mandatoris *per l. si quis id*, §. *sed aliud de jurisdi. om. judi.* & de eo per quem factum est: *l.* 1. *quia voluntas*, *& propositum*, *&c. ut cap. cum voluntate*, *de senten. excom.* Cum verò probavit Andre. se fuisse absentem, si Judex testes illos pro veritate utriusque inquisitionis communiter contra utrumque recepit quòd potuit, quia latissimum est ejus officium: *ff. de jurisdi. om. judi. l.* 1. *C. de edend.* is apud quem, tunc per quas probationes Andream absolvit, & Joannem absolvat *de quæst. l.* 1. §. *fi. facit de officio præsidis*, *l. illicitas*, §. *veritas ex side.* Si autem ad specialem defensionem Andre. tantum recepti sunt testes, tunc Joan. non proderunt per jura hujus partis, hoc salvo quòd lucidiores probationes contra ipsum requiruntur de mandato, propter præsumptionem provenientem ex absolutione an facit de præsumptione, quia verisimile: *de hæreticis*, *c. filij*, *li.* 6. *& facit quòd not. C. de fal. l.* 1. *de fide instru. l.* 2. Ex titulo autem super defensione formato scire poterit Judex, an defensio contigerit ipsum Jo. quia si generalis fuit titulus, erunt etiam generalia quæ sequuntur: *ff. de jur. & fac. igno. l. pe.* §. *fi.* Idem si allegat hoc ex actis præcedentibus vel sequentibus constare poterit: *ff. de testa. l. hæredes*, §. *sed quid*, *ff. dele.* 1. *l. si servus plurium*, §. *fi. C. de testa. l. non codicillum*, *& quòd not. C. de Episcopali aud.* dicit tamen quòd si per modum accusationis negotium præcessisset non haberet locum prædicta distinctio. Utrum communiter, &c. cum acta habita inter accusatorem, & accusatum quamvis contineant generalia non transcendunt personas ipsorum: *ff. de pu. judi. inter accusatorem*, *& de arbi. l. si cum dies*, §. *plenum.* Item, facit ad materiam hujus tituli, an per instrumentum dicatur probatum crimen, quam disputat *Joan. And. in cap. semel ma-*

cir en las personas, ò en los dichos dellas: y hayan sus defensiones que deben haber de derecho.

Ley trece.

DEspues que algun home acusado de algun mal fecho fuere dado por quito (*a*) por Juicio, ninguno [illegible] pueda despues acusar de aquel fecho mesmo, fueras ende si lo acusáre de tuerto que le haya fecho à él, ò à alguno de sus parientes, fasta aquel grado (*b*) en que no pueda ser testimonia, ò de sus vasallos,

---

malus, *de regulis jur. lib. 6. in mercurialibus*, & concludit quòd directè crimen non potest per instrumentum probari, cum in eo exigantur probationes luce clariores, & quòd coram Judice exhibeantur *per l. judices*, *C. de fide instru. & per auct.* apud eloquentissimum, & per aliàs rationes per eum eleganter allegatas, per instrumentum tamen crimen probatur indirectè vel coadjuvat terminis probationis, ut si accuso te quòd incendisti domum meam, & per testes probo incendium, & per instrumentum probo me dominum domus, & sic de similibus faciunt notata *per Inno. & Hostien. in cap. super his*, *extra de accusa.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 12. de la 7. Partida, tit. 1. de las acusaciones, la qual pone las palabras de esta Ley, è pone una regla, y es, que dada la sentencia del negocio, no se puede mas conocer, excepto en dos casos.

(*a*) DEspues, por quito. Intelligo si accusatus est absolutus ab impetitione accusatoris, & à crimine, seu ab accusatione intentata, & ab eodem accusatore non poterit denuo accusari, ut hic obstante exceptione rei judicatæ: *ut c. de his*, *extra eod. tit. & l. cum quæritur*, *ff. de except. & extra de re jud. c. inter monasterium*, *C. quando provo. non est neces. l.* 1. undè quoad eum qui accusavit habetur sententia pro veritate hominum: *ff. de sta. ho. l. ingenium*, *ff. de reg. jur. l. res judicata.* Item, nec potest semel absolutus ab alio accusari, nisi in casibus hic contentis. Primus, si suam vel suorum injuriam prosequatur, & doceat se ignorasse accusationem ab alio institutam: *ut hic*, *& ff. eod. tit. l. si cui*, *§. ijsdem*, *& de adul. l. si maritus prævenerit*, *§. fi. alias non auditur*, quia de delicto unius hominis sæpius quæri non debet: *ff. nau. caup. sta. l. licèt*, *§. ultim.* 35. *q.* 9. *cap. veniam.* Secundus, si probaverit per falsos testes absolutum accusatum, vel primum accusatorem prævaricatum fuisse: *C. eod. tit. l. si quis homicidij.* Item nota, quòd prosequens suam vel suorum injuriam non habet necesse probare de prævaricatione: *hoc tenet glos. & Bar. & Salic. in alleg. l. si quis homicidij.* Si verò accusatus est absolutus ab observatione judicij, ut quia fuit petitio inepta: *ff. eod. tit. l. libellorum*, *§. quid si libelli*, *& l.* 1. 2. *&* 3. *ut infrà certum tempus crimi. q. termi.* vel quia accusator non est legitimus: *ut c.* 1. *extra eod. tit.* 2. *q. fi.* vel quia instantia est finita: *ut not. in l. qui de crimine*, *& ibi plenè per Doct. ff. eod. tit.* & tunc non habet locum ista lex, & talis absolutus poterit iterum accusari: *ut not. Jo. & Archi.* 5. *q. ult. c. epiphanum*, *& Host. in c. de his*, *& c. veniens*, *in fi. extra eod. tit. facit cap. examinata*, *in fi. extra de judicijs.*

(*b*) Fasta aquel grado. Nota ex hac lege, quòd sui dicuntur, qui pro illo testimonium dicere non possunt, ut in conjunctis usque ad septimum gradum: *ff. de testi. l.* 3. *§. l. Jul. hoc not. glos. singulariter notanda in l. si fœmina*, *C. ad sena. consu. turpi. & pro hoc est casus in l.* 2. *in princ. ff. eod. tit. & Spec. tit. de accus. §. tertiò videndum*, *vers. suorum autem.* Latius tamen dicit Guil. de suda, omnes illos appellatione suorum contineri, pro quibus sine mandato potest quis experiri: *ut ff. de procur. l. sed hæ personæ*, *cum seq.* Idem sentit *Inno. in c. nonnulli*, *extra de rescript.* ubi Jo. And. dicit, hos omnes appellatione suorum contineri, detractis pupillo, & furioso: *ut per Jo. An. not. in c. de cætero*,

ò de homes de su compaña, è juráre que no supo quando el otro de aquel fecho le acusaba: ò si probáre que por falso Juicio, ò por falsas pruebas (*a*) fue dado por quito.

Ley catorce.

El acusado puede ser dado por quito de la acusacion en tres maneras. La primera es, si el Rey por algun gozo que hubiere, como si le nasciere fijo varon, ò venciere batalla, lo que quitáre sea quito (*b*), maguer no quiera (*c*) su acusador. La otra es, si muriere el acusador (*d*) ante del Juicio, ò face fecho porque deba morir. La tercera es,

---

ro, extra de testi. & suprà alleg. ver. suorum autem. Et est ratio secundum eum, quia pupilli nomine, tutor, ex necessitate officij accusat. Et idem de furioso qui non est sibi suus: *ut not. Salic. in alleg. l. si fœmina*: ubi ipse tenet, quòd etiam maritus est de numero suorum cum una caro censentur: *ut C. de crim. expi. hæred. l. adversus.* Idem è contra licèt alij tenuerunt contrarium *in alleg. l. si fœmina.*

(*a*) O POR FALSAS PRUEBAS. Hinc est quòd ista exceptio falsitatis non solum ante, sed & post sententiam potest opponi: *ut c. licèt, extra de proba. & c. in nostra, extra de procur. & l. quærela, C. de falsis.* Et est ratio hujus dicti, quia sententia per falsos testes lata, nunquam transit in rem judicatam, usque ad viginti annos: *ut extra de except. c. cum venerabilis, & alleg. l. quærela, ubi vide glos. notabilem*: undè tenet, quòd veritate comperta est retractanda: *ut l. divus, ff. de re jud.* Item nota, quòd non sufficit probare falsitatem, nisi probetur Judicem secutum fuisse illam: *C. si ex falso instrumento, l. falsus, & extra de re judi. c. cum 1. & a.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 19. de la 7. Partida, tit. 1. en quanto dice que el acusador se puede partir de la acusacion con licencia del Juez. E la dicha Ley pone seis casos en los quales esta Ley no ha lugar, ni el acusador se puede partir de la acusacion: è la Ley 22. del dicho tit. pone, cómo se puede hacer avenencia sobre la acusacion, y en qué casos, y en los casos que no ha lugar avenencia: y en quanto esta Ley dice, que si el acusado se muere, se desata la acusacion. concuerda con esta Ley, la Ley 23. è 24. è 25. del dicho tit. las quales declaran singularmente esta Ley. E vey la Ley 7. del dicho titulo.

(*b*) EL ACUSADO, SEA QUITO. Intelligo de jure à judicij observatione, non tamen extinguitur crimen per talem generalem, vel publicam abolitionem per Principem concessam, propter prosperos successus, vel propter filij nativitatem, vel diem insignem, vel hostium victorias, imò infrà triginta dies datur potestas de jure denuo accusandi, juxta ea quæ leguntur, & notantur: *ff. ad turpil. l. aboliti. & C. de generali aboli. l. 1. & 2. & 3.*

(*c*) QUE NO QUIERA. Hoc intelligo de jure durantibus ferijs, cum cognitio tantum suspenditur. Ideo post ferias inductas ad causam redditur infrà triginta dies, & ex ea instantia: *ut ff. ad turpil. l. aut privatim, §. fin. & in juribus suprà alleg.*

(*d*) SI MURIERE EL ACUSADOR. Hæc enim est legitima abolitio vel legalis, quia à lege conceditur. Hæc etiam abolitio extinguit tantum instantiam non crimen, cum accusator moritur, datur tunc facultas alij de novo accusandi infrà triginta dies utiles: *ut ff. eod. tit. l. libellorum, §. fi. C. si reus vel accusa. mo. fue. l. 1. & 2. & l. defunctis, 2. quæst. 1. cap. prohibetur, ver. ab alio, & vide Bart. ff. de libe. agno. l. sivè contra ad finem.* Si verò accusatus moritur, tunc crimen in totum extinguitur: *ut alleg. l. defunctis, & suprà eod. tit. l. 9. cum ibi notatis, quòd dic ut plenè not. per Specul. tit. de aboli. priva. §. sciendum, ver. legalis, & per Doct. in cap. licèt, extra eod. tit.* Unum tamen nota, quòd licèt

quando el acusador lo quita (*a*) sin otra compostura ante el Alcalde que oye la acusacion, y el Alcalde lo otorga por alguna razon derecha que vé: y aquel que en alguna destas maneras no es quito de la acusacion, puedale otro acusar de aquel fecho.

Ley quince.

QUando alguno acusáre à otri sobre cosa que ficiere à algun su pariente, y el acusado dixere que no debe responder, porque ha otro pariente mas propinquo, el Alcalde ante quien fuere el Pleyto, embielo à decir à aquel mas propinquo, si quisiere (*b*) demandar aquel Pleyto, è si lo quisiere demandar, éste que es mas propinquo sea recebido en el Pleyto, è no el otro, maguer que demande primero (*c*). Otrosí, mandamos, que si el mas propinquo fuere fuera de la tierra, en hueste, ò en romería, ò en otra ma-

---

cèt pendente accusatione de furto, vel homicidio contra Titium per mortem accusati relicto hærede sit accusatio finita *per l. ex judiciorum, ff. eod. tit. & per totum titulum, C. si reus vel accus. mor. fue.* Tamen si hæres instat Judicem, ut declaret defunctum delictum illud non commisisse, ut defunctus evitet infamiam, Judex cogitur ad hoc. Casus est singularis *in l. filius, §. sejo, ff. de admi. le. not. Bald. in l. unica, C. ne ex delic. defun.*

(*a*) Lo quita. Nota de privata abolitione, quæ fit coram illo qui habet cognitionem meri vel mixti imperij, quæ fit ad petionem partis, & causa cognita partibus præsentibus: *ut C. de generali aboli. l. abolitio*: quæ quandoque fit reo invito, ut cum nullam injuriam passus est, quandoque eo volente: *ut plenè not. per Spec. in alleg. §. sciendum, ver. privata*: ubi notat casus in quibus non conceditur abolitio: *& in l. fallaciter, C. de abolitio, & ad l. Cornel. de fal. l. fi. & notat Hostien. in summa eod. tit. §. qualiter sine metu.*

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 13. de la 7. Partida, tit. 1. de las acusaciones.

(*b*) QUando, si quisiere. Nota, ergo ex hac lege, quòd quis potest compelli ad accusandum causative, non tamen præcise: *ut l. si quis homicidij, & ibi glos. & Doct. C. eod. tit.* & hoc habet verum in accusatione proponenda, ut hic, in proposita verò prosequenda cogitur etiam præcise quia incidit in turpili: *per l. primam, C. ut nemo invi. & ff. eod. tit. l. divi fratres, & l. in eum*: nec est aliqua specialitas in crimine homicidij secundum approbatam *opi. in glos. & Doct. in alleg. l. si quis homicidij*: & practica hujus legis est, quòd Judex ad petitionem propinqui statuat terminum propinquiori, ut accusationem si vult proponat: *ut l. si ea, C. qui accus. non po.* & iste terminus erit arbitrarius: *ut l. diffamari, C. de ingenu.* Si verò præfigat terminum ad accusationem prosequendam, & tunc aut absenti, & est ordinarium: *ut l. quo crimen, C. qui accus. non po. aut præsenti, & tunc est arbitrarium per alleg. l. si ea, cum ibi notatis*: post terminum autem præfixum alter sequens in gradu admittitur per hanc legem: *& per l. si ea, suprà alleg.* An autem unus potest unum vel plura in eodem libello super eodem facto de diversis accusare: *vide eleganter per Ci. melius quam per alios moderniores, in l. qui de crimine, C. de accus. & Henri. in cap. de his, extra de accusationibus.*

(*c*) Que demande primero. Et est hujus dicti ratio, quia quando res est in fieri, si deveniat ad casum à quo non potest incipere, viciatur, & impeditur: *ut ff. de his qui sunt sui vel aliæ juris, l. parte furioso, & ad l. Aquil. l. quia nemini, C. qui testa. fa. po. l. furioso.* Ideo-

nera, è no viniere fasta un año, y el otro que fuere mas propinquo so él, pueda acusar, è demandar: y esto mismo mandamos sea, si el mas propinquo fuere de aquellos que dice la Ley (*a*) que no puedan acusar maguer quieran: è si el Pleyto fuere acabado (*b*) por este acusador, ninguno otro no pueda demandar, maguer que sea mas propinquo, è vala aquel Juicio que fue dado.

Ideoque accusatio inchoata per non legitimum, & non perfecta impeditur superveniente legitimo accusatore qui illam perveniendo impedisset inchoari: *ut l. rescripto*, §. *si quia accusatorem*, *ff. de mune. & ho.* Sicut dicimus de inquisitione inchoata, quæ impeditur per accusationem supervenientem: *ut plenè not. in l. ea quidem*, *& ibi per Bar. & Salic. C. eod. tit. & dicam infrà.* Credo tamen quòd habeat locum distinctio, de qua ibi nota circa legem istam, quòd aut propinquior intervenit ante receptionem probationis, aut post. Si ante, & tunc aut negligentia potest huic propinquiori imputari, & tunc non cessat prima accusatio, quia propter negligentiam suspectum se facit, ut si sit elapsus terminus per Judicem assignatus ad accusandum: *ut hic*, *& alleg. l. si ea*: aut propinquiori non potest negligentia imputari, & tunc aut delictum erat jam probatum, & non admittitur: & est ratio, quia absurdum evenire posset si superveniens nova accusatio impediret vel differret pœnæ impositionem contra: *l. cum reis*, *C. de pœnis*, *& l. si forte*, *ff. eod. tit.* aut non est probatio facta, & tunc audítur, & cessat prima accusatio, ut hic, nisi constet Judici quòd propinquior veniret animo colludendi vel transigendi: *ut l. 2. §. fin. & l. si maritus*, §. *si autem extraneus*, *ff. de adulte.* Et quia suprà tetigi quòd accusatio facit silere inquisitionem, intelligo super eodem delicto: *ut l. 1. §. initio*, *ff. de offi. præfec. urb.* & est ratio, quia inquisitio est contra jus commune, & regulariter inquisitiones sunt prohibitæ: *ut l. rescripto*, §. *si quis de mune. & hono.* Item, quia inquisitio est remedium extraordinarium. Nam in ea non servatur ordo Judicij, nec contestatur lis, nisi ex parte rei. Et circa hoc dic secundum *Bal. in alleg. §. initio*, quòd aut inquisitio est justa aut permissa de jure vel statuto, aut prohibita. Primò casu, propter supervenientem accusationem non silet inquisitio. Secundò casu, aut est liquidata, & tunc aut accusatori potest mora notabilis imputari, & non silet, aut non, & tunc silet, quia Judex succedit loco accusatoris pro publico jure, & id eo proprium dolorem prosequens præfertur, nisi ei possit imputari mora vel dolus, puta quia colludit: *arg. C. de accus. l. 2. vel consensus*: puta quia se intromisit in inquisitionem. Nam non potest venire contra factum se procurante: *arg. ff. deleg. 1. l. si servus plurium*, §. 1. Tertiò casu, silet inquisitio, imò ab ipso initio processus ipse tanquam prohibitus est nullus ipso jure, sicut sententia lata super inepto libello, nisi forte esset lata in confessum: *arg. extra de resti. spol. cap. pisanis de elec. c. per inquisitionem*, *de confe. cum super per Inno. ut refert Bal. in dicta l. 1. §. in initio*, *ff. de offi. præfec. ur.* Est tamen notandum, quòd licèt regulariter accusator faciat cessare officium inquirentis, ut supradictum est, tamen quia aliquando fit fraus probato crimine per Judicem inquirentem partes colludendo faciunt quòd interveniat accusator ut cesset inquisitio Judex contra hanc malitiam providendo recipiat testes quos crediderit scire veritatem super accusationem: *ut not. in l. idem est*, §. *si tibi*, *ff. de condi. ob. tur. cau. & ibi per Bal. ut ipse refert in l. quædam personæ*, §. 1. *ff. de eden.* An autem uxor præferatur propinquiori in accusatione defuncti, vel præferatur masculo vel tutoribus in accusatione mortis filij: *vide Doct. in l. uxor. C. qui accus. non po.*

(*a*) La Ley. *Quæ est suprà eod. tit. l. 2. cum ibi notatis.*

(*b*) Fuere acabado. Nota, quòd sivè reus fuerit condemnatus sivè absolutus per sententiam non admittitur propinquior de novo, & sic non habet locum quòd *not. Bar. in alleg. §. autem ex-*

TITULO XXI.

DE LOS RIEPTOS, Y DESAFIOS.

Ley primera.

Antiguamente (*a*) los fijos-dalgo, con consentimiento de los Reyes, pusieron entre sí amistad, è dieronse fé unos à otros de la tener, è guardar, de no se facer mal unos à otros, à menos de se tornar ante amistad, è de se desafiar; è por ende quando algun fidalgo (*b*) en razon de

---

extraneus in princ. qui dicit quòd si absolutus est accusatus admittitur legitimus accusator de novo si doceat se ignorasse de primò processu, licèt de prævaricatione non doceatur: *& not. in l. si cui*, §. *ijsdem*, *ff. de accus. & vide simile infrà tit. proxim. l.* 21. *& vide Styll. l.* 79. *& foro juzg. lib.* 6. *tit.* 5. *l.* 15.

ADDICION.

Concuerda con esta Ley, la Ley 1. *tit. de los fijos-dalgo, lib.* 4. *de las Ordenanzas Reales: è concuerda la Ley* 1. *tit.* 9. *lib.* 4. *de las dichas Ordenanzas Reales. Vey la Ley* 2. *tit.* 3. *de los rieptos de la* 7. *Partida, que pone quién puede à otro reptar, è por qué causas.*

(*a*) Antigua. Nota *has ll. usque ad l.* 5. *infrà eod. tit. de securitate*, quæ debet inter generosos servari, quia est reformata ab antiquo: *ut hic facit cap.* 1. *extra de pactis*. Debet enim pax per rectores civitatum solicitari: *not. in auct. de manda. princ.* §. *si quæritur*. An autem si quis promiserit facere securum, teneatur dare fidejussorem: *not. ff. manda. l. si mandato Titij*, §. *fi. glos. fi. & Bar. ff. de præscrip. l.* 1. §. *communes*. Item, an fidantia data alicui de veniendo, videtur data de stando, & redeundo: *not. Bar. ff. de sepul. vio. l. utimur, & l. C. de navicu. lib.* 11. *& Inno. extra de elec. cap. bonæ memoriæ, Mag. & Bar. ff. de pœnis, l. relegati, in pri. & in l.* 1. *ff. ad l. Jul. majesta.* Item, fidantia an videtur data tantum semel: *not. Bar. ff. de adult. l. adult.* §. *nupta, & l.* 1. *ff. ad l. Jul. majest.* Item nota, quòd licèt quis habeat fidantiam vel securitatem, non tamen se debet exponere capitalibus inimicis: *not. extra de rescriptis, cap. statutum*, §. 1. *glos. secure, lib.* 6. *& in cle. pastoralis, extra de re judi.* Item, an securitas debeat servari adulteris vel similibus: *not. in auct. de manda. prin.* §. *nec autem, glos. custodie, & Ci. C. de his qui ad Eccle. confu. l. præsenti, & vide ordinationem peti. Regis Al. de Alcalá, peti.* 5. *& vide quòd ibi late scripsi de securitate vel fidantia.*

(*b*) Fijo-daldo. Gratia cujus nota, quòd generositas vel nobilitas ortum habuit à bonis moribus progenitorum: *undè Jo. An. in fin. martiniane ponit ver.* nobilitas solum est animum quæ moribus ornat, nobilitas hominis est mens deitatis imago, virtutis clara propago, humilem relevare jacentem, mentem refrenare furentem, turpia nulla timere, naturæ jura tenere, undè Saul, de post asinas in regem assumptus est: » 1. Reg. 9. » & David de post fœtantes. 1. Reg. 10. » undè Cicero contra Salustium, hoc » idem Tullius in rhetoricis contra Salustium, & Jo. Criso. super Matthæum, cap. 3. & Lucanus orator in quadam » epistola sua. Sancius est enim gestis » meis florere quam malorum opinioni niti, & ita vivere ut sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum, » ait etiam Hierony. ad Celantiam, sola » apud Deum libertas non servire peccatis. « Summa apud Deum nobilitas clarum esse virtutibus, in sæcularibus verò dignitatibus habetur ratio nobilitatis, & potentiæ: *in auct. de defen. civi.* §. 1. *de decurio. l. honores, ex. de suple. ne. præla. cap. grand. lib.* 6. undè ait Grego. in pastorali, quis nescit quòd in natura gemmarum carbunculus jacinto præfertur, & tamen cerulei coloris jacintus præfertur polenti carbunculo, quia & illi quòd ordo naturæ subtrahit species coloris adjungit, & hunc quem naturalis ordo præ-tu-

calonar à otro por tuerto que le haya fecho, debele tornar amistad: è la fé quel torna quando le desafia, es la que fue puesta antiguamente, asi como sobredicho es: è desde aquel dia quel desafia, no le ha de facer mal fasta nueve dias.

---

tulit coloris, qualitas ferat: *ut hæc per Jo. An. & Fran. de Zamba. in cap. venerabilis, extra de præben. & Di. de qua nobilitate, vide per Ci. C. de postu. l. providendum, & Bar. in tractatu de nobilitate, C. de digni. l. 1. lib.* 12. Item nota, quòd nobilitas quæ venit per accidens non extenditur ultra pronepotes: *not. in l. 1. C. de digni. & ibi per Bar. in fi.* Item nota, quòd nobiles efficiuntur nobiliores per subditos: *ut in auct. de const. quæ de digni. §. generaliter in glos. colla.* 6. Nobilitas namque ex genere scientia, & moribus pervenit: 2. *peti. tit.* 21. *l.* 2. Nam ut poeta inquit morum probitas sola est quæ vere facit hominem nobilitate fulgere, & rutilanti facit forma pollere. Nam cum nos omnes homines uno fuimus ab initio stipite derivati, unamque omnes secundum naturam originem traximus, non forma, non corpus cultus, non divitiæ, sed sola fuit morum probitas quæ primitus ipsos homines nobilitate distinxit generisque induxit differentiam. Nam magis ex moribus quam ex sanguine deprehenditur cujusque nobilitas, nec vilescat apud quemquam reperta probitas, cum expungentibus rosas spinis colligimus ortas, & in vilis materiæ vasculo aurum repertum sua non posset pretiositate privari. Item nota, quòd proprio nobilitas est scientiæ, & pro hoc accedat: *l. 2. §. fi. de excusa. tu.* nobilitat enim scientia interius, & exterius: interius quia nobilitat intellectum ex eo quia illum illuminat, & clarum reddit: exterius quia intellectus illuminatus corpus gubernat, & regit bonis, & virtuosis moribus hæc non facit nobilitas quæ solum venit à genere, quia illa non coheret personæ, nec personam nobilitat, ideo licèt quis de nobili prosapia vel genere sit non debet nobilis nuncupari, nisi bonis polleat moribus. Nam si non polleat bonis moribus à sua dicendum est degenerare prosapia: *not. Salic. in l. providendum, C. de postu. suprà alleg.* Est tamen notandum, quòd qui nobilitatem allegat eam probare tenetur, & sic una hirundo non facit *ver. ut in lib. feud. rubr. de pace tenen. cap. 1. §. si rusticus*: ubi nota Bal. quòd non intelligitur de genere militis, nisi ille qui probat quòd antiquitus sui majores fuerunt de genere militis, & fuerunt legitimi milites. Item nota, quòd generosus notorius vel de nota linea qui sententiam habuit pro se, & est in possessione generosiæ non debet cum alijs plebeis contribuere: si tamen sit in possessione à patre, & avo in terra ubi commoratur non tenetur contribuere, nisi fama sit in contrarium: *ut pragmatica sanctio Regis Henr. II.* Item nota, quòd generosus, nisi fiat in Curia Regis cum eum procuratore loci ubi est, & cum Regis procuratore nulla est sententia, & si post latam sententiam cum Regis procuratore concilium à quo impetitur opposuerit non esse verum generosum debet in audientia Regis opponere, & auditur: *ut ordinatio Regis Jo. II. Burgis, peti.* 19. Item nota, quòd generosus non contribuit in monetis: *ordinati. Regis Alph. in Alcalá, peti.* 7. Item, generosus non debet capi pro debito, nisi fuerit arrendator vel tributorum collector: *ordin. Regis Alph. in Alcalá, pet.* 9. Ex qua lege nota, quòd nobilis quandoque perdit privilegium propter abusum nobilitatis sicus dicimus de milite, qui licèt juret se non evitaturum mortem pro republica: *ut ff. ex qui. cau. ma. l. pe. ff. de his qui not. infa. l.* 2. tempore necessitatis stat in domo propria, & stipendia non meretur, vel si non jurat modo prædicto non gaudebit privilegio militiæ. Idem si negociatur, & alijs milisibus patrocinatur: *arg. extra de vit. & ho. Cler. c. fi.* Milites enim nostros potius arma scire volumus quam leges: *ut not. Spec. tit. de accusatore, §. 1. ver. item excipitur quòd miles*: cessante enim legis ratione debet cessare juris dispositio: *ut l. non prohibetur, C. qui accus. non po.*

ADDICION.

Vey para esta Ley, la Ley 3. è 4. de la 7. Parti-

Ley segunda.

TOdo fidalgo que à otro fidalgo matáre, ò lisiáre, ò le presiere, ò le firiere, ò corriere con él ante que le haya desafiado, es por ende alevoso (*a*), è puedele decir ante el Rey que es alevoso, è tal dicho como este es llamado riepto. E si fidalgo lo ficiere à otro home, ò home à fidalgo, ò otros entre sí que no sean fijos-dalgo, no son por ende alevosos, sino si lo ficieren en tregua, ò en Pleyto que hayan puesto uno con otro: ca el Pleyto de la amistad antigua no fue fecho sino tan solamente entre los fijos-dalgo.

Ley tercera.

SI fidalgo à otro fidalgo quemáre, ò derribáre casas, ò cortáre viñas, ò arboles, ò forzáre haber, ò heredad, ò ficiere otro mal que no tenga en su cuerpo, maguer no le haya ante desafiado, no es por ende alevoso. Pero si gelo ficiere en tregua, es por ende alevoso, si lo ficiere à sabiendas: ca si lo ficiere por yerro, debelo emendar quando le fuere demandada la emienda: è no le pueda por ende decir mal.

Ley quarta.

SI algun fidalgo dixere mal à otro en tal manera que si no le emendáre lo que le fizo que es por ende alevoso, si el fecho fue à tal porque lo pueda decir: è despues que lo emendáre, no sea poderoso de se desdecir: ca cumple si le dixere despues que es leal: è si el fecho fuere à tal que no caya en aleve, desdigase, y haya la pena de la Ley.

Ley quinta.

FIdalgo que otro quisiere robar, rieptelo ante el Rey, è no ante rico home, ni ante Merino, ni ante otro home ninguno, ni de Orden, ni de Religion: ca no ha otro home poder sino el Rey, de dar fidalgo por alevoso, ni de quitarle de riepto (*b*), si no

---

tida, tit. 3. Vey la Ley 2. y 3. de las Ordenanzas Reales, lib. 4. tit. de los rieptos.

(*a*) TODO, ALEVOSO. Nota ex his legibus casus in quibus committitur allevosia: *alij notantur per l. ordin. de Alcalá, quæ incipit: Traycion: & 7. Part. tit. 2. l. 1. & Bar. in l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis, lib. feu. colla. 2. §. 2. & Ci. in l. quisquis, C. ad l. Jul. majesta. & vide concord. peregrina super parte allevosus.*

La Addicion de la Ley 3.

ADDICION.

La Ley 3. de la 7. Partida, tit. 3. de los rieptos, pone por qué causas puede un fidalgo desafiar á otro. Concuerda la Ley 2. è 3. de las Ordenanzas Reales, tit. de los rieptos, lib. 4. è la Ley 9. del dicho tit.

ADDICION.

Para estas dos Leyes 5. è 6. vey la Ley 4. de la 7. Partida, tit. 3. de los rieptos, que declara cómo el fidalgo ha de reptar al fidalgo, è como lo ha primero de facer saber al Rey: è despues que lo reptáre han de estar en treguas ellos, è sus parientes, è amigos, excepto los reptados, y en lo que toca al riepto: è concuerda la Ley 4. de las Ordenanzas Reales, lib. 4. tit. de los rieptos.

(*b*) FIDALGO, RIEPTO. Est enim duellum singularis pugna inter aliquos ad probationem veritatis inventa, ita

le fuere proba[illegible] aquello de que fue reptado: è maguer le sea probado, ò sea juzgado por alevoso, el Rey lo puede dar por quito, è por leal, si tanta merced le quisiere facer: ca tan grande es el poder del Rey, que todas las cosas, è todos los derechos tiene so sí, y el su poder no le ha de los homes, mas de Dios, cuyo lugar tiene en todas las cosas temporales.

Ley sexta.

QUienquier que à otro reptar quisiere, debele reptar en esta guisa: fagalo llamar ante el Rey, è despues que fuere

---

ita ut qui vicerit probasse videatur, & si non vicerit defecisse in probatione putetur. Et dicitur duellum quasi duorum bellum. Dicitur etiam monomachia quasi una vel singularis pugna inter duos à monos quòd est unum, & machia quòd est pugna: *ut probatur in cap.* 1. *&* 2. *extra de tornea, & in cap. significasti, extra de pur. vul.* 2. *quæst. cap. monomachia. Et hoc secundum Rex Gaufre. & Hostien. in summis suis, tit. de torneamentis*, §. 1. *& licèt permittatur de jure fori, ut hic.* Est tamen illicitum etiam inter laicos in tantum quòd nec est offerendum nec recipiendum, imò secundum legem Romanam reprobatur: *ut C. de gladiatoribus, l. unica, lib.* 12. *C. de actio. & obli. l. negantes*: quamvis enim David, & Golias simul pugnaverunt, non tamen pro lege hoc exemplum debet teneri: *ut alleg. c. monomachia*, cum instinctu Spiritus Sancti factum fuit: & est ratio, quia in talibus Deus tentatur: 2. *quæst.* 5. *cap. menam quòd non licèt*, 23. *q.* 8. *cap. si nulla urget*, 22. *q.* 2. *cap. quæritur*: juxta id non tentabis Dominum: *Deutero. cap.* 6. *Matthæi* 4. putant autem milites, & nobiles quòd Deus sit auxiliator justorum, videmus enim multos sub justo clypeo perire: *ut not. ff. ad l. Aquil. l. qua actione*, §. *si quis in colluctatione, & dicit Aristo.* non est verisimile Deum habere curam malorum, vel pravorum: *ut hoc not. Bal. in lib. feu. tit. de pace tenen. & ejus vio. c.* 1. §. 1. Item, quia mors hominum, & pericula animarum inde proveniunt: *ut cap.* 2. *ex. de Cler. pugn. in duello.* Item, quia non est verisimilis probatio, imò verisimile est quòd fortior debiliorem vincat: *ut extra de Cler. pug. in due. c.* 1. Item, quia vix aut nunquam reperitur in duello æqualitas, quæ in Judicijs approbatur: *extra de mutu. pe. cap.* 2. *de exce. cap. cum inter.* Item, quia duellum inventum est diabolo instigante, & fabricante: *ut alleg. cap. menan. & cap. consuluisti* 2. *quæst.* 5. Item, quia duellum est falsa probatio, undè sententia hac occasione lata non transit in rem judicatam: *ut extra de purga. vulga. c.* 2. nulla enim fortitudo sine justitia laudanda est: *ut in auct. ut omnes obe. judi. provin.* 1. *R. colla.* 5. Nec excusat hoc casu à peccato consuetudo loci generalis, nec legibus hujus tituli inducentes pro se illud, quando nox erat crimen non erat: 32. *q.* 4. *objiciuntur*: quia illud concessum fuit divina revelatione, sicut Jacob à mendatio Israelitæ, à furto Sanson ab homicidio, & patriarchæ qui plures leguntur habere uxores ab adulterio excusantur: *extra de divor. c. gaudemus*, §. *quia verò non enim excusat consuetudo*: nec etiam distinctio quam aliqui faciunt, an quis duellum offerat vel oblatum sponte suscipiat: *ut plenè quæ dicta sunt, & alia notat Henr. in cap.* 1. *extra de tornea.* nemo enim debet tentare Deum suum, dum habet quid rationabili consilio faciat: *ut cap. quæritur* 22. *q.* 2. ubi dicit Archi. quòd non omnia debet relinquere quis Judicio Dei, sed debet laborare, & industriari secundum intellectum, & rationem sibi à Deo attributam, juxta illud Bernar. spectat piger sibi subveniri à Deo qui in mundo isto vigilare præcepit ad Deum tamen prius est confugiendum: *ut cap. omnis christianus, de conse. dist.* 1. *quòd intelligit ibi glos.* orando non tentando, leges tamen hujus tituli servantur in Castella, & videntur benignæ, & rationabiles, eo quia nisi de voluntate utriusque partis non potest tale bellum induci: *ut infrà eod. l.* 7. Item, si reptatus noluerit

delante del Rey, diga el fecho porque le riepta, è digale que es ende alevoso, è que gelo fará decir, ò le matará, ò le porná fuera del plazo: è si gelo quisiere probar por testigos, ò por carta, ò por pesquisa del Rey, digagelo, y el reptado digale que miente: è si quisiere combatir digalo, è si no quisiere combatir, diga que fará quanto el Rey mandáre, è su Corte.

Ley septima.

SI el reptado entendiere que el fecho de que le rieptan no es tal porque él sea alevoso, maguer

---

